E. I. T. A

# DECISIO
# ALMÆ ROTÆ BONON.
## VERVM SENSVM,
### TOTAMQ. MATERIAM
## Auth. Præterea, C. vnde vir, & vx.
### accuratiſsimè explicans.

Vnà cum Conss. Perilluſt. Collegiorum Bonon. & Patauin. necnon & Almæ Rotæ Florent. ac Clariorum Italiæ Iuriſconſult. pro vtraq; parte, dum cauſa diſcutebatur, propoſitis; ac etiam cum Deciſ. primi Iudicis, & vnà Sacræ Rotæ Rom. in alia ſimili cauſa edita; quorum Catalogum octaua pagina indicabit.

*Cum Indice rerum, & verborum locupletiſsimo.*

AD ILLVSTRISS. SENATVM BONONIENSEM.







BONONIÆ, Apud Ioannem Roſsium. MDXCI.
*Curiæ Archiepiſc. & S. Inquiſit. conceſſu.* 

# ILLVSTRISS.IS SENATORIBVS REGIMINIS CIVIT. BONONIAE.

Ioachinus Scaynus Salodiensis S. D.

INCREDIBILE *est dictu,* SENATORES *Amplissimi, quàm magna incõmoda consequantur ex prauis sensibus, ad quos interdum leges aliquæ detorquẽtur, siue id ex earum difficultate contingat, siue ex interpretandi subtilitate, quæ Iurisconsultorũ ingenia mirũ in modum acuit tẽpestate nostra. Ita.n.fit, vt quæ ad Reipub. tranquillitatem institutæ fuerunt, & nihil imperant, quod nõ sit honestum, adulterinis sensibus deprauatæ, eandem turbulentiam efficiant, et in multorum iniuriam conuertantur. Atq; vt cætera silentio prætermittam, ipsa* IVSTINIANI *Constitutio deferẽs quartam partem bonorum mariti diuitis prædefuncti vxori superstiti inopia laboranti;*

*paulò liberius intellecta, & ad forensem vsum reuocata, quàm patiatur verus ipsius sensus, & ratio, quæ mouit summum illum Imperatorem, vel vna tranquillum* REIPVB. *statum turbare facilè poßet, subuertendo iamdiu delatas Ciuibus hæreditates, & replendo iniustis litibus Ciuitates; vix.n.vidua reperiretur, quæ, prætextu incongruæ dotis, ad huiusmodi lucrum aspirare non auderet, adiutoribus præsertim, & impulsoribus ijs, qui redimendis alienis litibus quæstum faciunt, si paulò plus æquo illius Constitutionis vsus, qui tamen & parcus, & sobrius esse debeat, laxaretur. Iamq; fortasse occasione prædicta multæ in hac* PERILLVSTRI CIVITATE *litis excitatæ fuissent (interim certè, vt fama percrebuit, parabantur) nisi fortè frenum aliquod multorum cupiditatibus iniecisset sententia, quàm* ROTA *tulit superiorib. annis,* PRAETORE CAESARE BARZIO *Eugubino, cum de huius Constitutionis sensu exactißimè tractari contigißet, varijs in vtranq; partem editis responsis per clariores Italiæ Iurisconsultos, ita vt duo etiam celeberrima* COLLEGIA, BONONIENSE *scilicet, &* PATAVINVM *inter se acerrimè dimicarint, hoc pro Vidua Actrice pugnando, illud partes Hæredum viri tuendo, vt certè vel ipsa causæ celebritas nobis acutos stimulos adege-*

*adegerit, qui tunc iuri dicendo præeramus, vt verum illius Constitutionis sensum assequeremur. Quantum assecuti fuerimus, aliorum sit iudicium, peritorum scilicet in hac ipsa iuris ciuilis facultate. Illud quidem verè affirmare possumus, ac liberè profiteri, nos omnes vires, omnesq; neruos in eius causæ discussionem intendisse, adhibita ad ipsius grauitatem pari quoque diligentia, cum summa sinceritate coniuncta, pro communi huius Amplissimæ Ciuitatis vtilitate, cuius commodis, quàm sedulò inseruire debeamus, ipsa nos officij nostri ratio continuò commonefacit. Placuit tandem, re sæpius, ac maturè discussa, varijs quæstionib. agitatis, quas ipsa proposita materia suggerebat, post longas, & frequentes disputationes, quibus veritas quotidie magis elimaretur, contra Actricē pro Hæredibus viri pronunciare. Quibus rationibus moti fuerimus explicasset in scriptis* IO. ANTONIVS PHILIPPA *Taurinensis illius causæ Cognitor, vt moris est Cognitoribus, nisi oculorū dolor, quo tunc sæuissimè torquebatur, impedimento fuisset, ita vt disputationes quidem nostras auribus excipere posset, sed eas tamen minimè literis commendare. Id ego munus non quasi præ cæteris aptus, cuius humeris imponeretur (aderant etiam vltra BarZium tunc Prætorem* FABIVS TIMEVS *Vrbeuetanus,*

*nus, & IOANNES GVIDIVS Volaterranus, ille hodiernus Prætor, iste anno superiore præturа functus, qui pro dignitate magis ipsum obire possent) sed quasi vetustior Auditor officio adductus alacri animo suscepi, tametsi meis ipsius oneribus grauiter premerer, nec satis eo tempore firma essem valetudine, susceptum explere conatus sum, qua debui fide, & qua maiore potui diligentia. Illud verò optandum mihi fuerat, vt decisio, tametsi à multis expetita, recondita celaretur, intra quem locum cæteræ quoq; seruantur, propediem in apertam hominum lucem proditurӕ; sed quoniam aliquorum opera factum fuit, vt ea iam typis impressa, in vulgus esset emanatura; Ego de hac re certior factus, partes meas existimaui curare saltem, vt ea quasi recens partus, quem reprimere non possem, à vobis ILLVSTRISSIMI VIRI in lucem susciperetur; alioqui.n. ipsum abortum fore putaui, nisi quibus genitus esset, ab ijs etiam vitalem spiritum hauriret, quo & augeri, & non obscurus diutissimè viuere posset. Hunc igitur à cæteris ægrè diuulsum, ne graue sit, interim dum illi maturescant, hilari fronte excipere, & quod aues facere solent, postea quàm ex ouis pullos excluserunt, vestra tùm summa authoritate, tùm singulari humanitate fouere. Id etiam mecum enixè rogant TIMEVS,*

*&*

*& Gvidivs, quos ego rursus honoris causa nomino, quibusq; communis fuit in ea causa decidenda labor, à vobis impetrare cupientes, vt in hac ipsa lucubratione summã vniuscuiusq; nostrũ in vestrum Amplissimum Ordinem obseruantiam, quasi breui pictura si non expressam, at certè adumbratam agnoscere velitis, & vt Lyncea istis oculorum acie, lustratis nostrorum animorum penetralibus, intueri, quanto flagramus desiderio, vt meritã vobis gratiam, quam referre nulla ratione possimus, iustis certè honoribus, ac memori mente persoluamus. Interim partus iste à vobis benignè susceptus, quasi præcursor quidam cæteris renunciabit, quàm peramanter eos, cum in lucem edentur, complexu vestro recepturi sitis; Nos verò præclarè nobiscum actum existimabimus, si has laborum nostrorũ veluti primitias, quas memores officij nostri, Nomini Vestro dicamus, iamdiù dicatis animis, vobis probatas esse cognouerimus. Agri certè vestri sunt, qualiacunq; sint ingenia nostra, quo magis Vestra benignitate culta, eò grandiores, & meliores fœtus editura.*

CATA-

# CATALOGVS.



## CONSS. PRO DOMINA ACTRICE.



## CONSS. PRO DD. REIS.



DECISIO

# DECISIO ALMÆ ROTÆ BONONIENSIS,

## Complectens totam materiam Auth. Pręterea. C. vnd. vir. & vxo.

### SVMMAE QVAEST. I.

1 VXOR *ducta cum dote lib. 1350. non puro affectu maritali, dicitur ducta.*

2 *Veritas authoritate grauissimorum Iurisconsultorum, hincinde contraria asserentium, aliquando offuscatur.*

3 *Quæ tamen clarior apparere solet, ex multiplici oppositione ei facta.*

4 *Quatuor requiruntur, vt sit locus dispositioni Auth. Præterea.*

5 *In præsenti casu de duobus tantùm tractatur, an scilicet dos fuerit exigua, & an vxor superstes sit in extrema inopia.*

6 *Mulier habens bona, & nubens, nulla facta mentione de dote, creditur sine dote nupta.*

7 *Maritus simpliciter ducens vxorem, non facta mentione dotis, puro affectu videtur ducere.*

8 *Matrimonium sine dote esse potest.*

9 *Consanguinei regulariter non repelluntur à testimonio alterius cõsanguinei, & latius infra disseritur.*

10 *Frater testis pro fratre.*

11 *Dos constituitur in totum constante matrimonio, & augetur prior constituta.*

12 *Dotis congruitas ex qualitatibus viri, & vxoris consideranda.*

13 *Mulieri asserenti incongruè dotatam incumbere onus probandi, licèt videatur negatiua, & latè de hoc, & 15.*

14 Implorans beneficium legis, debent probare qualitates ab illa lege requisitas.
16 Parta sunt nullam dotem datam esse, vel admodum incongruam.
17 Mulier asserens matrimonium sine dote contractum, illud probare debet.
18 Modus probandi incongruitatem dotis.
Coniectura, quòd mariti regulariter non ducunt vxores sine dote, est vehemens.
19 Argumentum à communiter accidentibus validum.
20 Factum præsumitur, quòd communiter fieri solet.
21 Mulier nubendo creditur consuetudini ciuitatis se conformare.
22 Vir præsertim deditus diuitijs, non creditur vxorem indotatam ducere.
23 Mulier dans dotem constante matrimonio, creditur ex præcedenti obligatione dare, non nouiter constituere.
24 Non potest liberari, nisi qui fuerit debitor.
25 Petitio dicitur actionis exercitium.
26 Verbum, à debitis, præsupponit obligationem.
27 Verbum, à decursis, præsupponit moram.
28 Obligatio sortis, & interesse eodem tempore, non potest nasci.
29 Verbum fortè, aliquando assertiuè, non dubitatiuè.
30 Verbum habuisse, an intelligatur de præterito longi interualli, an modici, late.
31 Instrumenti verba, Titius confessus est recepisse centum, probant confessionem, non numerationem, latè.
32 Confessio dotis facta per mortem constante matrimonio, intelligitur simulata.
33 Confessio Procuratoris, potest aliquando præiudicare domino.
34 Maritus dicens se lucrari partem dotis, debet probare dotẽ ab vxore constitutam, alioqui præsumitur sine dote ducta.
35 Mulieri dicenti indotatam, & ideò petat quartam ex Auth. præterea, incumbit onus probandi.
36 Præsumptio debilior cedit grauiori.
37 Consanguineus licèt possit esse testis, tamen de fide ei plurimum detrahitur.

ARGV-

## ARGVMENTVM.

*¶ D. Catherinam fuisse à Prospero vxorem ductam, ratione dotis librarum 1350. vsque ab initio contracti matrimonij, non autem puro affectu maritali.*

## QVAESTIO I.

*Adsit virtus Spiritus Sancti.*

CAVSAM hanc vertentem inter D.Catherinam de Lucatellis actricem, & hæredes olim Prosperi de Ferrarienſibus reos cõ-
1 uẽtos,in qua agitur † de quarta vxori debenda in bonis mariti diuitis prędefuncti, & de intellectu Authẽ. Præterea. C. vnd. vir. & vxo. Domini grauiſſimam eſſe putauerunt, vel hac vna ratione, ꝙ omnes ferè inſigniores Italiæ Iuriſconſulti in diuerſas partes iuiſſent, Rota prætereà Florentina, ac duo celeberrima Collegia Patauinum ſcilicet, & Bononienſe, inter ſe acerrime decertaſſent, vt ferè commotus videretur vniuerſus orbis; itaq; factum eſſe,vt dum vnuſquiſque materiam hanc illuſtrare conatus eſt, contrarijs reſponſis, ac veriùs iuſtis commentarijs editis ad dictam Authẽ. Præterea, hi qui minus rectè ſenſerunt (nec.n.fieri potuit,vt contradicto
2 riæ propoſitionis vtraq; pars vera ferret)† magnas veritati tenebras eorum ſaltem auctoritate attulerint; cuius tamen natu-
3 ra eſt,† vt ea ſplendidior è tenebris luceſcat, quo magis ei oppoſitum fuerit, itaq; illud in animũ induxerunt, ipſam præ ceteris dignam eſſe, in quam omnes eorum ingenij neruos intenderent; cum præſertim animaduertiſſent eiuſdem reſolutionẽ, non parum etiam ad ciuitatis ſtatum,aut tranquillum, aut turbulentum, ſpectare poſſe.

4 Et licet ex receptiſſima omnium ſententia, † quatuor requirantur, vt ſit locus diſpoſitioni d. Auth. Præterea. Quòd matrimonium verè cõſtiterit inter ſuperſtitem, qui aſpirat ad

 bene-

beneficium quartæ, & prædefunctum, de cuius successione tractatur. Quod defunctus locuplex obierit; Quòd matrimoniũ contractũ fuerit sine dote, aut certè tàm exigua, & incongrua, vt nec nomen dotis habere meruerit. Deniq;, quòd superstes extrema laboret inopia, duobus tñ primis omissis, de quibus in
5 hoc casu nõ dubitabatur; † duo postrema in dubiũ reuocata fuerunt, quorum alterum si cesset mulier excluditur à beneficio quartæ, multo magis si vtrunq; cesset.

Primum est nunquid matrimonium præfatum contractum fuerit sine dote, quòd ipsum ostendere licet, contra proprietatem verborum, ex Bald. in d. Auth. Prætereà, referendo ad dotem incongruam.

Secundum nunquid D. Catherina in ea extrema inopia constituta dicatur, vt nisi eidem succursum sit beneficio quartæ, mendicare cogatur.

Et primo quidem videbatur satis probabiliter attẽtari posse, quòd Prosper ab initio vxorem duxisset D. Catherinã, nulla prorsus habita ratione dotis, sed solo puro affectu maritali ductus, quem non semel considerat Imperator in §. quia verò. in Auth. vt liceat matr. & aui. & in §. nuptias. in Auth. de nupt. Cum .n. nullibi doceatur dotem tempore contracti matri-
6 monij ab eadem D. Catherina constitutam, certè † locus esse videtur præsumptioni communiter receptæ, quod etiam procedit, si d. Catherina tunc bona haberet, quæ in dotem tradere posset, non tamen censetur ex illis dotem constituisse, sed potius nupsisse sine dote, Castr. in d. Auth. Præterea, argumento illius tex. nu. 2. Dec. ibidem nu. 6. Paul. de Montepico nu. 16. 18. vbi concludit, quòd non modo mulier nubens non præsumitur omnia bona marito in doté dare, quamuis aliter visum fuerit Aristoteli in Topicis, sed neq; dotem aliquam congruẽtem ex illis constituisse, ibiq; impugnat consilium Bald. 96. in
7 2. parte, † subdens quod maritus simpliciter cõtrahens matrimonium, nulla facta mentione dotis, videtur vxorem ducere puro affectu maritali, nec dissentit Curt. iun. eo in loc. sub nu. 12. consilium Bald. pariter impugnans, tradit Alex. cons. 144.

lib. 6.

lib 6. vbi Apostil. plures alios citant, & de communi testantur, prout etiã testatur Menoch. de præsump.lib.2. præsump. 6.nu.54. & per plures sequentes, & quòd neque dos congrua intelligatur constituta per vxorem viro, tradit Bal. Nouel. in tract. de dote, parte 6. priuilegio 14. vers. tertius casus.Rolan. à Val. de lucro dotis, quæst.74. nu. 9. Phanut. pariter de
8 lucro dotis, glos. 10. num.17. & ratio est in promptu, † quia matrimonium potest esse sine dote, l.2.ff.de iur. dot. l.vltim. C.de donat.ant.nupt.l.vltima.C.de repud. tanto magis cum testes apertè deponere videantur d. Catherinam à Prospero ductam intuitu affinitatis contrahendæ cum Lucatellis, ita vt puro affectu maritali ducta videaẽ,quod regulariter præsumitur, quando vir ab initio vxorẽ sine dote duxit, d.§.nuptias. Nec obstare videtur, ꝙ hi testes sint cõsanguinei dominæ Ca-
9 terinæ,† tùm quia consanguinei testimonium regulariter non reijcitur in causa ciuili, glos. in c. 1. 3. q. 8. & facit tex. in c.
10 absens.3.q.8.Bart.in l. lex Cornelia.ff. de iniur. † nam & frater admittitur pro fratre, glo. in l.parentes. C.de testib. tùm quia in his, quæ vt plurimum à consanguineis tractari solent, ipsi sunt testes idonei, vt per Nat. cons. 648. nu.10. loquentem de hac ipsa materia, cum scilicet agitur de probanda hac qualitate, quòd mulier ducta fuerit sine dote, deniq; id ipsum suaderi videtur ex instrumento dotis longo tempore postea confecto, quinq; vel sex annis elapsis, post matrimonium contractum, nulla facta mentione dotis ab ea constitutæ, vt fieri solet, ex quo videtur inferri, instrumentum esse factum ad cõstituendam dotem, quæ eo tempore facta fuerit, non autem
11 ad solutionem ipsius antea constitutæ, † nec enim nouum est procedente tempore, & iam contracto matrimonio, dotẽ cõstitui, cum nulla fuerit ab initio constituta, §. sed tamen. Inst. de donat. in illis verbis, vt quemadmodum dotes constante matrimonio, non solùm augeantur, sed etiã fiant, ex quo inferri videtur id, quod ab initio dicebatur, d. Catherinam à Prospero ductam puro affectu maritali, non autẽ intuitu alicuius dotis, ita vt satis superesse probatum, videatur alterum

ex requisitis, scilicet ꝙ ducta fuerit sine dote,& solùm quærẽdũ supersit, uunquid in extrema inopia sit constituta, & quãuis postea dos superuenerit, non tamen actus ille matrimonij puro affectu contracti,perfectus,& consumatus ab initio, infectus reddi, aut immutari possit ob superuenientem dotis constitutionem, ad tradita per Dec. & Cagnol. in l.verum. ff. de regul. iur. Verum supposito etiam, ꝙ dos librarum 1350.per d.Catherinam Prospero constituta fuerit tempore contracti matrimonij, adhuc tamen incongrua fuisse videretur,inspecta qualitate Prosperi, quem sanè diuitem, & pecunijs affluentẽ, ipsi etiam testes hæredum fateri videntur, & quòd maiori dote nubere potuisset, si qualemcunq; mulierem ducere voluisset, & non potius habere delectamentum, quod etiam apertius deponunt testes inducti, per d. Catherinam, cum aliqui asserant, ꝙ Prosper habere potuisset dotem scutorum 1000. alij verò scutorum mille, & quingentorum; attento ergo, ꝙ nulla videtur proportio inter dotem sibi constitutam à dicta Catherina librarum 1350. & eam quã ab alijs mulieribus inuenire potuisset librarum sex millium, incongruam esse huiusmodi dotem videtur non posse negari, eo ꝙ Prosper longè
12 maiorem,proprio veluti iure,postulare videretur; † nec enim habenda est ratio solius vxoris nubentis ad cognoscendã dotis congruitatem, sed etiam viri, cui nubit, l. quæro. l. cum post.§.gener.ff.de iur. dot. deniq; id ipsum argui videtur ex dote librarum duorum millium longè anteà constituta à prima vxore Prospero, cum eo tempore minus diues esset. His tamen non obstantibus Domini contrarium resoluerunt, dotem scilicet ab initio constitutam, & eam quidem fuisse congruam, non autem matrimonium puro affectu contractũ,atq;
13 illud in primis pro constanti supposuerunt † onus probandi hanc qualitatẽ indotationis incumbere dictæ Catherinæ, etiã si agi videatur de negatiua probanda ferè improbabili suaptè natura, tanquàm ninis vaga, cum hæc ipsa negatiua sit fundamentum, & causa actionis intentatæ, per eam d. Catherinã, ad tradita per Bart. in l. in illa stipulatione. ff.de verb. oblig.

argu-

argum. l. ita stipulatus, quod si ab initio. ff. eod. Tùm etiam,
14 † quia frustra beneficiũ legis implorat, qui non docet de qualitate à lege necessariò requisita, vt per eundem Bar. iu l. 1. ff. de cond. ex lege, Soc. cons. 29. nu. 14. 65. nu. 4. 104. nu. 15. lib. 4. at verò, vt mulier ad quartam aspirare possit, requiritur necessariò, ꝙ matrimonium contractum fuerit sine dote, vt per Socin. cons. 121. lib. 4. Fabian. post Ang. & Fulg. in d. Auth. Præterea, & ita in terminis respondit Nat. cons. 648. latè disputans hunc articulum, Cepha. cons. 671. circa princ. & latius sub nu. 24. dicens, quòd sicuti mulier si ageret ad dotis repetitionem probare deberet, se dotem marito dedisse, l. 2. ff. solut. matrim. ita è contra, quæ vult consequi quartam
15 probare debet se non dedisse quartam, † quod si onus probãdi negatiuam hanc spectat ad mulierem, multò magis eidem incumbit onus probandi incongruitatem dotis, cum incon-
16 gruitas ipsa dotis in locũ indotationis succedere videat̃, † ita vt paria ferè sint, aut nullã dotem, aut nimis exiguã, & incongruã constitutam fuisse, quod attinet ad propositũ, ex Bal. in d. Auth. Præterea. in fine, quem cęteri communiter sequuntur, cum præterea longè facilior sit probatio incongruitatis dotis, quàm negatiuæ illius vagæ, quòd matrimonium contra-
17 ctum fuerit sine dote, † traditur enim modus à iure probandi incongruitatem dotis resultans ex modo probandi congruitatem eiusdem, l. si filius. ff. de leg. 3. cum similib. cum eadem sit contrariorum disciplina. l. 1. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. Scribent. in Rub. ff. de acquir. posses. & ꝙ operatur propositum in proposito, idem operatur oppositum in opposito, l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. duriore autem onere probationis afficitur in casu proposito dicta Catherina cum appareat instrumentum dotis, licet confectum post matrimonium contractum, ita vt nec de substantia dotis, nec de eius quantitate dubitari contingat, sed magis de tempore, quo fuerit constituta, vtrum ne tunc cum soluta fuerit, pro maxima parte, an potius tempore contracti matrimonij. argumento eorum, quæ tradit idem Cephal. d. cons. 771. sub nu. 9. & quamuis

hæredibus Prosperi sufficere posset, si onus probandi reijcerent in mulierem, & exciperent nihil ab ea fuisse probatum, etiam si ipsi aliquid non præstarent, l. qui accusare. C.de edé. visum est tamen Dominis non deesse graues rationes, quibus
18 contrarium suaderi potest. In primis enim se offert † illa cóiectura non leuis, neq; spernenda, quòd non facilè mariti solent vxores ducere sine dote, cum absq; ea verisimiliter, aut saltem de honestate matrimonia non contrahantur, c. nullú.
19 il 1. 3.q.1. † arguendo à communiter accidentibus, quod ge-
20 nus argumenti validum est in iure,† quia factum præsumitur, quod vt plurimum fieri consueuit, l. quod si nolit. §.assidua. ff.de ædil. ædict. & ita argumentatur Crauet. cons. 40. nu. 2. 3. latè Sard. cons. 98. num.18. Cephal. in terminis nostris d. cons.671. nu. 9. Et hæc coniectura tantam maiorem vim habet in casu nostro, si enim præsumere non debemus mulieres sine dote nuptas, stante hac generali consuetudine nubendi cũ dote, de qua per Bald. cons. 102. circa medium. lib. 4. argumento l.si pater.§.1.ff.de pact.dotal. glos. in c.consanguineorum. 3.q.4. Socin. iun. cons. 8. nu.14. 17. lib. 2. Natt. cons. 581. nu. 19. Campeg. de stat. exclus. fœmin. parte vltima.q. 57. etiam si nihil de dote appareat, multò facilius præsumédum esse videtur dotem, quę per d. Catherinã constante matrimonio, soluta fuit, ab initio constitutam, & si quoties viget consuetudo in Ciuitate, vt vxor omnia bona in dotẽ ma-
21 rito tradat, † præsumitur mulierem huic consuetudini se cófirmare, vt per Bald.in Auth.res quæ. C.commu. de leg.Cur. iun. in d.Auth. Pręterea. nu.13. Alex. cons. 144. nu.2. lib.5. 122. num.9. 142. nu.6. lib. 7. Corn. cons. 127. nu. 5. lib. 3. Roland. de lucro dotis.q.71. in fine, multò magis ex generali consuetudine, quæ vbique ferè viget, vt non facilè mariti vxores sine dote ducant, præsumetur dictam D.Catherinã ab initio cum dote ductam, à qua verè constat dotẽ postea fuisse solutam. Huius coniecturę vim augere dicebant Domini,
22 inspecta qualitate tàm Prosperi, quàm D. Catherinæ; † ille enim solertissimus erat, & totus in augenda re familiari dedi-

tus,

tus, vt certè parum verisimile sit, quòd vxorem absq; dote duxisset à principio, quæ postea dotem soluerit, cui nec superuenisset acquisitio librarum 1000. post matrimonium contractum, & ꝙ onera matrimonij absq; dote subire voluerit iactãdo suum, vt per Sard. d. cons. 94. nu. 18. Pariter etiam D. Catherina frugi mulier erat, & hoc ipso, ꝙ mulier auarissima est, vt certè liberalitas in ipsa non facilè sit pręsumenda, l. sed si ego. in fine. ff. ad Velleian. l. si à sponso. C. de donat. ant. nupt. quemadmodum præsumere oporteret, si voti compos effecta, & iam copulata marito, cuius nuptias exoptasset, quo tempore omnino minimè dotem constituere cogebatur, l. donari. ff. de reg. iur. l. nec ignorans. C. de donat. §. si quis autem dixerit. in Auth. de nupt. §. qui autem. in Auth. quib. mod. natur. efficiunt. legit. Menoch. d. præsumpt. 6. nu. 74. † eandem non
23 constituisset, sed potius soluisset antea constitutam, si ideò nõ præsumitur vxor omnia bona in dotẽ dedisse marito, nec cõgruam dotem ex eis constituisse, quia genus mulierum sit auarissimum, vt per Menoch. d. præsumpt. 6. nu. 57. multò minus præsumendum erit, ꝙ si contracto iam matrimonio lib. 1000. soluerit ex causa dotis id fecerit, ꝙ dotem eo ipso momento constituerit, & ꝙ actum liberalitatis exercuerit erga maritũ, sed magis, vt ex obligatione præcedente se liberauerit, quia nemo facilè præsumitur iactare suum, l. cum de indebito. ff. de probat. & solutio præsumitur magis facta in executionem cõtractus præcedentis, iuxta notata in l. quarta. §. vnde quæri potuit. ff. de manumiss. Crauet. cons. 158. nu. 13. & magis ex causa necessaria, quàm voluntaria, Bart. in l. fin. C. de alimẽ. pupil. præstan. Idem in l. cum seruus. in l. triticum. ff. de verb. oblig. glo. in l. sed si vir. ff. de donat. inter vir. & vxor. Crauet. cons. 100. nu. 8. 149. nu. 12. vbi plura adducit. Sed qa hęc ipsa frigidiora videri possent, tanquàm longè petita, & ex coniecturis nimis generalibus, ad probandum dotem à principio cõtracti matrimonij constitutam; ideò Domini dicebãt id apertissimè liquere ex verbis instrumenti, quod in oppositum adducebatur, ponderando primum, quod ibi dicitur, ad

effectum

effectum obseruandi promissa, & consequendi liberationem, & quia pecuniæ solutæ fuerunt nomine dotis,& absolutio per vtrunq; coniugum facta, non potuerunt adduci, vt dicerent, quòd fratres d. Catherinæ ex ea tantum causa soluerit, vt se eximerent ab obligatione illius depositi, qua erant obstricti sorori tantùm, non etiã eius viro, quid enim opus fuisset absolutione Prosperi, nisi ipsi quoq; promissio facta fuisset? primò per d. Catherinam; secundò per fratres eiusdem, quasi gerentes negotium ipsius D. Catherinæ, nec est, quòd dicamus ad maiorem cautelam absolutionem mariti quoq; adhibitam fuisse, quia satis sufficere poterat eius præsentia, & quòd vxori consensum præstitisset ad eius fratres liberandos; nã vt inquit Alex. cons. 208. nu. 6. lib. 6. quem refert Riminal. iun.
24 cons.204. nu. 80. † liberatio est quædam priuatio, ideoq; referenda ad id, quod est in habitu, & certè nemo potest dicere liberare, nec obligationem extinguere, qui nullum ius ex ea quæsitum haberet, multò magis conferunt illa verba pariter in plurali concepta, & ab omni eo quod vigore dicti instrumenti depositi petere possent, quæ præsupponunt obligationem fuisse non solùm respectu d. Catherinæ, sed etiam respectu Prosperi, l. vbi numerus. ff. de testib. ineptæ autem diceretur ipsum petere posse, nisi d. Catherina eidem dedisset in dotem pecunias depositas penes fratres, & ipsi consensissent
25 illas tanquã dotales soluere vtriq; coniugum, † petitio enim, cum actio quædam sit, seu verius actionis exercitium, siue in rem, siue in personam, l. pecuniæ. §. actionis verbum. ff. de verb. signif. l. actionum genera. l.actionis verbo. ff. de actio. & oblig.certè cum loquimur de actione personali, obligationem aliquam necessariò presupponere oportet, Institut. de action. in princip. Accedunt illa verba absolutionis à iuribus dotalibus, dum vterq; coniugum, de ipsis sibi satisfactum esse fatetur, & absoluit ab omnibus hactenus debitis, & decursis,
26 ponderando verbum † debitis, quod supponit obligationem, l. pecuniæ. §. hoc verbum debuit. ff. de verb. signif. necnon
27 † verbum decursis, quod præseferre videtur moram factã solutio-

lutio-

lutioni ſortis, propter quã moram dotis intereſſe deberetur, Bero. conſ. 130. nu. 5. lib. 3. Crauet. conſ. 189. nu. 5. & quẽadmodum ex ſolutione, aut etiam ſtipulatione vſurarum arguitur dotis conſtitutio, quæ præceſſerit, ex traditis per glo. & Bar. in l. 2. C. de dot. promiſ. ſic & in propoſito rectè inferri videtur ex liberatione, quæ facta fuit ab omni intereſſe dotis,
28 quod peti poſſet, nec enim † potuiſſet ſimul, & ſemel oriri obligatio ad ſortem, & intereſſe; ſed neceſſe fuit præcedere obligationẽ ſortis principalis, quam poſteà ſequeretur obligatio ad intereſſe ex mora facta ſolutioni ſortis. Nec obſtat additum fuiſſe aduerbium fortè, quod videtur eſſe dubitationis nota, l. 1. in verb. niſi fortè. vbi glo. ff. de rei vend.
29 Prætereà non dicatur abſolutionem factam fuiſſe ad cautelam; tùm quia † verbum fortè quandoque ſtet aſſertiuè, non dubitatiuè, vt per glo. in l. ſi duo. ff. de arbitr. Decia. reſpon. 41. nu. 92. lib. 1. tùm quia aduerbium fortè relatum ad participium debitis potuit in hunc ſenſum capi, nõ vt ſonat in ius, ſed vt in factũ, ſcilicet ſi hactenus ſoluta fortè non eſſent, quia vltra quòd repugnant illa verba appoſita in inſtrumento, dum dicitur ſatisfacti de omnibus emolumentis dotalibus; tùm qa ſi illius pecunię, quaſi ſimpliciter depoſitæ penes fratres, ratio habenda fuiſſet, & non magis tanquàm dotalis, nulla poterat oriri dubitatio, ſaltem reſpectu Proſperi, quòd ipſe nihil vſurarum nomine prætendere poterat, & quòd addita fuerint illa verba ad cautelam magis cõfirmat intentionem hæredum, quid enim opus erat hac cautela reſpectu Proſperi, ſi nullum vſq; in illam diem habuiſſet intereſſe in illis pecunijs, tanquã dotalibus? Vnde abſolutio facta ad cautelam intelligi debet, vt ab vtroq; coniugum cautum ſit fratribus d. Catherinæ. Maximè verò omniũ conferre viſa ſunt illa verba, in quibus Proſper vltra libras mille ſolutas tempore celebrati contractus, confeſſus eſt etiam ſe recepiſſe à d. Catherina lib. 350. nomine dotis, quæ verba ad præteritum referuntur, vt certè veriſimile ſit illas fuiſſe ſolutas tempore contracti matrimonij, quo maior ſolet eſſe maritis neceſſitas expendendi. Nec

obſtat

obſtat, quod ex aduerſo obijcitur, imò huiuſmodi verba, qui-
30 bus maritus confitetur ſummam illam † recepiſſe nomine do
tis, quamuis præteriti temporis ſint, tamen in præſenti capiē-
da eſſe, ita vt præteritum in modica præteritione ſit intelligē-
dum, & numeratio incontinenti, non ex interuallo facta cre-
datur, vt per Bart. in terminis in l. poſt dotem. nu. 20. ff. ſol.
matrim. & ibidem Alex. nu. 18. Iaſ. nu. 83. 85. atteſtatur de
communi, Bart. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de verb.
oblig. inferens ad confeſſionem factam in inſtrumento dota-
li, cuius opinionem communiter eſſe receptam, teſtantur ibi
Alex. nu. 4. Bart. etiam in l. certi conditio. §. ſi nummos. nu. 9.
verſ. hic mouet vnum dubium. ff. ſi cert. pet. & ibidem Iacob.
de S. Georgio pariter de communi teſtatur, ſubdens hoc eſſe
valdè notandum, & vtile, potiſſimum in inſtrumentis dotali-
bus, nec diſſentit Angel. in l. ſi expreſſio. C. ſi cert. petat. cuius
concluſionis ea ratio fuiſſe videtur, ſecundum Angel. in d. l.
& Iacob. locis proximè citatis, necnon & Alex. in d. §. Gri-
ſogonus, quia ſi verba iſta referantur ad tempus celebrati in-
ſtrumenti, facilis erit probatio negatiuæ, tanquàm certo loco,
& tempore coarctatæ, probando, quòd eo tempore nulla in-
teruenit numeratio pecuniarū, quæ probatio certè difficilior
redderetur, ſi ad aliud tempus vagum, & incertum numera-
tio referenda eſſet. Nam ad hæc omnia Domini reſponde-
bant; primò doctrinā Bart. nulla ſolida ratione defendi, imò
refelli validiſſimis argumentis, nullamq; præſumptionem eſ-
ſe, ꝙ tempore confecti inſtrumenti numeratio interueniſſet,
ſed magis vrgere præſumptionem in oppoſitum; nam ſi nu-
meratio eo tempore interueniſſet inſtrumentum numeratio-
nis, potiuſquàm confeſſionis conſcribendum fuerat, quo qui-
dem argumento Cuman. hanc Bart. opinionem impugnat in
l. prædia. ff. de acquir. poſſeſ. quem refert, & ſequitur Aretin.
Inſtit. de liter. oblig. ad finem nu. 7. Emanuel Coſta in repe
titione l. ſi ex cautione. verſ. ſed cum placeat. nu. 6. & ſeq. C.
de non num. pec. latè Bolog. in d. l. poſt dotem. nu. 176. Vltra
quòd hæc ipſa aſſertio Bart. pugnare videtur cum alio dicto

eiuſ-

31 eiusdem, in d. l. si ex cautione, † vbi inquit, quòd cum Notarius scribit aliquem confessum esse, se recepisse pecuniam, nõ probat numerationem eiusdem, sed confessionem. Accedit, quòd supposita veritate istius conclusionis, vix vnquàm locus esset illi receptissimæ opinioni, de qua per Campeg. in tract. de dote q.52.par.1. Dog.eo.tract.§.5.nu.14.Couaru. variar.
32 resolut. lib. 1. c.1.nu.6.Gabriel.cons.163.lib.2. † quòd confessio dotis receptæ per maritum constante matrimonio, nulla præcedente dotis promissione intelligitur simulata, & in fraudem legis prohibentis donationem inter coniuges, si autem induceret probationem numerationis factæ tempore cõfessionis, certè corrueret supradicta assertio recepta.

Prætereà Alciat.in tract.de præsump.reg.3.præsumpt. 35. doctrinam Bart. restringit ad eum tantum casum, quo maritus confessus est, se recepisse certam summam nomine dotis, & promisit eandem restituere patri vxoris stipulanti ad sustinendum actum, alioqui patri restitutio fieri non deberet, si iã ex præcedenti numeratione, filiæ ius acquisitũ esset, ita vt hac ratione cessante, contrarium verius existimauerit Alciat. quẽ commendat Menoch. cons. 97. nu. 69. lib. 1. Deniq; supposita veritate doctrinæ Bar.casus propositus longè diuersus est, quàm vt ei doctrina prædicta applicari possit; constat enim instrumentum fuisse numerationis dotis respectu librarũ mille, & certè nimis alienum à verisimili videretur, ꝙ si eodem tempore, & incontinenti facta esset numeratio librarum trecentarum quinquaginta, non æquè confectum esset instrumentum numerationis respectu istius minoris summæ, sicut respectu mille. Sed præterea testes inducti per D. Catherinã apertissimè significare videntur, dotem ab initio constitutam, cũ deponant, quòd tunc maiorem dotem habere potuisset, quàm quæ sibi constituta fuit. Idem etiam fateri videtur D. Catherina respondendo positionibus, cum dixit se soluisse dotem librarũ mille trecentũ quinquaginta Prospero, mediante D. Iacobo Milano, intelligenda enim videtur eius responsio, respectu dotis per eam constitutæ, cũ verè Iacobus ille non interue-

teruenerit in actu numerationis; & valdè verisimile videtur, ꝙ dotem in hac summa librarum mille, & trecentum quinquaginta constituerit, mediante prædicto Iacobo, tùm quia post mortē primi mariti in eius domo semper inhabitauit, tùm ꝙ eiusdē consilio sibi nubendũ erat, hunc.n.maritus ipsius executorē testamenti reliquerat. Accedat, ꝙ tàm in prima instantia, q̃ in secunda hoc semper pro constanti suppositum fuit, & in hoc supposito fundata apparent responsa, tùm celeberrimi Collegij Patauini, quàm clarissimi Menochij, & aliorum, qui
33 pro muliere responderunt. Id etiam † confessus D. Garzareus causæ Patronus, cuius confessio potuit præiudicare clienti, vt per Cels. Vgo. cons. *37*. nn. 1*9*. Menoch. cons. *33*2. nu. 24. tantò magis cum in informatione facti, quæ iam effecta est de actis, id etiã supponatur, vt certè talis confessio in iudicio facta videri debent. Nec est dubitandũ, quin Procuratoris confessio per modum contentiosæ iurisdictionis Domino præiudicet, Rolan. cons. 70. nu. *3*. lib. 1.

Nec visa sunt obstare, quæ in contrarium afferebantur. Ad primum enim Domini respondebant, non agi in casu proposito, vtrũ dos fuerit constituta, aut in qua summa, sed quo tempore nunquid cum eiusdem solutio facta fuerit, an potius tẽpore contracti matrimonij; primò enim casu fortè posset locus esse præsumptioni; de qua per Scrib. in d. Auth. Præterea, secundo verò casu, iam constito de dote soluta contrariæ magis præsumptioni locus esse debet, ꝙ scilicet tẽpore cõtracti matrimonij fuerit constituta, rationibus anteà latè explicatis.

Prætereà quidquid de veritate prædictæ conclusionis dici possit, & vtrum eam benè colligant ex d. Auth. Præterea, cuius contrarium existimauit ibidem Gozad. nu. *6*5. videtur tamen intelligenda non absolutè, sed cum aliquo temperamento, vt q̃ quidem ille, qui excipit contra alium nitatur hoc ip-
34 so, quòd dicat, mulierem fuisse dotatam, † veluti quia maritus prętendat lucrum dotis aduersus hæredes vxoris, tunc.n. sit probãda qualitas prædicta, quod vxor dotata fuerit, alioquin eandem præsumi sine dote ductam, prout etiam in filia

exclu-

excludenda à succeſſione paterna, tanquàm dotata, requirit quod probatur eã fuiſſe dotatã, Bal.in Auth.res quæ.C.cõm. de ſucceſ. quod fortè voluit etiam Natt. d.cõſ.648. num. 8.

35 Si † verò actor è conuerſo ſe fundat in eo, quod dicat mulierem indotatam, veluti cum mulier experitur, contra hæredes viri ad quartam conſequendam, neceſſariò eidem incumbere debet onus probandi huiuſmodi qualitaté, tanquàm fundamentũ ſuæ intentionis, iuxta tradita per Natt. d.conſ.648. Cephal.conſ. 671. nu.24. alioquin ſubuerterentur multæ regulę iuris, ſi hæc ipſa præſumptio, quòd mulier cenſeatur ſine dote ducta, transferret onus probandi contra hæredes mariti; ſic enim nihil eſſet facilius, quàm probare huiuſmodi qualitatem à lege neceſſariò requiſitam, vt mulier ad quartã aſpirare poſſet, quod ſcilicet nupſerit ſine dote, allegando iuris præſumptionem. Prætereà non ille, qui ſe fundaret in qualitate grauaretur onere probationis, ſed trãsferret illud in eius aduerſarium, qui non modo in dicta qualitate ſe fundaret; ſed imò potius impugnaret. Deniq; præſumptio prædicta quatenus locũ haberet, in terminis noſtris † cedere debet longè 36 grauioribus præſumptionibus, quas in contrarium vrgere docuerunt ſuperius l.diuus.ff.de in integ.reſtit.min. ac multò magis cedere debet veritati in contrarium detectæ. Neuiz.conſ.81. nu.24. poſt Bald. in l.filium.ff.de his qui ſunt ſui, vel alie.iur. & quòd in claris non ſit opus præſumptionibus, aut coniecturis.l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.oblig. Conſtat autem de veritate in contrarium ex inſtrumento dotis rectè perpenſo, & verè intellecto, ſecundũ ſenſum, qui magis naturalis ipſius eſſe videtur, non cauillando verba, neque ea detorquendo ad intellectum abſurdum; Coniectura verò illa deſumpta ex nobilitate D. Catherinæ, ſi cum Proſpero conferatur, vt ideò præſumi debeat ſine dote ducta, quaſi nobilitas eiuſdem eſſet loco dotis, vt de pulchritudine ſcripſit Ouidius, *Dos eſt, ſua forma puellis*; leuior Dominis viſa fuit, ita vt in ea fundamẽtum fieri non poſſit. miſerã enim, & oneri hæc ipſe nobilitas fuiſſet D. Catherinæ, ſi nihil ei prodeſſe potuiſſet, niſi vt ſta

tim

tim ducta ad domum viri, furno exercendo, aut publicè vendendo in taberna pistoriæ præficeretur, nec imınutari facti veritatem inani quadam vmbra nobilitatis, cum verè filia Lardaroli fuerit, quæ Pistoribus nupsit tàm prima, quàm secunda vice, quin etiam cum illis artem Pistoriam exercuit. Testes autem, qui videntur deponere, ꝙ eam Prosper duxerit intuitu affinitatis contrahendæ cum Lucatellis, non concludũt, tùm quia consanguinei, & tractant de propria ipsorum agnatione extollenda, & laudibus, † vt certè plurimũ sit illis de fide
37 detrahendum. Alex. in l. lex Cornelia, siue Iulia. ff. de testib. cum præsertim nullam suæ credulitatis rationem afferat, quo casu fortè aliquid probare possent, vt per Bal. in l. qui tamen. §. si arbiter. ff. de arbit. & in l. testium. vbi etiam Salic. C. de testib. Vltra ꝙ nec deponunt de affectu illo maritali, quo maritus fertur ad appetendum vxoris coniunctionem, sed magis de quadam alia affectione, quæ potius dotem concernere videtur, stat enim aliquando loco dotis affinitas contrahenda cum hoc, aut alio, nec excluditur, quin etiam ducta fuerit intuitu dotis, tametsi intuitu affinitatis. Imperator aũt vbi loquitur de affectu maritali, ad propositũ nostrum, purũ appellat, ita vt alterius rei misturã non admittat, imò verò penitus excludat ipsam dotẽ, iuxta glo. in d. Auth. de nupt. in verb. purũ.

Fundamentum verò desumptum ex instrumento confecto, post contractum matrimonium retorquetur in cõtrarium, cũ ex illo resultet magis solutio, quàm constitutio dotis; solutio autem præsupponit obligationem præcedentem, quæ per ipsam solutionem tollatur. §. fin. Instit. quib. mod. tollit. oblig. prout etiã liberatio præsupponit necessariò obligationẽ præcedentẽ, & vsuræ dotis sortẽ principalẽ, q̃ ante debita fuerit, cũ vsuræ debeanť ex mora solutioni facta, vt per Bero. d. cõs. 130. sub nu. 50. lib. 3. nec potuit mora cõmitti eodẽ ipso momento, quo dos constituebať. Itaq; Dñi resoluerunt satis, superq; liquere, ꝙ D. Catherina dotẽ Prospero constituerit tempore contracti matrimonij, non autem ab eo ducta fuerit puro affectu maritali, quem considerat Imperator.

SVM-

## SVMMAE QVAEST. II.

1 Dos librarum 1350. inter Prosperũ, & Catherinã fuit congrua.
2 Rectum dicitur, & respectu suýpsius, & respectu obliqui.
3 Probatio incongruitatis cognoscitur à probatione congruitatis, & è contra.
4 Dotes variantur ex varietate temporum, & locorum.
5 Modum probandi dotis incongruitatem.
6 Dos congrua dicitur, quæ legitimè commensuratur, & ibi latius, secundum consuetudinem loci declaratur.
7 Testis de credulitate deponẽs, magis fungitur officio iudicis, quàm testis.
8 Testis de credulitate, nõ adducens rationem probabilem sui dicti, non probat.
9 Teste de auditu regulariter non caditur.
10 Dotis congruitas ex facultatibus, ex nobilitate, & ex vsu ciuitatis cognoscitur, & ibi latè.
11 Ratio in teste potissimum attenditur.
12 Res non ex affectione singulorũ sunt considerandæ, sed cõmuniter.
13 Pauper, & diues arbitrio iudicis declarandus secundum qualitates personarum.
14 Hodie diues non infertur, ergo olim diues, cum sit qualitas accidentalis.
15 Qui loco illustriori positus est, grauiora onera sustinere debet.
16 Nube pari, & paribus, pares, &c.
17 Dos constituta à patre, præsumitur congrua.
18 Officium Pistoris vile, & olim ad seruos pertinebat.
19 Nobilitas transuersalium aliquãdo in fœminas transuersales trãsit; & latius infra declaratur.

## ARGVMENTVM.

¶ Dotem librarum mille trecentarum quinquagintarum constitutam Prospero per D. Catherinam fuisse congruam, nec ab ea probatam esse incongruam.

## QVAESTIO II.

1 SED & prætereà concluserunt † non fuisse probatam incongruitatem dotis per D. Catherinã, prout eidem incumbebat, ex Natt. d.cons.648. Cephal. d. cons. 771.
2 † cum enim rectum sit, tàm respectu sui ipsius, quàm respectu obliqui, vt inquit
3 Philosophus. Domini dicebant ex † modo probandi congruitatem dotis resultare modum probandi incongruitatem eiusdem, nec verò difficilè est æstimare dotis congruitatem, vt inquit Celsus in l. si filiæ. ff. de leg. 3. cum illa congrua dicenda sit, quæ constituta fuerit pro modo facultatum tàm viri, quàm vxoris, aut eius qui mulierem dotare tenetur pro dignitate cõiugũ, & pro consuetudine loci. d.l.quæro.d.l.cum post.§.Gener.ff.de iur.dot.l.creditores.C.de adm. tuto. d.l.si filiæ.ff.de leg.3.Socin.cons.57.nu.25.27.lib.1. vbi
4 etiam inquit, † variari dotes pro temporum varietate, ita vt quę olim congrua fuerit procedente tempore tenuis existimari possit. Dec.cons.26.nu.4.dicens congruitatem dotis considerari potissimum ex consuetudine ciuitatis, ita vt eadem dos in vna ciuitate sit congrua, in alia sit incongrua. Corn.consil. 115.lib.3.cons.107.lib.2.col.penul.Grammat. decis.101.nu.
5 65.69. vbi † videtur tradere modum probandi dotis incongruitatem, nempè si articuletur, & probetur, quòd inter similes personas, similes dotes frequèntari soleant, & si præfatæ mulieri non sit similis dos constituta, incongrua sit dicenda, & quòd in loco limitato soleat talis dos incongrua æstimari,
6 & † dos congrua ea est, quæ legitimę cõmensuretur, idq; procedere si talis dos cõmensurata legitimę frequentari soleat in ciuitate, alioquin si hoc ipsum indistinctę intelligeretur totũ ferè Regnum discordijs subuersurum, id etiam tradit Afflict. in constit.Regn.de success.filior. commun.Rubr.23.nu.33. ex Petro de Vbald.in c.Raynut.ext.de testam.quod etiam videtur de mente Brun.in tract.de statut.exclud.fœmi. artic.9.nu.

34.& plures alios cumulat Menoch. de arbitr.lib.2.casu 149. nu.38.Gabriel.conſ.142.nu.7.lib.1. incumbebat ergo D.Catherinæ onus probandi, quòd inter coniuges eiuſdem qualitatis, cuius erat tàm ipſa, quàm Proſper eius maritus, tales dotes in Ciuitate Bonon.frequentari ſolerent, à qua ſi valdè procul abeſſet dos per ipſam Proſpero conſtituta, inferri poſſet, eam incongruam dici debere; ſed & ei incumbebat onus probandi, quæ eſſent facultates Proſperi tempore contracti matrimonij, quod certè non apparet concludenter probatum.

Nec viſum fuit obſtare, quòd aliqui ex teſtibus deponere videbantur, Proſperum maiorem dotem habere potuiſſe, alij ſcutorum mille, alij mille quingentorum, cum qua nullam habet dos ipſi conſtituta à D.Catherina. Vltra quòd omnes ſunt conſanguinei actricis, quæ res facit, vt ipſis plurimum de fide ſit detrahendum, vt per Alberic. in d.l.Iulia.ff.de teſtib.depo
7 nunt etiam † de credulitate, vt magis iudicis officio, quàm teſtium fungi videantur, ideoq; non probant, Specul.de teſte §.1.verſ.Item quòd deponunt de credulitate. Angel. in l. ſciendum.ff.de verb.oblig. Dec.conſ.100. nu.6. Decia.reſpon.62.
8 nu. 49. lib.3. † nullã præterea rationẽ ſuæ credulitatis ſaltem probabilem, & concludentem reddunt. Quod verò ſubijciunt de diuitijs Proſperi, magis de auditu deponũt, quàm quòd ipſi ſtatum bonorum Proſperi exploratum haberent, aut ſcirent, quæ bona poſſideret pręter furnum, quod verò peculium repoſitum, aut quas pecunias numeratas haberet, pariter de au-
9 ditu deponunt; At † teſti de auditu deponenti non creditur regulariter, glo. in l.2.§.idem labeo. ff.de aqua plu.arc.Bald. & Salic.in d.l.teſtium.C.de teſtib. ita vt temeraria hęc ipſorũ credulitas videri poſſit, vltra quòd etiã, ſi de facultatibus Proſperi deponerẽt, certa ſumma expreſſa, & quidem de propria ſcientia, non tamen propterea concludentem rationem afferrent, cur hæc ipſa dos conſtituta per D. Catherinã incongrua
10 dici deberet † cum non ex facultatibus mariti tantũ dotis incongruitas exiſtimetur, ſed ex alijs etiam inſimul iunctis, nobilitate ſcilicet, aut ignobilitate eiuſdem, facultatibus, & di-

gnitate vxoris, potissimum verò ex consuetudine regionis, ita vt ex omnibus simul iunctis, temperamentum quoddã adhibeatur, nec vna qualitas adeò potens est, vt alios ad se trahat, vt anteà dictum fuit; Vnde quemadmodum ratio testis perfecta, eiusdem dictum imperfectum validat, ita è conuerso imperfecta dictum alioqui perfectum eneruat, vt per Tin-
11 dar. tit. de testib. c. 5. nu. 7. Et quòd † ratio in teste potissimũ attendatur, ex qua sustineatur, aut corruat eius dictum Alex. cons. 120. lib. 5. Abbas c. cum M. de testib. Bald. in l. solum. C. eod. ita & multò magis imperfecta ratio, dictum imperfectũ destruere debet. Propterea nullam mulierem nominant, quæ Prospero nupta fuisset cum dote scutorum mille, aut mille, & quingentorum, ita vt figmentum potius quoddam videat, quàm testimonium; Et supposito etiam, quòd aliquam nominarent, quàm Prosper tanta dote ducere potuisset, non propterea inferrent ad incongruitatem dotis constitutæ per D. Catherinam, quæ inspectis omnibus circunstantijs, congrua di-
12 ci debet; † Nec enim ex affectione vnius, aut alterius, sed ex communi vsu regionis hoc ęstimandum est, argumento eius, quod dicitur, de precijs rerum. l. precia. ff. ad l. Falcid. Sicuti nec videtur fundamentum fieri posse in dd. testium pro hæredibus inductorum; Nam & si Petrus de Ronolat. diuersis interrogatorijs fatigetur, ac veluti tortus, dicit Prosperum magnæ tunc æstimationis fuisse, cum duxit vxorem D. Catherinam, & quòd maiorem dotem habere potuisset, *se hauesse voluto torre vna donna, come haurei voluto dir'io*, & quòd nupsit D. Catherinæ, vt contraheret affinitatem cum Lucatellis. Santes verò de Mangionibus dicit, Prosperum tunc fuisse diuitem, vt ipse credit, & quòd decessit relicto satis amplo patrimonio, seq; existimare, quòd D. Catherinam vxorem duxerit magis intuitu affinitatis contrahendæ cum Lucatellis, q̃ alia ratione, & quòd ipse non indigebat dote; nihil tamen concludenter. Nam quòd attinet ad diuitias Prosperi, non explicant bona aliqua, quæ possideret. Et alter quidem rationem dicti sui affert fundatam in eo, *Che haueße gran credito,*

*& facesse molte facende nel forno*, ita vt quando dicit de diuitijs Prosperi, intelligenda sit secundum conditionem eiusdé Prosperi, scilicet hominis vilis conditionis, cui etiam paruũ peculium continuò contrectandũ sufficere posset, vt diues diceretur, † nam hoc totum iudicis arbitrio committi videtur,
13 qui ex personarũ, & rerum qualitate iudicet quis pauper, aut quis diues dici oporteat, Bart. in l.si constante. nu.14. Alexã. ibidem nu.13. Ripa. nu.29. Ias. nu.144. ff. sol. mat. Didac. lib.2. variar. resolut. c.5. nu.8. ita vt nobilis, tametsi mille habeat in bonis, pauper tamen censeri possit, & è contrario; rusticus diues censebitur, qui centum habeat, Menoch. de arbit. lib. 2. casu 65. nu.8. & 9. Alter verò, vltra quòd de credulitate deponit, stolidam sui dicti rationem affert, quia quando decessit, *haueua della robba pur'assai*, inferens ab eo statu, qui erat
14 tempore mortis, ad statũ præteriti temporis, quasi verò † hodie diues, anteà quoq; diues esset, cum tamen qualitas ista diuitiarum, vtpotè non naturalis, & variabilis non præsumatur, ad tradita per Alciat. de præsumpt. præsumpt. 27. reg. 2. Et quatenus etiam si testis clarè deponerent de Prosperi diuitijs; non tamen propterea inferri posset, non modo necessariò, sed nec probabiliter ad incongruitatem dotis, eidem constitutæ per D. Catherinam, rationibus ante deductis, & inquantũ asserunt, quòd maiore dote nubere potuisset, præterquàm quòd de credulitate deponunt nulla muliere nominata, cuius nuptias Prosper recusauerit, ineptam certè rationem afferunt. Alter quidem, *se hauesse voluto torre vna donna, come haurei voluto dir'io*; quid enim si fortè meretricem aliquam, aut impudicam mulierem ducere voluisset, aut talem, quæ omnem eius substantiam luxu, & victus delitijs breui tempore consumpsisset, & marito imperaretur? Alter verò, quòd Prosper dote non indigebat, quasi hic crassum diuitijs superasset, & quasi diuites ipsi cum nuberent dotes negligerent, ac potius de dotibus non sint soliciti, quibus onera matrimonij grauissima ferre possint; † quia cum loco illustriori positi sunt, etiã
15 grauiora onera ferre debent, & quòd vterq; subiungit D. Ca-

 theri-

therinam à Prospero ductam esse intuitu affinitatis contrahẽdæ cum Lucatellis, parum certè consentire videtur hijs, quæ matrimonium statim consequuta fuerunt, cum nulla habita ratione dignitatis familiæ Lucatellæ, in qua tamen plures etiam reperiuntur, qui sordidis artificijs victum sibi quærere coguntur; Deniq; eam vendendo præfecit furno, vt certè magis videatur hoc ipsum in lucro posuisse, ac dotis loco duxisse, quòd mulierem frugi habiturus esset vxorẽ modici sumptus, cuius opera rem familiarem augere posset, eiusdem denique artifi-
26 cijs, iuxta illud si vis nubere, † nube pari, eo ꝙ pares cum paribus facilè congregantur, quàm sentẽtiam vsurpauit M. Tul. in Catone maiore, ex Phedro Platonis, eamq; citat Bart. in l. si diuortio. ff. solut. mat. ad persuadendam ęqualitatem inter coniuges; & Ioan. And. in c. fraternitatis. de frigid. & malefic. citans illud Ouidij.

*Quàm malè inæquales veniunt ad aratra iuuenci,*
*Tàm premitur magno coniuge nupta viro.*

Multaq; in hanc materiam prosequitur Tiraqu. in 5. lege cõnubiali ferè per totam, & quamuis etiam si testes expresè deponerẽt, ꝙ Prosper talem, aut talem dotem habere potuisset, longè maiorem dote constituta per D. Catherinam; non tamen inferri posset ad incongruitatẽ ipsius, vt anteà dictũ fuit.

Nec etiam inferri potest ad incongruitatem præsentis dotis ex instrumento dotis anteà constitutæ Prospero per aliam vxorem; Tùm quia dos illa nulliter constituta fuit, non obseruata forma Statuti Bononiæ, non adhibito scilicet consensu propinquorum ipsius puellæ; tùm quia nimis pinguis, & facultatibus Prosperi parum consentanea, qui tunc aut parum, aut nihil habebat in bonis, ita vt ex dote prædicta, quæ longè eius conditionem excedebat, ad congruitatem, vel incongruitatem alterius dotis inferri non possit.

Deniq; apparet ex processu criminali, dotem illam ab eo modis indirectis procuratam fuisse; duxit enim puellam nõdum viri potentẽ, & inter eos grauissimę discordiæ ortæ fuerunt, quarum occasione, postea transactum fuit. Et tantùm

abest

abeſt, vt D.Catherina dotis incõgruitatem probauerit, quòd immo ſatis de cõgruitate eiuſdẽ Dominis cõſtare viſum fuit; Dos.n.librarum mille, & trecentarum quinquaginta à fornaria conſtituta incongrua videri non debet, ſi quidem Rota Romana dotem ducentorum ducatorum aureorum congruam eſſe cenſuerit, in deciſ. Craſ. quæ circunfertur, attenta qualitate coniugum, quorũ vterq; artifex erat, & operarius; & Rimin. ſen. conſ.214. & Dec.in d.Auth. Præterea.ſub nu.5.dotem florenorum ducentorum, ſi modò ſit proportionata qualitati perſonarum, & conſuetudini Regionis arbitrati ſunt eſſe congruã, & Anchar. Regien. lib.3.q.famil. q.26. longè minorem credidit congruam. Et ſanè ſi ex his, quæ habentur in proceſſu, res iſta ſit decidenda, quis eam niſi congruam arbitrari poteſt? nam inſpecta qualitate patris, conſtat eam fuiſſe filiam factoris, ſeu Viridarij, qui interdum proprijs etiam manibus, artem illam exercebat, quod ſi facultatum dotantis ratio ſit habenda, apparet D. Catherinam dediſſe non modo ſummam, quàm dederat primo marito conſtitutam à patre,
17 † quàm certè præſumendum eſt eo tempore fuiſſe congruam, ad tradita per Dec.conſ.26.cum alijs infinitis relatis per Menoch. de arbitr.lib.2.caſu 149.nu.8. & per Decia.reſpon.60. nu.37. per plures ſequentes lib.1.vbi de receptiſſima opinione teſtatur; ſed etiam quidquid poſtea lucrata eſt ex hæreditate primi mariti, vt certè (cum totum dederit, quod habebat) congruentiſſima hoc nomine cenſenda eſt. Quòd ſi Proſperum inſpiciamus, nihil certè affirmare poſſumus de diuitijs ipſius; & dato, ꝙ in exercitio illo Piſtoris ſolertiſſimè verſaretur, magnaq; lucra faceret, nihil eſt tamen, cur dotem illam incongruam quis arbitrari poſſit, præſertim à ſolerti muliere conſtitutam; vltra quòd non eſſet habenda ratio ſimpliciter facultatum ipſius, ad exequendam dotis congruitatem. Si verò qualitatem vtriuſq; coniugum ſpectare velimus, non eſt, ꝙ dignitatem in ipſis, aut generis nobilitatem perquiramus; nã quæ nobilitas illo vili artificio non ſordeſceret? vt per Tiraquell. de nobilit.c.26. nu. 4. rediguntur enim Piſtores in ordinem

18 dinem † vilium,& sordidorum artificum, teste M.Tul. in oratione pro Sexto Roscio Ameri. tradit etiam Iul.Franc.lib.3. c.12.6.loco. in fine, confert tex. in l.maximarum. verbo sordidarum. C.de excusat. muner. lib.10. ita vt perfectissimatus dignitate arceãtur.l.1. C.de perfectis.dignit. lib.12.immo verò nec ad aliquam aliam dignitatem aspirare possunt, l. 1.C. de Pistor.lib.11. nam id munus olim seruorum erat.l. quæsitum.§.Trebatius.ff.de fund.instr. Quod si nobilitatis dictæ D. Catherinæ aliqua ratio habenda sit, ob transuersales eiusdẽ, & Iurisconsultos, & Philosophos insignes id proueniret, cùm
19 † interdum nobilitas etiam in fœminas transuersales ab agnatis tranuersalibus manari possit, vt per Tiraquell. de nobilit. c.17.nu. 58. quod tamen non absolutè procedit, sed duobus concurrentibus, vt infra dicetur opportuniori loco. Et certè etiam quatenus maiorem dotem facultates Prosperi postulassent; compensatis tamen facultatibus ipsius cum nobilitate mulieris, hæc ipsa dos congrua existimari debet; argum.not. per glo.in l.quęro.ff.de iur.dot.Si deniq; consuetudinis ciuitatis ratio sit habenda, eius scilicet dotis,quæ inter similes personas Bononiæ,tunc frequentari solerent, vt potissimum haberi debet, certè D.Catherina nihil docuit, quod eius intentionem iuuare possit, cuius tamen hoc munus erat ex antedictis, sed & Dominis de contrario magis constitit ex informationibus habitis extra iudicium, fide scilicet redacta, quamplurimorum attestantium, aut minores dotes, aut certè non maiores eo tempore constitui solere inter coniuges eiusdem qualitatis, cuius fuisse apparet Prosperum,& D.Catherinam.

## SVMMAE QVAEST. III.

1 Congrvitas *dotis quò ad propositum Authen. Præterea, consideratur, an ex redditibus mulier vidua viuere possit; & longè disseritur de hoc.*

2 *Dos, quæ non sufficit ad alimenta dicitur parua, secundum aliquos.*

3 *Quò*

3 Quò ad Authen. Præterea, solùm videtur considerandum, quòd mulier sit inops, & non de dote, & latè in progressu.
4 Ratione in lege expressa fit extensio ad terminos rationis, immo est comprehensio. 6.
5 Ratio Auth. Præterea, ne superstes coniux laboret inopia, & mendicare cogatur.
7 Parua dos non excludit remedium Auth. Præterea, & est cõmunis.
8 Congruitas dotis, quò ad materiam nostram, solùm videtur considerari, an redditus eius sufficiant ad alimenta, &c. 13.
9 Ratio finalis Auth. Præterea, vt superstes coniux non mendicare cogatur.
10 Dictio Propterea redditiua rationis.
11 Verbum inueniatur, denotat quandam inquisitionem, & inuestigationem, & denotat tempus futurum.
12 Si lego vxori, quæ gratia eius sunt separata, debet esse vxor tempore mortis, vt legatum habeat locum.
14 Dotis congruitas consideranda secundùm tempus mortis viri, ab absurdo, vt 15.
16 Quod operatur propositum in proposito, idem oppositum in opposito.
17 Mulier semel admissa ad quartam, quia inops, non excludatur, licèt fiat diues.
18 In successionibus attenditur status mortui, prout est tempore mortis, vt in legitima, & alijs multis.
19 Si congruitas dotis consideraretur, secundùm tempus contracti matrimonij, ratio Imperatoris videretur vana.
20 Vltimus status attenditur, vbi agitur de alimentis.
21 Duo copulatiuè requiri, vt quarta habeat locum; primò, quòd matrimonium à principio fuerit sine congrua dote; secundò, quòd vxor tempore mortis viri laboret inopia, latè 26.
22 Pariter ex parte viri duo requiruntur, scilicet, quòd non fecerit donationem propter nuptias, & tẽpore mortis vxoris sit inops.
23 Prænomina Hic, Hæc, demonstratiua ad oculum.
24 Per rubricam cognoscitur sensus nigri.
25 Quarta Auth. Præterea, ad similitudinem illius, quæ habetur ex l. finali. C. de repud.

27 Quare

27 Quare in §. quoniam verò in Auth. de exhib. reis, dictum fuerit mulieribus sine dote, &c. latè discutitur, & rationes multorũ reijciuntur.

28 Castrensis, & multi alij reprehenduntur circa intellectum §. quoniam verò.

29 Imperator in dicto §. quoniam, voluit legem generalem facere, & prouidere casibus consuetis, non ijs, qui de rarò contingunt.

30 Si verba solùm facti contingentiam significarent, non haberent ministerium iuris.

31 Verba sæpius repetita denotant iuris ministerium, & non exẽplũ. 32. latè.

32 Vera ratio cur Imperator totius fecerit mentionem de muliere sine dote ducta.

33 Maritus an teneatur curare vxorem ægrã, quando non est in eius obsequio, distinguitur.

34 Mulier sicut viuente marito habet ius in bonis suis ad alimẽta, ita eo mortuo, habet ius ad quartam.

35 Sicut maritus accipit aliquando vxorẽ puro affectu, ita vxor quãdoq; accipit virum puro affectu.

36 Quamuis mulier reijciatur à marito, tamen potest esse ducta puro affectu.

37 Verus sensus Auth. Præterea explicat.

38 An dos, cuius redditus non sufficiunt ad alimenta, excludat mulierem à quarta, latè disputatur.

39 Dos an congrua sit, quatuor considerantur.

40 Dos congrua ab initio, licèt non sufficiat ad alimenta, excludit à quarta. 45. latè, & 55. 66.

41 Dos incongrua dummodo sufficiat ad alimenta, excludit à quarta.

42 Inopia est considerata sub conditione, si non fuerit constituta dos.

43 Dos congrua à principio, præsumptione iuris videtur sufficere ad alimenta.

44 Vxor ducta cum dote decenti puro affectu, non potest dici ducta.

46 Qualitates sæpius repetitæ non creduntur vanæ.

47 Quod matrimonium fuerit sine dote, & quòd mulier sit inops, termini sunt diuersi.

48 Auth.

48 Auth. Praterea, loquens de indotata, extenditur ad incongrua dotatam.
49 Baldus declaratur, & 52. & 58.
50 Limitatio non debet destruere regulam.
51 Si dos alias congrua non excluderet à quarta, nisi ad alimenta sufficeret, omnes quasi mulieres succederent ad quartam, quod est absurdum.
53 In conflictu opinionum illa videtur præferenda, qua distinguit.
54 Item per quam minus à regalis iuris receditur.
56 Parua dos non consideratur, sed minima, quò ad materiā quarta.
57 Quia dos minima, pro non dote habetur.
59 Mulier habens maritum inutilem, dicitur vidua.
60 Tex. in §. quoniam verò. non insubtiliter perpenditur, & 63. 65.
61 Mulier iniustè expulsa à viro, debet habere quartam, siue dotatā fuerit, siue non. secundùm aliquos, & latè de hoc. nu. seq. 62.
63 Doctores non fideliter multoties allegat.
64 Maritus ducens vxorem sine dote, videtur vsq; ab initio consentire, quòd succedat in quarta.
65 Imperator magis voluit succurrere mulieri sine dote ducta, puro scilicet affectu, quàm alijs, etiam tenuè dotatis.
66 Congruitas dotis consideratur secundùm tempus contracti matrimonij in hac materia, per plures sequentes.
67 Item in materia exclusionis fœminarum habentium dotem ab hæreditate paterna.
68 Dos congrua consideratur tempore contracti matrimonij.
69 Imperator non simpliciter voluit leuare inopiam vxoris superstitis, sed cum hæc qualitate, quòd fuerit indotata, latè. 71.
70 Plura verba non debet censeri vana, quando vno verbo se poterat se legislator expedire.
72 Magna diuersitatis ratio inter illam, quæ dotem congruā dedit, & quæ incongruam, quamuis neutra sufficiat ad alimenta. latè.
73 Verbum inueniatur perpensum à Menoch. examinatur non insubtiliter, & melius adaptatur ad verba contextus. 74. 76.
75 Duæ qualitates semper considerantur, quòd vxor sit in ops, at quòd sine dote ducta.

77 Mentio

77 *Mentio dotis fit respectu vxoris, & donationis propter nuptias re-spectu viri, in d. §. quoniam.*

78 *Diuersa ratio, cur in successionibus consideretur tempus mortis, regulariter tamen in hac materia congruitas dotis refertur ad tempus contracti matrimonij, latè 80.*

79 *Dotis congruitas, vt excludatur filia à paterna successione, non semper consideratur secundùm tempus mortis patris.*

81 *Constitutio dotis in hac materia, duplici de causa consideratur, scilicet, vt sciamus an puro affectu sit ducta vxor, & an tollat inopiam.*

82 *Quò ab exclusione à quarta in materia nostra, sufficit viduã non egere, licèt non constituerit.*

83 *Non licet argumentari à casu de raro contingenti.*

84 *In legibus inspicienda sunt genera singulorum, non singuli generũ.*

85 *Absurdum non videtur si vidua non viuat secundùm dignitatem mariti defuncti, si habet congruam dotem.*

86 *An mulieri quarta debeatur, quæ congruæ dotata fuit, si dos postea perierit?*

87 *Diuitiæ superuenientes non tollunt ius acquisitum ad quartam.*

88 *Paupertas ob quam datur quarta, benè consideratur secundùm tempus mortis viri, licèt congruitas dotis alio tempore.*

89 *Qualitates plures æquiualentes ad idem tempus videntur referendæ.*

90 *Mens Doctorum de parua dote loquentium, declaratur.*

## ARGVMENTVM.

¶ Dotem, si alio respectu congrua fuerit, attenta qualitate coniugum, consuetudine regionis, & alijs circunstantijs, non posse dici incongruam, tametsi non sufficiat ad alimenta. *Et quorum semel congrua fuit ab initio contracti matrimonij, non effici incongruam ex mutatione status ipsorum coniugum. Imperatorem præterea prouidere voluisse mulieribus tantùm indotatis, aut incongruè dotatis, si etiã* inopia

*inopia laborarent. De alijs nihil fuisse solicitum, tametsi alimentis necessarijs essent destitutæ, huiusq; diuersitatis ratio, latè explicatur.*

## QVAESTIO III.

SED hic insurgit longè grauior difficultas, quę magis scopum attingit, magisq; pertinet ad intellectum Auth. Præterea; frustra enim quæri videtur de congruitate, vel incongruitate dotis ad effectũ succedendi ex dispositione illius constitutionis alio respe
1 ctu, † quàm vt cognoscamus, an eius redditus sufficere possint ad alimenta vxoris superstitis, ita vt mendicitatem euitet, ex Bald. in d. Auth. Pręterea, ad finem, quo in loco decidit, locũ esse dispositioni dictæ Auth. etiam eo casu, quo matrimoniũ cum dote contractum fuerit, sed adeò parua, vt alendę vxori superstiti sufficere non possit, paruamq; dotem dici, quæ ad victum, & vestitum non sufficit, & Bal. secutus est ibidem Salic. q. 3. nu. 2. subdens rationem principalem illius constitutionis fuisse non quod dotata vxor fuerit, vel indotata, sed quòd laboret inopia, Castr. nu. 6. Alex. nu. 4. Ias. 34. Roma. nu. 8. &
2 apertius in l. diuortio. nu. 15. ff. solu. mat. vbi † æquiparat hæc duo, quòd mulier nupserit sine dote, vel cum parua, hoc est tali, quæ ad alimenta vxoris non sufficiat, Dec. nu. 5. Cor. nu. 3. & 4. Idem cons. 4. lib. 4. Curt. iun. nu. 70. vbi de communi, Picus nu. 10. Rimin. sen. nu. 2. vers. intellige etiam istum tex. idem cons. 114. nu. 6. & vtrobiq; de cõmuni attestatur Mant. nu. 16. attestans similiter de communi Pepius nu. 10. pariter communem attestans Gozad. num. 24. 29. 33. & 37. attestans & ipse de communi Aret. nu. 1. Mathesil. in tractat. de succes.
3 ab intest. 4. artic. princ. nu. 22. & ibidem Bolog. addit. † dicẽs dationem dotis non esse in consideratione, sed inopiam vxoris superstitis. Ang. de Gambellio. in tract. de testam. glos. 4. nu. 20. Nicol. de Vbal. de success. ab intest. par. 4. nu. 8. rationem

nem afferens, quod Imperator pro fine sibi proposuit inopiæ superstitis cõiugis prouidere, non autem illud spectaret principaliter, vtrum dos, vel donatio propter nuptias fuerit constituta, Aret. in §. fin. Instit. de succes.cognat.vers. item quęritur. adducens authoritatem Franc. de Ramp. Et rationem, quòd paria sint nullam habere dotem, vel aliquam habere, sed valdè modicam, ex rationis autē idētitate, † quando est scrip-
4 ta in lege fieri extensionem, rationem autem fuisse expressam,
5 † ne superstes laboret inopia, Brun. de statut. exclud. fœmin. artic.9. q. 12. nu.97. latissimè Rolan. à Vall. cons. 14. lib. 3. Decia. plures alios quoq; recensens cons.70. lib.2. Cels. Vgo cons.4. ferè per totum. Plot.cons.17.nu.46.Florian.de S.Petro cons.21.nu. 21. dicens eandem esse rationem in illa, quæ cum modica dote superstes mendicare cogeretur, & satis di-
6 citur matrimoniũ sine dote, quod est sine congrua dote, † neq; propterea fieri extensionem legis ab homine, sed legem veterem, quæ parum, & nihil æquiparat ipsam esse, quæ extendit Durat. de arte testan. in tit. de leg. caut.20.nu.2. dicens, eam
7 Auth.Præterea, locum etiam habere † in parua dote, & paruā dici, quæ non sufficit ad alimenta, Barbat. latissimè cons. 24. lib. 2. Michael. Grass. de success. ab intest.q.39.num.4.immo verò ipse etiam Soci. qui contrarium attentauit, de communi testatur cons.30. nu.2. cons.121. nu.42. lib.4. prout etiam Alciat.cons.252.circa principium.& Gabriel d.cons.142.nu.4. ex quibus apparet hanc esse receptissimam opinionem, vt certè periculosum videatur ab ea recedere in iudicando, c.ne initaris.ext.de constit.Decian.in prædicto cons.70.præsertim cum nitatur etiam solidis fundamentis, omissa enim illa quæstione, nunquid quod dicitur de dote locum habeat in parua notabili paruitate, de qua non videtur dubitandum, cum nullus ferè sit, qui audeat contradicere, Socino excepto d. cons. 121. Pepio in d.Auth. Præterea, quorum tamen vterq; fatetur communem esse in contrarium, certè si etiam dos nõ adeò fuerit exigua, vt pro non dote sit habenda, nisi tamen eius redditus vxori ad alimenta non sufficiant tempore mortis viri,

non

8 non videtur eam excludere à beneficio quartæ, † ita vt congruitas dotis, quò ad id, de quo agitur, non aliundè metienda sit, quam ex eo, quòd sufficiat, aut non sufficiat ad alimenta, quidquid alio respectu dici possit; nec enim sufficit inspecta fortè consuetudine Ciuitatis, & qualitate coniugum congruã fuisse, si modo non excludat mendicandi necessitatem tempore delatæ successionis, scilicet mortis viri.

9 Probatur id in primis argumento † sumpto ex ratione finali, quæ mouit Imperatorem, vt quartam coniugi superstiti deferret, ne scilicet inopia laboraret, & miserè mendicare cogeretur, §. quoniam verò. in Auth. de exhib. rei. ibi, & inopia superstitis per diuitias alterius subleuetur, & rursus nihil habere volentes, sed in nouissima viuentes inopia; propterea sancimus, ponderando † vim dictionis propterea, quæ est redditiua rationis, ad notat. in l. 2. ff. de vsur. & quòd hæc fuerit causa finalis, tradunt communiter Scribent. in d. Auth. Præterea. Bald. Salic. Alex. Castr. Ias. Curt. & alij, Soci. d. cons. 121. nu. 38. Cephal. cons. 244. nu. 11. 16. Rol. d. cons. 15. nu. 5. cons. 14. nu. 26. Florian. d. con. 121. Decian. d. respon. 70. nu. 11. At qui hæc ratio locum habet, siue dos congrua fuerit à principio tẽpore cõtracti matrimonij, siue non, si modo eius redditus alẽdæ vxori non sufficiant marito mortuo, ergo, &c. quo argumẽti genere vtuntur Bald. Salicet. & alij pleriq; in d. Auth. Præterea, Decian. Cels. Vgo. Roland. & alij supra citati; confir-
11 matur hoc ipsum, ponderando vim illius † verbi inueniatur, quod perquisitionem quandam, & inuestigationem significat, iuxta illud Ouidij; *Tu non inuenta reperta es*; tradit Ange. in l. possidere. §. Nerutius. ff. de acqui. pos. ita vt supponant dubiũ ante inuestigationem, an scilicet inops sit, nec ne ille, qui superest, demùm inuestigetur de paupertate superstitis, aut de congruitate, vel incongruitate dotis, ex qua inopia cessare dicatur, vel non, quo generi argumenti vtitur Barbat. cons. 74. Cels. Vgo. d. cons. 4. Rolan. cons. 15. respicit enim huiusmodi verbum tempus futurum, à quo dispositio sumit effectum, vt inferatur agendũ esse de paupertate vxoris superstitis, de cõ-

gruita-

gruitate, vel incongruitate dotis, cum eis successio delata fuerit, nec satis esse dotem fuisse congruã tempore contracti matrimonij, nisi etiam congrua inueniatur tempore mortis viri, ex qua scilicet viuere possit, argum. eorum, quæ tradit Bart. in l.ex facto.col.2.vers.secundo oppo.ff.de vulg.& pupil.Vbi cum testator † reliquit vxori, quæ eius causa parata erant, ita vt necesse sit eam esse vxorem tempore mortis viri, nec sufficit, quòd anteà fuerit vxor.

His accedit, quòd ex receptissima omniũ sententia, per dispositionem Auth. Præterea, æquè consulitur marito inopi, sicut vxori superstiti, d.§.quoniam verò. vers. hoc itaq; dicimus, si coniunctorum alter dotem,aut donationẽ non faciens, inops aut vir, aut vxor reperiatur, & moriens quidem diues sit, superstes verò laboret inopia,atqui datio dotis, eiusq; cõgruitas tempore contracti matrimonij,solùm respectu vxoris locum habere potest, non etiã respectu viri, vnde si ratio de-
13 cisionis † in eo consisteret, quòd dos data non esset, aut incõgrua fuisset tempore contracti matrimonij, dispositio restringeretur ad vxorem, excluso marito, contra verba tex.& mẽtem Imperatoris, alia igitur ratio inuestiganda, quæ vtrique conueniat,& hæc alia non est, quàm inopia superstitis, inquit Rolan. d.cons.15. post Barbat.d.cons.74. Decian.d.cons.70. ita vt vis nõ sit faciẽda in eo, quòd mulier dotata fuerit, necne, & vtrum dote congrua, vel incongrua tempore contracti matrimonij, sed in eo, an laboret inopia, quàm certè non tollit congruitas dotis, si eius redditus non sufficiunt ad alimẽta.

14 Additur etiam argumentum † ab euitando absurdo, quod enim si quis vxorem duxerit dote ducatorũ fortè centum,quę inspecta qualitate vtriusq; coniugũ congrua fuit tempore cõtracti matrimonij, contingeritq; maritũ auctum iam facultatibus, & dignitate fortè Marchionatus decedere, relictis bonis redditus viginti millium ducatorum, vxorem à quarta repellendam? quia habuit dotem congruam tempore contracti matrimonij,cum tamen viduitate durante, in matrimonio censeatur esse, l.fi.vbi Scrib. C. de bon. mat. l. quoties. C.de

peric.

peric. Scol. lib. 12. ita vt, quæ ſplendidè viuebat, miſerrimè vitã traducere cogatur, ex redditibus illius tenuiſſimè dotis.

15 Nec abſimilis eſt † alia quoq; ratio, nã ſi cõgruitas dotis ex eo metiẽda eſſet, ꝙ congrua fuerit tẽpore contracti matrimonij, & nõ potius ex eo, ꝙ ſufficeret ad alimenta cõiugis ſuperſtitis, marito prædefuncto, ſequeretur, ꝙ ſi quę dotẽ conſtituiſſet conſtante matrimonio, cũ ab initio ducta eſſet abſq; dote (nã & conſtante matrimonio dos conſtitui põt, vt per Bal. in l. ſi conſtãte. C. de don. ant. nupt. & per eundẽ cõſ. 456. in prin. lib. 1.) quartã conſequi poſſet, tanquàm indotata, ſi vis in eo conſiſteret, ꝙ ſine dote nupſiſſet, quãuis tẽpore mortis mariti nulla egeſtate prẹmeretur, aut inopia laboraret, quod tamen eſt falſum, cũ ſucceſſio quartæ niſi inopia laboranti deferatur, vt igitur indotata excluditur, ſi non laboret inopia, ita dotata excludi nõ debet, ſi dos illa, quamuis alio reſpectu congrua,

16 non ſufficiat ad alimẽta vxoris, vt † quod operatur propoſitũ in propoſito, idẽ operetur oppoſitum in oppoſito; qualitas enim inopię ex nulla, aut parua dote procedens, adiecta verbo ſuccedat, ſecũdùm tẽpus verbi intelligi debet, l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxal. l. ſi Titius. ff. de milit. teſtam.

Huic quoq; proximum eſt aliud argumentum; nam vide-

17 mus etiam, † quòd mulier inops tẽpore mortis viri, non propterea excluditur à beneficio quartæ; quia poſtea diues efficiatur, Guliel. de Bened. in c. Raynutius. in verbo vxorem nomine Adalaſiam nu. 244. Dec. conſ. 24. Rolã. d. conſ. 15. nu. 23. Corn. conſ. 4. col. fin. verſ. & licet. conſ. 324. in princ. lib. 4. Tiraquel. ceſſ. cau. 4. limit. nu. 20. igitur neq; excludi debet, quæ dotem dedit congruam fortè tempore contracti matrimonij, ita vt tunc inops dici non poſſit, ſi tempore mortis viri incõgrua reperiatur, neque ſufficiat ad alimenta vxoris, nec enim diuerſitatis ratio afferri poteſt, cur minus diuitiæ ſuperuenientes excludant à beneficio quartæ vxorẽ inopem tempore mortis viri, quàm diuitiæ præcedentis ſui ſtatus, qui præceſſit mortem mariti, quo attento non diceretur inopia laborare.

18 Facit & regula generalis, † quòd in ſucceſſionibus attendi-

tur tempus mortis illius, de cuius successione tractatur, l.alienam.§.in extraneis.ff.de hæred.insti.§.fin.Insti. de hæred.qualit. & differ.Et, vt sciamus, quæ legitima filio debeatur,tempus mortis patris inspicitur, l.cum quæritur.& Auth. nouissima.C.de inoffic.testam.l.1.§.si impubes.ff.de collat.bon. sicut etiã,vt mulier dotata excludat ab hæreditate paterna, spectatur tempus mortis ipsius patris, nec congruitas dotis aliundè metienda, q̃ ex facultatibus extantibus tẽpore mortis patris, Castr.cons.265.lib.1.Bal.Nouel.in tract.de dot.par.6. priuil. 17.Dec.cons.226.sic igitur, & in proposito nostro ad cognoscendũ, an mulier dotata viro succedere possit in quarta, congruitas dotis æstimanda erit tempore mortis mariti, ita vt successio prędicta mulieri dotatæ, aut incongruè dotatæ deferat; nam, non quatenus indotatæ, sed quatenus inopia laboranti deferenda est,siue dos congrua fuerit à principio,siue non,modò non tollat mulieris egestatem tempore mortis viri.

His deniq; accedat, quòd si vellemus Imperatorem vxori prouidisse inopi, quia dotem congruam non dedisset, habita
19 ratione temporis contracti matrimonij, † inepta omnino esset ratio paupertatis, per quã videtur voluisse prouidere præteritæ paupertati, cuius nec minimam rationem habere debuisset viuente marito, quo tẽpore mulier, quandiù sit in eius obsequio, ab ipso alenda est, etiam si dotem tenuẽ marito dedisset, Bald.Alex.post Iacob.de Aren.in l.si cum dotem. §.sin autem.ff.solut.mat. Bart.in l.quod in vxore.ff.de neg.gest.

Deniq; non videtur habenda ratio congruitatis dotis, secundùm tempus præteritum, quo constituta fuit, quàmuis tũc probabiliter ad alimenta vxoris sufficere posse videretur, nisi ita congrua sit, etiam tempore mortis viri, vt ex ea ali possit,
20 prout alebatur viuente marito, † cum vltimus status sit attendendus, vbi agitur de præstatione alimentorum. l.mela.§.sed si alimenta. ff.de alim.& cib. leg.& quarta defertur, ne mulier mendicare cogatur in opprobrium transacti matrimonij, vt per Salic. & alios in d.Auth. Præterea, nam marito dedecus esset, quòd vxor viduitatem seruans durius vitam agere coge-

retur,

retur,quàm ipso viuente commodè,& honorificè traducebat. Hæc etsi plurimùm vrgere videantur, placuit tamen Dominis contrariam sententiam amplecti, tanquàm veriorẽ in puncto iuris,magisq; receptam, vt certè non habeat contradictores in terminis, in quibus versatur quæstio nostra, cũ dos fuerit congrua tempore contracti matrimonij. Illud enim in primis pro constanti supposuerunt, † duo requiri necessariò ex
21 parte mulieris volentis aspirare ad beneficium quartæ in bonis viri præmortui, tùm quòd ducta fuerit sine dote, vel saltẽ sine congrua dote,tùm quòd tẽpore mortis viri extrema inopia conflictetur, ita vt mendicare cogatur, nisi ei succurratur beneficio quartæ; id enim in confesso apud omnes est, qui dictam Authẽ. siue legendo, siue consulendo commentati fuerunt, quamuis imprudenter aliqui postea cõfuderint has duas qualitates, & ad vnam redegerint, nempè si mulier inops reperiatur tempore mortis viri; sic enim sumant Bald. Salicet. Alex. Pepius, & alij quàmplures, si matrimonium fuerit sine dote, & vxor superstes laboret inopia, succedit in quarta bonorum mariti diuitis prædefuncti, omnesq; fatentur non sine ministerio hoc adiectum fuisse, & valdè soliciti sunt in inuestiganda ratione,cur Imperator hanc qualitatem totiesque eã repetierit, Roma.Corn.Ias.Castr.Pep.qui diligentissimè omnium hanc rem prosequitur sub nu.10. Riminal.sen.nu.2. vbi rationem Castr.impugnat tanquàm nimis eliminatiuam Gozad.nu.3.& huius dicti rationem eandem qualitatem necessariam habentis præsupponit Gulielm. de Benedict. in d.c.Raynutius,loco supracitato, Nat. explicitè d. cons. 648. latè Cephal.d.cons.67.Decian. d.resp.70.circa princ.Gabriel d.cõs. 142. vbi accuratissimè rem pertractat, & probat apertissimè tex. in d. §. quoniam verò. in Auth. de exhib. reis, quo loco
22 Imperator requirit † ex parte viri aspirantis ad quartã ex bonis vxoris diuitis prædefunctæ, quòd nulla donatio propter nuptias interuenerit,quę per mortem vxoris ad ipsum redeat, vt ponderat etiam glo. in d. Auth. Præterea, & Salicet. ibidẽ nu.1. Corn.nu.23. Curt.iun.nu.32. Pepius nu.71.Deci.nu.8.

Rim.sen. sub.nu.20.Cyn.in l.licet. C.de iur.dot.Ex parte aũt mulieris, quòd nupserit sine dote; ponderandum est .n. quòd cum Imperator dixisset vxores quandoq; duci indotatas, quę mortuo viro, ex eo quòd dos data non fuerit, nihil habere possunt, subdit idcircò se miseratum earum vicem, & ijs mulieribus prouidisse, & certè prouidentiam suam ad alias extédere noluit, si quæ dotatæ essent,& paulò post subijcit, atque
23 huiusmodi vxores iuuat; † ista enim pronomina hic, huiusmodi, & similia sunt demonstratiua ad oculum immediatè præcedentem, Bart.& alij in l.1.ff.de nou.ope.nunc. Aret.in l.qui iurasse.§.idem Pomponius.ff.de iure iuran. Paris.cons.35.nu. 2.lib.2. Decia.respon.12.nu.4. lib.2. anteà enim facta fuerat mentio mulierum sine dote nubentium, ita vt de istis tantùm prouisio Imperatoris restricta intelligatur,nuptæ verò cũ dote, nec ad eius curam, & solicitudinem pertinent, id ipsum arguit multò magis ex verbis, quibus ille titulus inscriptus est, De exhibendis reis, & mulieribus indotatis, siue sine dote nubentibus, vt Græcum integrè Latinæ vertatur; sic enim illum titulum citat Alberic. de Rosat. quod autem apertius dicere potuisset ad significandum, quòd ijs tantùm mulieribus prouidere velit,non etiam alijs,si quæ cum dote nupsissent,quàm concipiendo titulum in hæc verba; validum est enim argumé
24 tum in iure nostro,† à rubrica, ad cognoscendum verũ sensum eorum, quæ in nigro habentur, præsertim verò si adęquata sint inuicem, nec vnũ latius altero pateat, ad notata per Bar. Bald. Salicet. Angel. Castr. & alios in l.1.ff.si cer. pet. Con-
25 firmantur prædicta, cum † hæc ipsa quarta redacta fuerit ad instar quartæ, de qua in l. fin. C. de repud. & in Authent. de nupt.§.si quid autem tale fiat, itaq; Imperator apertè profitetur in d.§. quoniam verò.& apertius in d. §. quia verò. in Authen. vt liceat matr.& auiæ.quo in loco meminit Imperator, tùm prioris legis editæ in casu repudij, tùm posterioris in casu viri præmoriẽtis, & per vtranq; prouisum inquit vxori puro affectu sine dote ductæ; nec .n. videtur dubitandum, quin ipsa quarta, quæ debetur in casu l.finali.C.de repud. Soli mulieri

fieri ductæ ſine dote deberi, vt apertè deciditur in principio, ibi hæc itaq; matrimonia, & in Auth. de nupt. in §. quis enim duxerit vxorem. Irner. etiam, qui Authenticam illam Præterea, prout & alias omnes ex authoritate Feder. Imper. in
26 Codicem tranſtulit, † in primis requirit, quòd matrimoniũ contractum fuerit ſine dote, vnde non videtur dubitandum, quin hæc ipſa qualitas neceſſariò requiratur, tanquàm diuerſa penitus ab inopia, quæ pariter concurrere debuit, vt ſit locus ſucceſſioni quartæ ſed quæ ratio mouerit Imperatorem, vt huius qualitatis toties mentionem fecerit, & hijs tantùm
27 mulieribus prouidere voluerit, † quæ ſine dote nupſiſſent; nã vna eſt omnium interpretum ſententia, idcircò operęprecíũ ſe facturos Domini exiſtimauerunt, ſi hoc ipſum diligẽter inueſtigarent, ſic enim fore, vt veritate cõperta facilè tolli poſſent multæ difficultates in oppoſitum excitatæ. Caſtr. quem Alex. ſequutus eſſe videtur rationem eſſe dicit, quia ſi matrimonium fuerit cum dote, & contingat præmori maritũ, vxor recuperabit dotem ſuam, per quam ceſſat inopia, & ſimiliter ceſſare prouiſionem dictæ Auth. cui demum locus ſit, cum ne-
28 que ſtatuto, neque pacto conſultum ſit ipſi marito, † Roman. autem inquit hæc verba appoſita, quia contingere poſſit, vt vxor dederit amplam dotem, quæ, ſi præmoriatur, & eandem ad filios tranſmittat iure hæreditario, pater integrum vſumfructum habebit, & ita ceſſabit ratio inopiæ conſiderata ab Imperatore. at verò præmoriente marito, ipſam recuperaturam dotem ſuam, ex qua pariter inopia ceſſabit.

Alij dixerunt hæc verba appoſita fuiſſe ad ſignificandã facti contingentiam, ratione ſcilicet contingentiæ, & frequentiæ, & facilioris euentus inopiæ, eo quòd frequentius accidat mulierem viro ſuperſtitem inopem eſſe ſi nullam dotem dederit, qui vſq; adeò lapſi ſunt, vt dixerint non eſſe faciendam vim aliquam in eo, quòd mulier dotem dederit, vel non, ſed immo in ratione finali, quòd ſuperſtes laborat inopia, è quorum numero videtur fuiſſe Gozad. d. Auth. Præterea. nu. 13. & per plures ſeq. quem ſequutus eſt Barb. d. conſ. 74. ſub nu.

6.dicens, quòd d. tex. requirit matrimonium sine dote fuisse; subaudienda est dictio maximè, vt sensus sit, vxoré succedere in quarta, si laboret inopia, maximè verò si ducta fuit sine dote, vt admittatur etiam illa, quæ cũ dote nupta fuerit, dũmodo non sufficiat ad alimenta, & ijs adstipulatus fuisse videtur Roland. d.cons. 15. nu. 29. vers.pariter non obstat, dicẽs non requiri concursum copulatorum, tùm quia vxor nupserit sine dote, tùm quia inops reperiatur tempore mortis viri, si modo hoc vltimam verificetur, nec dissentit Decian. resp. 70. sub nu.14.dicens Imperatorem de muliere indotata, gratia exempli locutum esse, non quia prouisionem illam ad mulieres tantùm indotatas restringere velit, cùm subijecerit postea rationem generalẽ, quę comprehendit etiam casum,quãdo mulier cum dote nupsit, si modo laboret inopia. Horum tamen nemo scopum attigisse, aut mentem Imperatoris assecutus esse videtur; Nam quod attinet ad Castr. primo in eo fallitur, dum existimauit illa verba, si matrimonium fuerit sine dote, adducta fuisse respectu vtriusq; coniugum, cum verè respectu tantùm vxoris sint adducta, non respectu mariti; requiritur autẽ respectu viri, quòd nullam donationem propter nuptias fecerit, vt in corpore, vndè sumitur Auth. Præterea, & latè per Rimin.ibidem, nu.2.vers.vtrum autem quãdo matrimonium, Pepius nu.9. & 19. Gabriel.d.cons.142.& alij supra citati. Prætereà, quòd mulier dotem habuerit, non esse in causa simpliciter, cur maritus eidem in quarta succedat, sed ita demum, si dos fuerit ampla, ita vt dici possit vxorem locupletem decessisse, siue constituta dote viro, siue non, neque hæc prouisio Imperatoris esset perpetua, si ad eum casum restringeretur, quo mulier eam ampla dote decederet. Præterea intelligere tex. in eum sensum, vt marito successio deferatur, si non sit ei consultum per pactum, vel statutum de lucranda dote, denegetur autem, si consultum reperiatur, nihil est aliud,quàm inducere Imperatorem multò antè diuinãtem, quòd huiusmodi statutum de lucranda dote condi deberet, vt etiam animaduertunt Riminal. sen. & Gozad. dicta

Auth.

Auth. Præterea, quod absurdum esse videtur, ex eadem causa produci tàm contrarios effectus, ex ea scilicet, quòd dos per mulierem constituta fuit, maritum ad quartam admitti, & ab eadem repelli. Deniq; hæc ratio non est generalis, quid enim si vxor locuples decedat, quæ tamē nullam dotem marito cōstituerit, nunquid propterea denegabitur successio in quarta bonorum marito? quasi verò successio pendeat ex eo, quòd dos per ipsam fuerit constituta, non magis ex eo, quod locuplex decesserit.

Roman. autem dum & ipse existimauit hoc, quod dictum est de muliere sine dote nubente referri ad vtrunque, tàm ad maritū, quàm ad vxorem, quasi verò ex hoc ipso inopia vtriusq; cesset, mulieris quia dotē recuperet viro præmortuo, mariti quia succedat in vsufructu totius dotis, proprietate filijs reseruata, in eodē errore versatur, cū hoc tantùm ad mulierem referatur; respectu autem viri requiratur, quòd nullam donationē propter nuptias fecerit, propterea constitutionem hanc restringit ad amplam dotem, quæ scilicet talis fuerit, vt dici possit, mulierem diuitem decessisse, nec enim successio defertur superstiti, quamuis inopia laboret, nisi constet præmortuū
29 diuitem decessisse; † verisimile autem est Imperatorem legē generalem condere voluisse, & adaptare ad ea, quæ frequenter, & facilè, non ad quæ perraro accidere solent. l. nam ad ea. ff. de legib. prout etiam legem hanc restringit Roman. ad eum tantūmodo casum, quo vxor decessisset relictis filijs communibus, & marito superstite; quid enim si cum filijs primi matrimonij? quid penitus siue filijs, quo casu nullus vsusfructus marito deberi potest, Gozad. in eo lapsu esse videtur, ꝙ existimauerit vtrunq; referri ad mulierem, & ipsius gratia dictum esse; tùm quia matrimonium fuerit sine dote, tùm quia sine donatione propter nuptias, ad excludendam scilicet mulieris inopiam, cum tamen hoc ad maritum, illud ad vxorem sit referendum, & in hoc loquitur contra communem, præterea vult maritum excludi, & admitti ad successionem, eo ꝙ vxor dotem constituerit, excludi quatenus vxor decedat su-

 persti-

perstitibus communibus filijs, quia tunc habet integrũ vsumfructum bonorum, & non solùm quartæ partis, argum. l.cum oportet. C.de bon. mater. admitti quatenus decedat cũ filijs, vel sine filijs primi matrimonij, vel prohibuerit vsumfructum suorum bonorum marito acquiri, quamuis cum liberis communibus decesserit.

Illud verò omnibus est commune, quòd rationem afferat, per quam hæ duæ qualitates, tùm quòd vxor nupserit sine dote, maritus nulla facta donatione propter nuptias, tùm quia superstes laboret inopia, confundantur inuicem, & redigantur ad vnam inopiam, scilicet superstitis, & tamen in confesso est apud oẽs dictas qualitates esse distinctas, vt certè vtriusq; concursus necessariò requiratur, si debeat esse locus successioni quartæ, argum.l.si plures.ff.de cond.& demonst. quo argumento vtitur etiam Deci. in d.Auth.Præterea, sub nu.3. vers.non obstat iste tex.dum præterea colligit argumentum à contrario sensu, vt si matrimonium fuerit cum dote, mulier à successione quartæ repellatur; Itaq; dum afferet rationem, per quam altera qualitas, quòd matrimonium fuerit sine dote, vel sine congrua dote, toties ab Imperatore repetita penitus destruatur, nihil aliud niti videntur, quàm vt tex. violent, & cũ omnes fateantur, non sine misterio hanc qualitatem adiectam
30 esse, † quòd mysterium lateret in istis verbis, si adiecta essent ad significandum facti contingentiã, & gratia exempli ad inducendum faciliorem euentum inopiæ, ex eo contingentem, ꝙ vxor dotem non dederit, quasi quòd hoc ad solicitudinem Imperatoris pertineat, quòd vxor magis hac ratione, quàm illa pauper diceretur, si verè paupertatis rationem tantùm habendam esse dicebat, etiam si facti contingentiam declarare volebat, quid opus erat hoc ipsum toties, & tàm accuratè repetere?

31 Deniq; † si exempli gratia hæc verba adiecta essent, inanis esset, & vana traditio omnium ferè scribentium, qui hanc ipsam qualitatem exigunt pro necessariò requisito, vt mulier ad quartam aspirare possit; superuacua etiam, & otiosa Impera-

toris

toris diligentia, qui toties mem init vtr iusq; qualitatis, tùm q superstes laboret inopia, si etiam dote constituta, & ea quidẽ congrua, inopia tantùm spectanda esset.

32 Veram † igitur rationem cur Imperator mendicitati vxoris superstitis occurrere, & inopiam leuare voluerit, si tamen sine dote ducta esset, aut certè tàm exigua, vt pro non dote sit habenda, longè diuersam esse putarunt, q eas tantùm commiseratione dignas existimauit, quæ idcircò puro affectu maritali ductæ præsumerentur, quia sine dote ductæ fuissent; æquũ enim Imperatori visum fuit, vt purus ille affectus, qui virum allicere potuit ab initio, ad onera matrimonij alacriter subeunda, absq; vlla dote, vel certè absque congrua dote, tunc etiam mulier prodesset, cum orbata viro, eo miserior esset, quo magis egeret, ab eo diuulsa, in cuius anteà sinu, & beneuolentia placidè foueretur, quàm rationẽ satis expressam habemus apud Cordub. in repet. l. si quis à liberis. in princ. n. 78. dum refert legem Regiam par. 6. tit. 13. lib. 3. his verbis. *Por onde cosa es, pues que las aman en su vida, que no fian que desanapadas à sua accette.* Sanè ipsam rationem, non semel Imperator significauit, tàm in d. l. fin. C. de repud. tùm in Auth. de nupt. §. si quis enim. tùm in d. §. quia verò. vt liceat mat. & auiæ. hæc duo coniungens, q mulier sine dote puro affectæ ducta fuerit, vt quasi hæc sit ipsa redditio rationis, cur hijs tantùm mulieribus, quæ sine dote ductæ fuerint, prouidere voluerit, si insuper inopia laborarent, quia puro affectu ductæ fuerint, vt quasi mariti in suam tutelam eas perpetuò recepisse videantur, non ita dotatis, quas cum mariti duxissent etiam intuitu dotis, quasi significarent ab initio, quod magis eis pendendum esset à dote, quàm sibi constituissent.

Confirmatur id ipsum, argumento eorũ, quæ tradit Rom. cons. 502. post Bar. & cæteros in l. quod in vxorem. C. de neg.

33 gest. dum pro solutione illius quæstionis, † an maritus vxorẽ ægram curare, & alere teneatur, quo tempore non est in eius obsequio absque aliqua eius culpa; distinguit enim an mulier cum dote ducta fuerit, an sine, vt primo casu maritus eatenus

teneatur, quatenus fert ratio dotis: secundo casu indistinctè præterquàm si habeat patrem diuitem, aut aliũ, qui ad ipsam alendam, aut officio iudicis, aut iure actionis cogi possit; cur hæc tàm variè, nisi quia primo casu mulier etiam intuitu dotis ducta fuerit; secundo casu puro maritali affectu, qui maritum cogere possit, vt quàm semel in suam fidem, tutelamq; suscepit, eam deserere non possit, primo casu si non aliter est succursum mulieri ægrotæ, quo tempore videtur maiore cõmiseratione digna, cum adhuc matrimonium constet, & illa coniunctio verè duret, quæ facit vt coniuges vna, eademq; caro cẽseatur, iuxta illud Lucæ, Erunt duo in carne vna, quanto minus succurri debuit eidem vxori superstiti, soluto iam matrimonio per mortem viri, & illo vinculo tàm arcto, & coniunctione sublata, cum non nisi fictione iuris vidua in eodem matrimonio perseuerare dicatur, iuxta notata per Scribẽ. in l. fin. C. de bon. mater. huius autem argumenti ius eo splendidior elucescet, quo magis apparebit ex infra dicendis, quartæ accessionem subrogatam esse loco deficientium alimentorum, vt per Cephal. cons. 24. sub nu. 16. de communi testantem, eo quòd olim vidua pauper, & indotata petere posset alimenta ab hæredibus viri, si non aliundè suppeterint, iuxta notata per Scribent. in l. diuortio. ff. solut. mat. per Bald. in l. fin.
34 C. de bon. mater. quem sequitur Castr. cons. 147. lib. 2. † ita vt qua ratione viuente marito, ius habebat in eius bonis ad alimenta percipienda, vnde ipso defuncto ius habet ad consequẽdum quartam, hanc ipsam rationẽ ex affectu maritali desumptam ab Imperatore non semel expressam accuratè perpẽdit Pepius d. Auth. Preterea. sub nu. 14. vers. sextò facit vna ratio, quæ non ideo minus locum habebit si cũ dote, sed incongrua ducta fuerit, quia cum paria sint mulierem non esse dotatam, vel incongruè dotatam, idem debet esse de vtroq; iudicium, & idem repetit sub nu. 28. & rursus sub nu. 110. vers. nec obst. ibi, quia accipiendo dotatam, cessat ratio istius legis, quæ fuit affectus mariti coniecturatus, ob acceptam vxorem sine dote, quod ipsum extendit etiam ad maritum, sub nu. 71. vt scilicet

† cum

35 † cum eo contractum videatur matrimonium ab vxore puro affectu, si nulla donatio ab ipso propter nuptias sibi fuerit cōstituta; ideoq; maritum vxori diuiti succedere, quasi ab ea susceptum in eius fidem, atq; tutelam, eandem etiam rationem agnouit Soci. vir acutissimi ingenij in d.cons.121.nu.40.itidē & Gabriel.d.cons.142.nu.23. Cephal.cons.671.nu.19.Alci. d.cons.252.

Nec quidquam mouit Dominos, quòd quarta debeatur et inuito marito, ad tradita per Alex.d.Auth.Prȩterea, nu.6.circa medium.post Castr.Roma.& Bald.& Corn.cons.4.in prin. & rursus nu.4.ad fin.lib.4.Dec.cons.24. nu.7.vers.& cum hæc quarta debeatur, Cephal.d.cons.244.nu.6.Mant.d.Auth.Prȩterea, in additio. 9. ita vt eo casu nullus affectus considerari possit, quod etiam confirmatur ineuitabili fundamento, cùm hæc quarta debeatur ad similitudinem eius, quæ debetur vxori repudiatæ, vt anteà dictum fuit. At verò nemo sani capitis dixerit deberi eo casu quartam ex affectione; quis enim præsumeret affectum maritalem in eo, qui egentē vxorem immisericorditer, si nō potius crudeliter à se dimittatur? Quod.n. dicitur Imperatorem inopiæ tantùm earum succurrere voluisse, quæ sine dote ductæ essent, quod si simplici affectione ductæ viderentur, atq; in tutelam maritorū receptæ, non in eorum sensum intelligendū esse dicebatur, † quasi verò hijs prȩsumptus affectus cōtinuò durare intelligatur, cùm sæpè de cōtrario constet, & quarta nihilominus debeatur, vt quando inuito testatore deferatur, quasi mulier semel in fidem, tutelâq; mariti suscepta, eo quòd puro affectu ducta fuerit, propterea sub eiusdem tutela manere debet, si egestate laboret, etiam cum affectus ille morte cessauerit, quæ omnia soluit. §. deinceps.in Auth. de nupt. Immo & si in odium quandoq; conuersus fuerit, veluti cum mulier à marito suo dimittitur sine causa à legibus approbata.

(36 stands at the start of the line "rum sensum intelligendū…")

Prout etiam nec obstare visum fuit, quòd causa principaliter intentata, siue finalis, ex receptissima omniū sententia sit, vt occurratur mēdicitati coniugis superstitis, cuius necessitas

non

non ideò minorescit, quia mulier cum dote nupserit, si modo ad alimenta] non sufficiat, ideoq; parum esse curandum illum maritalem affectum, sicut etiam, ꝙ mulier cum dote, vel sine dote nupserit. Nam, vt Domini facilè concederent, non succurri per legem indotatæ mulieri, nisi etiam laboret inopia, ita vt finis principalis fuerit intentus inopiam superstitis hac successione leuare, & tollere mendicandi necessitatem, illud etiam necessarium esse dicebatur, vt mulier sine dote, aut certè sine cõgrua dote ducta fuerit, nisi tex. violare velimus, quo
37 supposito pro constanti, † cum hic sit verè germanus sensus Auth. Præterea, & iurium vnde sumitur; Illud præterea inquirebatur, quæ ratio mouerit Imperatorem, vt solùm miserendum esse duxerit paupertati mulierum sine dote nuptarũ, qua in re concludebatur ineptam esse rationem, si dicamus id factum esse, vt eorum inopiæ subueniatur, tùm quòd hæc ratio sit eadem cum dicto, & per consequens non concludat, ad ad gloss. notabil. in l. final. ff. de offic. proc. Cæsa. in l. labeo, & Trebatius. ff. de vsucap. in l. 1. vbi etiam Bart. ff. de except. in l. qui interrogatus. ff. de petit. hæreditat. Tùm quia nullum discrimen constituat inter mulieres sine dote, vel cum dote ductas. Veram igitur rationem esse, quæ anteà explicata fuit, & ab Imperatore expressa, & grauissimis viris probata.

His ita constitutis propius ad rem ipsam accedendo Do-
38 mini dicebant quæstionem propositam, † nunquid dos, cuius redditus non sufficiant ad alimenta, excludat mulier à beneficio quartæ? duo respici posse, aut qualitatẽ inopiæ, aut qualitatem illam, ꝙ mulier sine dote ducta fuerit; sunt enim hæ qualitates inter se distinctæ, & separatæ, nec inuicem conferendæ, vt anteà dictum fuit. Respectu qualitatis inopiæ concludebatur dotem, cuius fructus alendæ vxori sufficiant, iam excludere à beneficio quartæ, quasi verò cessante eius inopia, cùm non cogatur vendere proprietatem, vt alatur ex pecunia inde redacta. Natt. cons. 605. ad finem. Dec. d. Auth. Præterea. nu. 22. Crauet. cons. 199. nu. 6.

39 Hoc tamen nō obſtante,ſed adhibito temperamento, † nē-
pè ſi modò concurrat & alterum, quòd hæc ipſa dos alio re-
ſpectu congrua fuerit, pro modo ſcilicet facultatum, pro di-
gnitate coniugum, pro conſuetudine regionis, & temporum
qualitate, de quibus in l.quæro. ff.de iure dot.cum alijs ſupra
citatis.Reſpectu autem alterius qualitatis ad iudicandum ſci-
licet, vtrum mulier cum dote, vel ſine dote nupſerit, reſolue-
runt regulam non ex eo ſumendā eſſe, quòd dos alendæ vxori
fortè ſufficere nō poſſit tempore mortis viri, ſed ab eiuſdem
40 congruitate; nam † ſi decenter dotata fuerit, ea ſcilicet dote,
quæ inter ſibi, & marito ſimiles in loco frequentari ſolet, di-
cebatur non eſſe vlterius inueſtigandum, vtrum hæc ipſa dos
alendæ vxori ſufficere poſſit,quaſi verò deficiente prima qua-
litate neceſſariò requiſita, vt ſit locus diſpoſitioni Auth.Præ-
terea; poteſt enim contingere, vt dos non modo congrua fue
rit, ſed etiam ampla, ita vt mulierem excludat à quarta,& tā-
quàm dotatam, & tanquàm diuitem, immò verò præbeat adi
tum ſucceſſioni marito, quaſi vero vxore diuite prædefuncta,
etiam ſi nihil habeat præter amplā dotem,ex tradit.poſt glo.
per Cynum, Bal. Salic. in l. licet. C.de iur. dot. Rurſus con-
tingere poteſt, vt dos omni alio reſpectu congrua fuerit, quæ
tamen ad alimenta vxoris nō ſufficiat, & hæc excludat à quar
ta mulierem, non quaſi minus pauperem,ſi nihil aliud habeat
præter dotem, ſed quaſi cum dote nupta, ita vt ceſſet prima
qualitas requiſita reſpectu mulieris, quòd matrimonium fue-
41 rit ſine dote, è cōuerſo euenire poteſt, † vt dos incongrua fue
rit, quæ tamen ſufficiat neceſſitatibus victus, & ita excludat
mulierem à quarta, non quaſi dotatam, ſed quaſi non paupe-
rem, cùm Auth. Præterea locum habeat, ſi vel nulla dos, vel
congrua conſtituta fuerit, & eadem alendæ vxori poſteà non
ſufficiat ad alimenta, vel incongrua ſit tempore contracti ma-
trimonij, & tamen tempore mortis mariti ſufficiat ad alimen
ta, & ita tollat inopiam, ceſſabit beneficium quartæ, & quod
dictus tex. in hunc ſenſum ſit intelligendus, Domini conſtare
dicebant ex corpore vnde ſumitur d.Auth. Præterea, ponde-
rando

rando primùm illa verba, si coniugum alter dotem, aut don
tionem non faciens; inops autem vir, aut mulier inueniatu
42 † ex quibus appareat inopiam superstitis in conditione pos
non simpliciter, sed sub conditione, si neq; dos, neq; donati
propter nuptias fuerit constituta; participium enim illud, n
faciens, resoluitur in conditionem, perinde ac si dictum esse
si non fecerit, ad tradit. per Bart. in l. 1. num. 34. ff. de cond. &
demonst. dato, ꝙ ea minimam dotem, & incongruam consti
tuit, perinde sit, ac si dotem constituisset, & sic videatur im
pleta conditio per æquipollens, certè non poterit hoc verifi
cari in ea, quæ dotem congruam dedit; quomodo enim hæc
43 sine dote nupsisse dicetur, † quæ cum congrua fuerit, præsum
ptione iuris ad alimenta etiam sufficere videri debet; l. pro
oneribus. C. de iur. dot. vt in hoc certè nō videatur adhibenda
scrupulosa inuestigatio, ita Pep. d. Auth. Præterea. sub nu. 16.
vers. secundo probatur; hoc idem alia ratione, subdens quod
dicitur de dote parua, vt per eā mulier non excludatur à qua
ta, quasi verò muliere ducta sine dote, de ea intelligendum e
se, quæ pro non dote sit habenda, quis autem congruam dot
dixerit non dotem? sic etiam argumentatur Dec. ibid. Rimi
sen. sub. nu. 2. vers. & aduerte ꝙ Bald. & cons. 114. nu. 11. ita
vt non quælibet inopia aditum mulieri præbeat ad quartam,
nec dos hoc ipso, quòd alendæ vxori non sufficiat, sed si præ
terea incongrua fuit, vt mulier sine dote nupta dici possit.

Secundò, cōfirmatur hoc ipsum à cessante ratione legis su
perius explicata; nam ideò succurrendum esse dixit Impera
tor paupertati sine dote nuptarum, ꝙ hæ simplici affectu ma
ritali ductæ præsumuntur, & in maritorum fidem, tutelamq;
44 receptæ, † at verò, quæ cum dote congrua ducta fuit, non vi
detur simplici affectu ducta, sed etiam intuitu dotis, quidquid
dici de ea possit, quæ cum dote incongrua nupsit, ita Cephal.
d. cons. 671. num. 19. Gabriel. cons. 142. num. 23. Pepius. nu.
110. ad finem. Alciat. d. cons. 252. post nu. 14.

45 His accedit, † ꝙ si dos congrua non excluderet mulierem à
quarta, nisi etiā sufficeret ad alimenta eiusdem tempore mor
tis

tis viri, frustra mētio istius qualitatis toties ab Imperatore facta fuisset, in §. si quis enim. in Auth. de nupt. & in d. l. fin. C. de repud. in §. qm̄ verò. in Auth. de exhib. re. in §. qm̄ verò. in Auth. vt liceat mat. & aui. quas leges constat diuersis temporibus promulgatas esse, vt certè fateri oporteat, hoc cū maximo mysterio factum esse; frustra inscriptus esset titulus, De mulierib. sine dote nubētibus, vana prçterea redderetur cōmunis, & receptissima omnium sententia, ferè interpretum existimantiū vnum ex necessariò requisitis ad obtinendum huiusmodi successionem, ex parte mulieris esse, quod matrimonium contractum fuerit sine dote; frustra etiam disputarent omnes hi, qui tàm soliciti secundum quod tempus debeat considerari contracti ne matrimonij, an mortis viri, ad dotis congruitatem cognoscendum, nihil enim facilius fuisset Imperatori, quàm vnico verbo se explicare, statuendo locū esse successioni quartæ, dummodo mulier inopia laboraret, si eius intentionis verè fuisset, ꝙ dos congrua non excluderet, nisi etiam ad alimēta sufficeret, nec titulus fuisset inscribendus; De mulieribus sine dote nubentibus, sed magis, de mulieribus inopia laborātibus, tēpore mortis mariti; Doctores etiam concludere debuissent nihil interesse, vtrum mulier cum dote, vel sine dote congrua nupserit. Nec ingredienda fuisset illa quæstio, cuius
6 temporis ratio sit habenda pro cognoscéda congruitate, † ne igitur qualitas ita toties repetita frustra apposita videatur, & ne semper sit ociosa, contra tex. in c. si Papa. de priuil. in 6. in l. si quando. ff. de leg. 1. ne legis dispositio vana reddatur, ne
7 confundantur † hi duo termini, longè tamen inter se diuersi, tùm quia matrimonium fuerit sine dote, tùm quòd vxor superstes laboret inopia, & ne duæ conditiones redigantur ad vnam, cùm tamē vtriusq; concursus requiratur, sicut iure cautum est; l. si plures. ff. de cond. & demonst. Vnde interpretatio capienda est, vt quòd dicitur dotem, quæ non sufficiat ad alimenta vxoris superstitis non excludat à quarta, intelligendū sit, dummodo hæc ipsa dos incongrua non fuerit à principio contracti matrimonij, ita argumentatur Soci. d. cons. 30. sub

nu.11.conſ. 121.ſub nu.38.verſ.ex quo enim Gabr.conſ.142. nu.4.& 11. Pep. d.Auth. Præterea. nu. 110. Id ipſum vrgen-
48 tiſſima ratione ſuadetur, nam vt diſpoſitio dictæ Auth. † lo-
quitur de indotata, extendi poterit contra verba expreſſa ad eam, quæ nupſit cum parua dote, quod tamen ante Bald. nemo auſus eſt attentare, ſi credimus Soci.d.conſ.121.nu.42.nã omnes antiqui tex. tũ de indotata loquentẽ ad litteram intellexerunt, prout iacet, nulla adhibita diſtinctione inter dotem paruam, aut magnam, & poſt Bald. Angel.& Fulgoſ. Socin.d. conſ.121. Pepius d. Auth. Præterea. nu.10. & per plures ſeq. quibus Rota Rom. in Deciſione Craſſ.quæ circunfertur addidit Bero.in c.Raynutius.nu.150.cũ ſeq.ext.de teſtam.Tiraqu.
49 in tract.de iudic.in reb.exig. † certè hoc videtur intelligendũ de ea dote, quæ pro non dote habeatur, vt per eandem Deciſ. Rotæ Romanæ, ferè ad finem, quis autem dixerit dotem alioqui congruam, non dotem, quàmuis non ſufficiat ad alimenta, aut quomodo lex de indotata loquens verificari potuit in ſuo contrario potius?

Confirmantur prædicta, nam quod ſubijcit in §.quoniam, de inopia vxoris ſuperſtitis, quæ ſine dote nupſit limitationis cauſa adiectum fuit, vt Imperator ſignificaret quædam voluiſ ſe prouidere mulieribus ſine dote puro affectu ductis non ſimpliciter, & abſolutè, ſed concurrente aliqua qualitate, ſi etiã
50 inopia laborarent; † cum ergo quod inductum eſt ad limitationem non debet operari deſtructionẽ regulæ, nempè vt habeat locum etiam in ea, quæ nupſit cum dote congrua, quàmuis modo ſit pauper tempore mortis viri, & fructus dotis eidem alendæ non ſufficiant, ita pulchrè Cephal. d. conſ. 671. num. 16. & ſequent.

Quibus accedat, quòd cum diſpoſitio Auth. Præterea, correctoria ſit iuris communis, inquantũ admittit vxorem ad mariti ſucceſſionem extantibus liberis eiuſdẽ, vt viſum fuit Imo. in l. ſi verò.§.de viro.ff.ſol.mat. Soci.d.conſ.121.nu.44.Cor. conſ.129.ferè ad finem lib.2.& vt ſaltem limitatoria,& exorbitans, vt magis communiter exiſtimauerunt Odofr. & Cyn. relati

relati per Pep.d.Auth. Præterea.nu.26.Roma. ſub nu.2.Plot. conſ.17.ſub nu.4. nec fundata ſit in aliqua viua ratione naturali, vt inquit Corn.d.Auth.Præterea, ſub nu.21.& d. conſil. 179. ad finem. Alciat. conſ. 252. ſub nu.14. ſtrictiſſima in ea interpretatio fieri debet, vt rarius, quàm fieri poſſit, locũ habeat. An verò ſecundum ſenſum eorum, qui tenent dotẽ ex-
11 cludere à quarta tunc ſolùm, cum ſufficiat ad alimenta, † vix daretur caſus, quo non eſſet locus ſucceſſioni quartæ, cum ex mille dotibus alioqui congruis, & decentibus, vix vna reperiatur, quæ ad alimenta ſufficiat, ita Pep.ſub nu.16.verſ.Tertiò quæro ſi eſſet neceſſaria. Gabr. d.conſ.142. nu.15. Socĩn. d.conſ.121.nu.46.verſ.Et iſtam conſiderationem. Alciat.cõſ. 252.qui omnes pro abſurdo adducunt fore frequentiſſimam ſucceſſionem ex diſpoſitione Auth. Præterea, ſecundum prædictũ ſenſum,cum dotes tenuiores ab hinc annis triginta conſtitui ſolerent, aut certè tales, vt conſtare poſſit,eas non ſuffecturas ad alimenta vxori, itaq; cum eſſet aperta via, auertendi plurimorum hæreditates, & excitandi lites immortales in
12 ciuitatibus, Dominĩ concluſerunt † dictum Bald. intelligendum eſſe iuxta diſpoſitionem ante explicatam, ſi ſcilicet concurrat vtrunque. Tùm quòd dos fuerit incongrua, vt pro dote non ſit habenda, tùm quòd alendæ vxori alioqui pauperi non ſit ſuffectura,quòd ſi congrua fuerit, erit ſecus, quia ceſſabit prius requiſitum; nec enim Imperator alijs mulieribus prouidere voluit, præterquàm ſine dote ductis, non eſt quòd vlterius iudicem ſolicitum eſſe oporteat circa vxoris inopiã, quæ iam reperitur excluſa, vt conſtari poſſit eam argui dotatam. Secus verò, ſi dos incongrua fuerit, tunc enim alia quæſtio ingredienda erit, an vxor laboret inopia, & vtrum dos
13 eidem alendæ ſufficiat; in conflictu enim opinionum, † illa videtur præferenda, quæ cæteras federe diſtinctionis conciliat, Soci.iun.conſ.39.nu.28.121.ad finem num.lib.2. Pariſ. conſ. 106.nu.45.lib.1. Dec.conſ.9. nu.3. lib.3. Et per quàm minus receditur à proprietate verborum, quibus legem conceptam apparet, Bero. conſ.118.ſub nu.16. lib.2. minus autem rece-

dimus à proprietate legis, loquentis de mulieribus indotatis, si contenti simus extensionem factam per Bald. referamus ad
54 eas, quæ parua dote nupserint, si modo incongrua fuerit, secus verò si congrua; Deniq; † per quam minus derogetur dispositioni iuris communis, argumento eorum, quæ tradunt Scrib.
55 in l. 2. C. de noxal. in l. si quando. ff. de leg. 1.

Deniq; dicebatur † hanc opinionem communi calculo reprobatam esse in terminis quæstionis propositæ, cum scilicet dos fuit à principio congrua, tametsi non sufficiat ad alimenta, hanc tenuit in primis Socin. d. cons. 121. dum voluit hoc habere locum etiam in dote parua, & præsertim sub nu. 44. vbi restringit dictum Bald. ad dotem paruam notabili paruitate, latius cons. 30. præsertim num. 10. & 11. Riminal. sen. d. Auth. Præterea. nu. 2. vers. Verè aduertè, quòd Bald. vbi veriorem testatur, idem cons. 114. nu. 11. Pep. nu. 16. vers. Secùdò probatur hoc idem, vbi præsupponitur indubitatum, data dotis congruitate, Alciat. d. cons. 252. asserens hanc opinioné in his terminis non habere contradictorem, Cephal. d. consil. 5
671. affirmans indubitatum sub nu. 19. Gabr. d. cons. 142. attestans de verissima, & communi sub nu. 25. & de indubitata, nedum veriori sub nu. 21. & 22. per tex. clariss. de materia loquentes, eiusdem opinionis videtur fuisse Dec. quàmuis in cótrarium adducatur in d. Auth. Præterea, nu. 5. dum quod ante dixerat dotem ducentorum florenorũ, non excludere à quarta, si non sufficiat ad alimenta, limitat si modò congrua non fuerit, his formalibus verbis; intelligendo tamen si dos parua fuerit secundùm qualitatem personarum, quasi possit stare, quod congrua sit, & ideò statim excludit à quarta, quàmuis ad alimenta non sufficiat; non excludat autem si & incongrua sit, & alendæ vxori non sufficiat, in eandem opinionem Pep. adducit Alex. in l. diuortio. ff. solut. mat. eius dicta subtiliter ponderando, quàm & sequi videntur omnes illi, qui disputant, cuius 5
temporis ratio sit habenda, ad assequendam dotis congruitatem; nam hæc quæstio vana, & inanis esset, si omnis parua dos non excluderet, & paruitas ex eo metienda esset, quod non suffi-

sufficeret ad alimenta, & non potius ex ipsa congruitate, nec dissentire videntur etiam illi, qui dicunt dictum Bald. restringendum ad dotem paruam notabili paruitate, & pro non dote habendam, ita limitauit dictum Bald. Corn. d. Auth. Praeterea, num. 4. ponderans argumentum Bald. parum, & nihil æquiparantis, alioqui dote congrua existente non fore bonā similitudinem, paruum, & nihil perpendit etiam Curt. iun. sub nu. 70. quasi verò non satis sit dotem non sufficere ad alimenta, nisi sit etiam tenuissima, & per consequens incongrua, sequitur Pep. nu. 10. & per plures seq. præsertim sub nu. 19. vers. Et ex ista conclusione subdens rationem, quòd vbi interuenit dos, sed adeò tenuis, perinde est, ac si nulla interuenisset, arg. nota. per glo. in l. sciendū. ff. qui satisda. cogant. nec videt̄ dissentire Aret. d. Auth. Præterea, dicēs hæc duo æquiparari, quòd attinet ad materiam Auth. Præterea, nullam vel minimam dotem habuisse. Idem Corn. cons. 249. lit. C. lib. 3. vbi quod dicitur de parua dote videtur intelligere, si modo
9 congrua non fuerit, & sub lit. D. clarè significat, non † omnē paruitatem dotis sufficere, vt non excludat à quarta, sed minimam esse oportere; nec videtur aliter sensisse Cels. Vgo. si bene ponderetur d. cons. 4. loquitur. n. in dote tenuissima, & ad eam restringit communem conclusionem sub nu. 11. & rursus sub nu. 17. Nam, vt optimè ponderat Corn. cons. 249. qui dicit tenuissimam dotem, is etiam incongruam dicit, non è cōuerso, qui incongruam dicit tenuissimam præsupponit, & hāc eandem distinctionem approbat etiam Rot. Romana in dicta Decisione Crass. quæ ēt addidit Mathes. loco supra citato loquentē de dote valdè modica, & huic etiā astipulatur Nicol. de Vbald. in tractat. de success. cognat. §. fi. vers. Item quæritur, loquens & ipse in dote valdè modica. Et ratio huius distinctionis esse videtur, quàm afferunt Pep. d. nu. 19. & Corn.
57 d. cons. 249. † quòd hæc ipsa tenuissima dos pro non dote habeatur, ita vt verificetur prima ex qualitatibus requisita, ꝙ mulier ducta fuerit sine dote ex simplici affectu, & altera, ꝙ vxor, quæ nihil aliud habeat præter huiusmodi dotem extre-

ma laboret inopia, quæ extrema inopia præsumptione iuri cessare videtur si dos congrua fuerit, ita vt scrupulosa inuestigatio non sit habenda, vtrum sufficiat ad alimenta, & † quòd
58 dictum Bald. ad dotem incongruam restringatur sensisse etiã videtur Picus d. Auth. Præterea, dum rationem affert, sub nu. 10. quòd vbi lex facit mentionem de dote debet intelligi de congrua, ad Bald. in l. fin. C. de dot. promiss. necnon & Florian. de Sancto Petro d. cons. 121. rationem afferens, quòd matrimonium dicatur sine dote, quando est sine congrua dote, & loquitur in dote viginti ducatorum, quam certè esse potuit à principio, incongruam esse, & non sufficere ad alimenta, prout etiam Guliel. de Bened. loco citato limitat dictum Bald. vt procedat in dote incongrua, quæ pro non dote sit ha
59 benda, vbi adducit simile de muliere, † quæ dicatur vidua, nó solùm si sit orbata marito, verum etiam si maritum habebat, sed inutilem, ad glo. in l. fi. C. ad l. Flau. de Plagia. & de Denario, qui non dicatur denarius si sit adulterinus, & inutilis, vt per glo. in l. omnes. C. de hæret. quibus exemplis clarè significasse videtur, se de dote tàm tenui intellexisse, vt nullam videatur allatura vtilitatem. Rom. etiam in d. Auth. Pręterea, loquitur de dote minima, & quę ad victum non sufficiat, hęc duo cóiungens, scilicet, ꝙ sit minima, & ꝙ ad victum non sufficiat, immo verò & ipse Bal. authoritatem restringit ad dotem incongruam, & tenuissimam; ponderando rationem per ipsum adductam, tùm quia parum, & nihil ęquiparantur, tùm ꝙ matrimonium satis sine dote dicatur, quod est sine incongrua dote, ita vt cum hac qualitate, ꝙ dos non sufficiat ad alimenta coniugis, & alteram scilicet incongruitatem, ac nimiam tenuitatem, quę facit, vt pro nihilo sit habenda, & sic requirit cócursum vtriusq; matrimonij, scilicet sine dote, & inopię cóiugis superstitis, prout etiam animaduertit Rota Romana in Decisione prędicta, & Gabr. cons. 142. sub nu. 11.

Hanc autem dotis congruitatem Domini spectandam esse dixerunt, habita ratione temporis, quo constituta fuit, ita vt satis superq; sufficiat ad excludendã vxorẽ à successione quarte,

tæ, quaſi verò eadem cum dote nupta, quia dos congrua fuerit tempore contracti matrimonij, quamuis poſteà ex mutatione temporum, auctis poſteà mariti facultatibus, tempore mortis eiuſdẽ incõgrua videri poſſit, ita vt quę alendæ vxoris iuris præſumptione ſufficere poſſe videbatur, non ſufficiat; probant hoc apertiſſimè iura de hac materia loquentia; Nam Imperator in d.§.quoniã verò, profitetur ſe prouidiſſe de quarta vxori ſuperſtiti inopia laboranti, ad ſimilitudinẽ eius, quã ante induxerat fauore mulieris ſine dote ductæ, & ſine legitima cauſa expulſæ, de qua in l.fi.C.de repud. ponderando ver
50 bum † acceperit, cui cohęret qualitas, ſine dote, vt meritò determinari debeat ſecundùm tempus verbi, l.toties.ff.de teſta. hoc verò cum ſit præteriti perfecti, clarè indicat ſatis eſſe, ꝙ dos congrua fuerit tempore contracti matrimonij. Et quàmuis Rol. à Valle d.conſ.15. nu.28.& ſeq. volens hoc argumẽtum euertere, dicat in caſu dictæ l. final. non fuiſſe neceſſariũ Imperat. inueſtigare, vtrum mulier tempore contracti matrimonij congruè dotata eſſet, vel non, ad ſtatuendum vtrum eidem ſine cauſa nuptæ quarta debeatur in bonis viri, quia de-
51 bebat omnino ſiue nupſerit ſine dote, † aut cum dote incongrua, ſiue congrua, ſi modo ſine cauſa expulſa fuerit à viro, ad tradita per Bald. in l.fin. ad finem.C.de ſent.quæ cert.quant. quem ſequitur Alex.in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſęuiſſimo.nu.7. ff.ſolut. mat. quod perpetuò menti tenendum dixit Picus d.Auth. Præterea, nu.22.

52 † Parum tamen de ipſo curandum Domini dicebant, cum loqueretur contra verba legis aperta, ex eo quòd tex. ille ſupponit omnino mulierem ſine dote nuptam, quod notat etiam tex. in §.nuptias itaque, & in §.ſic itaq;. in Auth. de nupt. vbi Imperator diſtinguit inter mulierem ſine dote ductam, & eã, quæ cum dote nupſit, vt ſiquidem dotata fuerit, & ſine cauſa expulſa reperiatur, dotem recuperet, non etiam quartam lucretur, quòd ſi ipſa maritum ſine cauſa repudiauerit, in pœnam dotem admittat, prout maritus donationem propter nuptias; ſi verò ſine dote ducta fuerit, puro affectu quartam lucretur.

cretur. Et ijs quidē mulieribus indotatis, & puro affectu du-ctis, profitetur Imperator se principaliter prouidere voluisse,
63 cum absq; legitima causa fuerint expulsæ,† nec Bald.& Alex. dicunt id ad quod allegantur; solùm enim quærunt, quid si 64
maritus sine causa vxorem repudiauerit, vtrum ei dotem restituere teneatur, & concludunt teneri, non tamen inferunt, nec inferre possunt, ꝙ vxor, & dotem recuperet, & quartam præterea lucretur; aliter etiam Alciat. d.cons.252. inducit in argumentum d.§.quoniam verò, ponderaudo, ꝙ ibi dicit, cō-stituta dote per mulierem, deberi constitui donationem propter nuptias eiusdē quantitatis à marito,vt in Auth. de æqualit. dot. & inferendo, ꝙ cum dicta donatio reguletur secundū dotem constitutam, necessariò sit habenda ratio temporis cō-tracti matrimonij.

Id ipsum suadent illa verba cohærentia mulieribus indotatis, de quibus in d.§. quoniam verò, nam cum hoc participiū cohærentia respiciat tempus contracti matrimonij; ad illud etiam restringit, qualitatem indotationis,siue minus congruę dotis, vt certè secundùm illud congrua, vel incongrua censeri debeat, quod ēt clarius expressum apparet, dum in eodem tex.habetur, eo ꝙ non fuerit data dos, nihil habere valentes, quæ verba necessariò tempus præteritū pręseferunt .s.contra-cti matrimonij, ita vt cōgruitas, vel incōgruitas secundùm illud tēpus exquirenda sit,secundùm quod ēt requirit,vtrū mulier cū dote, vel sine dote nupserit. Quibus conferunt etiā illa verba,de quibus in d.§.quia verò.in Auth.vt liceat mat.& au. dum ponderat Imperator,ꝙ mulier puro affectu sine dote ducta fuerit,semper referendo vtrunq; ad tempus contracti matrimonij; quis enim dixerit purum affectum,quo vir fertur ad alicuius nuptias expetendas alio tempore spectandum esse,q̄ eo quo vxorem ducit? vt certè eiusdem temporis ratio sit habenda pro assequenda dotis congruitate, vel incongruitate, ex qua pendet ratio puri affectus; non ideò purus dicitur, q̄a non etiam intuitu dotis vxorem duxerit,itaq; videndum,vtrū dos huiusmodi fuerit illo tempore, vt pro nō dote existimari

debeat,

debeat, & an turbet qualitate illius puri affectus.

Huc etiam pertinet, ꝙ dicitur ab initio contracti matrimo
nij redactam eſſe ſucceſſionem quartæ in perſona mulieris ſi-
4 ne dote nuptæ; † quaſi verò maritus ducendo eā ſine dote cē-
ſeatur ex illo tempore conſenſiſſe in diſpoſitionem Auth.Præ
terea, vt inquit Caſtr. conſ. 150. ſub nu.1.verſ.Item non ob-
ſtat ſi dicatur. lib.2.& tacito veluti pacto conſenſiſſe de quar-
ta eidem ſuperſtiti, & inopia laboranti debenda, vt ponderat
etiam Rom.d.Auth.Præterea, ſub nu.14.Vnde ſi ratio finalis
cur maritus dicatur ab initio conſenſiſſe in diſpoſitionē illius
legis, & eidem ſe obligaſſe, pendet ex eo, ꝙ vxorem duxerit
ſine dote, certè ſecundùm illud idem tempus congruitas, aut
incongruitas dotis ſpectari debet, vt ſciamus an talis ſit, quæ
pro non dote ſit habenda.

Ijs accedat ratio ad aliud propoſitum contra conſiderata,
Imperatorē ſcilicet duas qualitates, ac duas veluti conditio-
nes appoſuiſſe, quibus patefactis ſit locus diſpoſitioni legis,
tùm ꝙ mulier ducta fuerit ſine dote, tùm quia tempore mor-
tis viri pauper reperiatur, ita vt non ſimpliciter inopia conſi-
deretur, niſi inde pēdeat, ꝙ nulla dos data fuerit, nec ſufficiat
mulierem ſine dote ductam, niſi etiam tempore mortis viri
extrema laboret inopia; ſic enim(inquit Imperator) eo quòd
dos data non fuerit, nihil habere valenti, &c. vnde apparet
vtrunq; concurſum neceſſariò requiri, argumento l. ſi hæredi
plures. ff.de cond.& demon. quòd ſi congruitatem metiri ve-
limus, habita ratione temporis, quo ſucceſſio defertur mortis
ſcilicet viri, ex eo, ꝙ aliunde vxori ſufficere ad alimenta non
poſſit, iam ex duabus qualitatibus vna reſultaret, & quæ non
ſine miniſterio totius repetita fuit, quòd matrimoniū ſcilicet
contractū fuerit ſine dote penitus euaneſceret, occultata ſub
altera qualitate inopiæ, quæ ipſam penitus abſorberet, nam
ſiue dos à principio congrna fuerit, ſiue non, ſiue matrimoniū
contractum eſſet cum dote, vel ſine dote, mulier indiſtinctè
ad quartam admitteretur, ſi congruitas dotis ex eo metienda
eſſet, ꝙ tempore mortis viri ſufficeret, vel non ſufficeret ad

65 vxorem alendam, † inanis etiam redderetur ratio puri illus af-
fectus, quæ ſola mouit Imperatorem, vt paupertatis earũ tan-
tùm mulierum miſerendum eſſe duxerit, quæ ſine dote nupſiſ
ſent; quàm rationem, licèt aliter explicatã, perpendunt Soc.
d.conſ.30.nu.10.& ſeq.lib.4. Gabriel.d.conſ.142.ſub nu.22.
Cephal.conſ.771.ſub nu.19.Pep. d.Auth. Præterea. nu.110.
vbi latiſsimè rem pertractant, Rimin. ſub.nu.2.

Deniq; confert & illa ratio, quàm pulchrã appellat in hac
66 ipſa materia Rot.Rom.in d.Deciſ. Craſ.† ſcilicet nõ eſſe rece
dendũ à regulis iuris cõmunis, quæ volunt haberi rationẽ tem
poris conſtitutæ dotis, non autem caſus ſuperuenientis ad ef-
fectũ dijudicandi, vtrum mulier dotata fuerit, vel indotata, &
vtrũ congruè, vel incongruè, ad tradita per Bal.Caſtr.& cæte
ros in Auth.res quę.C.commu.de leg.& per Ruin.in l.Gallus.
§.quid ſi tantùm.nu.174.ff.de lib.& poſthum. eundem in conſ.
56.nu.13.& 14. lib.3.Crau.conſ.11.nu.14.in tantùm, vt dos,
quæ ab initio fuit congrua, non efficiatur incongrua, quia po
67 ſteà auctæ reperiantur facultates paternæ, † etiam ſi ſtatutum
mandet filiam congruè dotatam, dote contentam eſſe debere,
& quàmuis eo caſu, quo infra legitimam dotari non poſſunt,
veluti ſtante ſtatuto, ꝙ ſint contentæ dote ſibi data per patrẽ,
& conqueri poſſint, ſi enormiter læſæ fuerint in ipſa dotis cõ-
ſtitutione; læſio tamen ſpectari debet, non habita ratione tẽ-
poris mortis patris, ſed magis conſtitutæ dotis, vt per Menoc.
68 de arbit. lib.2. caſu. 149. nu. 15. cum ſeq. † vbi rationem af-
fert, quòd dos congrua iudicari debet ſecundùm illud tẽpus,
quo filia in matrimonium collocatur, id ipſum comprobans
multis ſimilibus; nam & donatio inoſficioſa iudicatur habita
ratione bonorum, quæ extabant tempore factæ donationis;
non autem ſi quę poſteà ſuperuenerunt, & minor reſtituitur ob
lęſionem interuenientem tempore celebrati contractus, non
ex ſuperueniente; ſic igitur etiam in propoſito, an dos ſit talis,
quæ pro tuta dote ſit habenda inſpiciendum eſt tempus, quo
conſtituta fuit.

Et quàmuis ex prædictis ſublata videri poſſint argumenta

in oppositum adducta; Domini tamen sigillatim respondendo. Quò ad primum, in quo videbatur tota ius residere dicebatur; Imperatori quidem non alium propositũ fuisse, quàm subleuare paupertatem vxoris superstitis, diuitijs mariti prædefuncti; nec † tamen simpliciter, & absolutè, sed ita demùm
9 si sine dote, vel incongrua dote ducta, ita vt ratio illius inopiæ subleuandæ, tunc demùm locum habeat, si prius altera quoq; conditio verificetur, quòd matrimonium fuerit sine dote; ijs enim tantùm mulieribus prouidendum esse putauit; si præterea inopia laboraret, ita vt quemadmodum non sufficit mulierem fuisse indotatam, nisi etiam laboret inopia, ita nec sufficiat eandem inopia laborare, nisi etiam fuerit indotata, vel minus congruè dotata; rationem autem huius diuersitatis anteà explicauimus, ex puro illo affectu maritali desumptam, alioquin non opportuisset Imperatorem meminisse dotis, si hæc ipsa qualitas, non alio respectu spectari debuisset, quò ad excludendam mulierem à quarta, nisi quatenus sufficeret ad
70 alimenta, & ad tollendam mendicandi necessisatem, † sed magis debuisset se vnico verbo explicare, adijciendo solùm illã qualitatem, si mulier inopia laboret, in quam illa prior qualitas matrimonij sine dote contracti conincidere deberet; cuius tamen mentio, ab eo sæpius repetita fuit; & hæc ipsa repetitio manifestè arguit enixam voluntatem in hanc tantùm causam prouidendi. l. Balista. ff. ad Trebel. cum alijs annotatis per Deci. consſ. 23. num. 3. ita Soci. d. consſ. 30. num. 11. lib. 4. Pepius d. Authen. Præterea, sub num. 14. vers. Septima fuit. & sub num. 110. vers. Quartò adducitur, vltra ꝙ muliere nupta cum dote congrua, cessat ex præsumptione iuris eiusdem inopia, quasi alendæ vxori satisfactum videatur, ita vt hac de causa ad iudicis arbitrium ire non oporteat, nec scrupulosa inuestigatio sit adhibenda. Rimin. sen. d. Auth. Præterea. nu. 2. Pep. nu. 16. vers. Secundò probatur. Gabr. d. consſ. 142. nu. 13. & ponderat etiam perillustre Collegium Bonon. in suo cele-
71 berrimo Responso. † Accedit etiã ratio finalis subleuandi inopiam superstitis vxoris, in qua reperiretur tempore mortis vi

ri

ri restricta est ad eas tantùm, quæ vel sine dote, vel cum dote admodum parua, & sic incongrua nupserint; nec enim Imperator de inopia loquitur absolutè, sed limitationis causa restringendo eam ad indotatas, vt significaret se indotatis quidem succurrere voluisse, si tamen extrema inopia laborarent, Cephal.d.cons.671.nu.29. Gabr.d.cons.142.nu.15.

Sanè prædictum argumentum grauiter vrgeret, si mentio dotis exempli tantùm causa facta fuisset, cuius contrariũ anteà probauimus; & si vna tantùm qualitas requireretur inopiæ, scilicet vxoris superstitis, cùm tamen omnes ferè vno o-
72 re fateantur vtrunq; necessariorum esse; † nec est verum, quòd eadem ratio vrgeat succurrendi, scilicet paupertati mulieris, siue cum dote incongrua nupserit, siue congrua, dũmodo non sufficiat ad alimenta; immò verò maior est ratio, quòd excludatur à quarta, quæ dotem dedit congruam, tametsi non sufficiat ad alimenta, quàm quæ incongruam constituit, eo quòd nihil imputari possit ei, qui congruè dotatam accepit, quàmuis ex varietate temporũ dos affecta fuerit incongrua, ita Pepius nu.110.vers.Quartò probat, præterea quando doté congruã constituit non ita cogitur mendicare, sicut quando nullá penitus, aut incongruam; nam priore casu, nemo est, qui nó videat minorem esse inopiam, minorem mendicandi necessitatem. Pepius nu.16. vers. Secundò probatur. Rim. sub nu.2.

Deniq; vt æquè vigeat vtroque casu ratio paupertatis, siue dos congrua fuerit, siue incongrua, modo non sufficiat ad alimenta, non tamen viget ratio illius paupertatis, cui soli succurrere voluit Imperator, cum scilicet mulier sine dote, vel sine congrua dote ducta fuerit, puro videlicet affectu maritali, qui præbuit causam Imperatori, vt paupertatis earum tantùm mulierum miserandum esse putauerit, quas in suam fidé mariti accepissent, & cum quibus veluti pacti essent, eas sine dote ducendo.

Nec obstat, ꝙ tantoperè extollunt Barbat. Rol.Cels.Vgo. & nouissimè Menoch.in responso, quod edidit pro D.Cathe-
73 rina desumptum ex vi illius verbi † inueniatur, quod perquisitionem

tionem quandam significat illius status, in quo mulier reperiatur tempore mortis viri, vtrum ne præmatur inopia, tunc eo tempore, quo dispositio sortiri debet effectum, ita vt hæc qualitas inopiæ non anteà sit exquirenda, quàm tempore mortis viri; nam vt facilè concedatur inopiam hoc tempore spectandum esse, non tamen congruitas dotis secundùm idem tempus metiri oportet; quia verbum inueniatur cohæreat adiectiuo inops, non autem adiectiuo indotatam, neque ex doctrina Bart. in oppositum adductam, rectè inferri possit, satis esse, quòd vxor anteà fuerit inops, nisi etiam inops reperiatur tempore mortis viri. Domini negabant hoc tamẽ adiectum esse, non quòd magis, sed quo minus quarta deberetur, eo quòd Imperator solùm prouidere voluisset mulieribus in-
14 dotatis; si tamen etiam inopia præmerentur, itaq; † malè argumentatos esse supradictos omnes ex vi illius verbi, resecatis
15 alijs verbis, quæ interiecta leguntur; † nec enim simpliciter dixit Imperator inops aut vxor, aut vir reperiatur, sed quia dotem non dedit, aut donationem propter nuptias non fecit,
16 prout etiam malè, verbum † inueniatur vni adiectiuo adhæret ad aliud transtulerunt, contra proprietatem recti sermonis, vt quod dictum fuit respectu proprietatis, respectu dotis, dictum intelligatur; cum tamen vnumquodq; proprium verbum habeat, à quo regatur, atq; determinetur, & si ponderetur pro hac parte verbum inueniatur, quod respi cit inopiam, pro alia vrget participium cohærẽs, quod refertur ad mulieres indotatas; spectatur igitur tempus mortis ad dignoscendum an mulier sit inops, non absolutè, sed tunc demum si in matrimonium recepta sit sine dote, vel cum incongrua dote, & non aliter, vt declarat Alciat. d. respon. 251. nu. 22.

His non obstat, quòd dispositio Auth. Præterea, procedat fauore tàm viri, quàm mulieris superstitis, modò laboret inopia; consideratioñe autem dotis in vxore tantùm locũ habere, ideò non esse faciendã vim in eo, qnòd dos data fuerit, vel non data, sed vtrum superstes laboret inopia, per quod vtriq; consultum sit, cùm respectu primi tantùm ratio haberi videatur;

tur; quia verè dispositio Auth. Præterea, quatenus mentionem dotis facit tantummodo, solùm locum habet in muliere, vt visum est Gozad. sub nu. 23. nec videtur dissentire Rimin. ibidem sub nu. 2. Si tamen ad vtrunq; coniugum mentio do-
77 tis sit referenda, intelligitur † facta respectu vxoris, & virtualiter respectu viri, ob donationem propter nuptias, cũ in corpore vnde sumitur Auth. Præterea, dotis mentio fiat respectu vxoris, donationis propter nuptias respectu mariti, vt ponderat Corn. Rimin. Pepius, Gabr. locis ante citatis; & quia regulariter dote per vxorẽ constituta, æqualis donatio per maritum fieri solebat in recompensationem dotis, & pro eiusdẽ securitate, vt habetur in Auth. de æqualitate dot. in l. cũ multę. C. de dona. ant. nup. Auth. siue à me. C. ad Velleia. certè attentari posse videtur, quòd Irner. facta mentione dotis, etiam donationis propter nuptias, mẽtionem fecisse intelligatur; & quàmuis omittendo explicitam mentionem donationis propter nuptias, occasionem præbuerit interpretibus verè se inuoluendi, dum quod de dote dictum fuerat, ad vtrunq; coniugum referre conati sunt; verus tamen sensus eorum, quæ Irner. compendio perstrinxit, petendus est ex corpore vnde sumitur Auth. Præterea, fuit ita, vt inopia superstitis siue mulieris, siue viri circunscripta sit, & limitata, si ille nupserit sine donatione propter nuptias, hæc sine dote, & ita vterq; puro affectu ductus fuit.

Argumentum à simili, quòd in successionibus spectatur tẽpus mortis eius, cui succeditur; nam & quantitas legitimæ, & congruitas dotis, per quam filia excluditur à successione paterna; inspicienda videtur secundùm facultates existentes tempore mortis patris. d. l. cum quæritur. Authen. nouissima. C. de inoffi. testam. l. 2. §. si impuberes. ff. de collat. bono. Castr. cons. 265. lib. 1. Bald. Nouel. in tract. de dote. parte 6. priuileg. 17.
78 Deci. cons. 276. † cum igitur etiam congruitatem dotis spectare debeamus, secundùm tempus mortis mariti, quo defertur successio quartæ, nihil obstat, qa hæc ratio concludit quartam deberi ex vniuerso patrimonio, non quòd maritus haberet,

ret cum duxit vxorem, ſed ex eo, quòd reliquit tempore mortis, & hoc non negatur.

Præterea verò qualitas legitimæ dijudicatur, inſpecto tépore mortis paternæ, vtrum debeatur necne pendet ab eo; an qualitates requiſitas à lege habeat; quid enim ſi filius commiſerit cauſas ingratitudinis, propter quas exhæredari poſſit; q.d ſi ſpurius fuerit, & poſteà legitimatus; ſic igitur & in propoſito noſtro, verè quidem debetur quarta vxori ſuperſtiti, ex omnibus bonis mariti diuitis prædefuncti; ſed vtrum debeatur necne, pendet ex eo, an mulier ſine dote nupſerit, aut cũ dote, quæ nõ ſit loco dotis, q.a minima, ita Alciat. d.con. 252.

Deniq; fortè argumentum concluderet, ſi ratio congruitatis, vel incongruitatis dotis, eo tantùm reſpectu habenda eſſet à iudice, vt ſcire poſſet; an mulier pauper exiſtat tempore mortis viri; quis enim dubitat hoc tempus omnino ſpectandum eſſe non aliud? at qui vt anteà dictum fuit, hæc ipſa dotis congruitas alio reſpectu principaliter ſpectari debet, nempè, vt intelligamus, an mulier cum dote, vel ſine dote, aut puro affectu ducta fuerit, quod certè nemo aſſequi poterit, niſi habita ratione temporis conſtitutæ dotis. Et quod objciebatur

9 dotem congruam, ad hoc, † vt filia excludatur ab hæreditate paterna; conſiderandam inſpectis facultatibus, quæ erãt tempore mortis patris, non ſemper verum eſt, ſed pro varietate caſuum cauſatur; quid enim ſi ſtatutum mandet fœminam debere eſſe contentam dote conſtituta, certè minor etiã legitima conſtitui poterit, à quocunque conſtituatur, quòd ſi dotatã ſimpliciter excludat, & à patre dotata fuerat ſatis congrua dote, dicitur quæcunq; dos illa fuerat etiam minor legitima, modo non adſit enormiſſima læſio, eam excludere, quod ſi ab alijs dotata reperiatur, hoc ipſum erit arbitrarium iudicis, vt latè per Menoch. d. conſ. 149. Sed & ſi conſideremus congruitatem dotis, eo caſu dicendum, quæ facultatibus paternis correſpondeat inſpecto vltimo ſtatu, hoc tamen ſpecialem rationem haberet, quia ſcilicet quæratur de congruitate ad effectum reijciendi filium ab hæreditate dotantis, vt meritò

tò inspiciendum videatur, quæ sint eo tempore facultates patris dotare debentis; quia dos succedit loco legitimæ, vt per Bald. d. Auth. res quæ. C. commu. de succes. legitima autẽ debeatur tempore mortis patris, l. cum quæritur. C. de inoffi. te-
80 stam. † At verò nos quærimus de congruitate dotis ad effectū longè diuersum, non quia dos, vel legitima debeatur vxori in bonis mariti; de cuius successione tractetur, vt sciamus congruam dotem vxori constitutam, propter quàm repellatur ab eiusdem hæreditate; sed vt intelligamus, an puro affectu ducta fuerit, qui ex eo præsumitur, quòd sit sine dote ducta, vel saltem sine congrua, qua in re traditur regula, vt habetur in d. Decis. Rotæ Rom. spectandum esse tempus constitutæ dotis, & certè absurdum esset, vt considerat etiam Clarissimus Mantica in responso, quod edidit pro hæredibus Prosperi in hac causa, si dos, quæ tẽpore matrimonij congrua fuit ex circunstantijs, de quibus in l. filiæ. ff. de leg. 3. cum concordant. & præsumptione iuris sufficiens oneribus matrimonij, quibus potissimùm seruire debet, c. salubriter de vsur. l. pro oneribus. C. de iur. dot. iudicari deberet congrua, vel incongrua secundùm illud tempus, quo per mortem soluitur matrimonium. 82

Ad illud, quòd mulier, quæ nullam dotem viro constituit tempore contracti matrimonij, in quarta succedere posset, tametsi amplam dotem constante matrimonio constituisset; si dotis congruitas secundùm tempus cõtracti matrimonij spectanda esset, & non potius tempore mortis viri, sub ea consideratione, an vxori alendæ sufficere possit; cuius tamen contrarium omnes vno ore fatentur, respõsio patet, ex distinctio-
81 ne ante adhibita, cum dicebatur dotem † duplici ratione cõsiderari posse, vel vt sciri possit, an mulier sine dote puro affectu ducta fuerit, vel vt cognoscamus, an hæc ipsa dos tollat mendicandi necessitatem, & secundùm priorem modum consideratam videretur dicendum, mulierem non excludi à quarta; quia verò nullam penitus dotem dedit à principio, sed magis puro affectu ducta fuit; nisi fortè dicamus, quòd cum maritus dotem procurauerit cõstante matrimonio, ille purus af-

fectus

fectus transiuit in mixtum, ita vt maritus videatur eandem habere voluisse vxorem etiam intuitu dotis. At verò secundùm posteriorem modum consideratum,† dicendum est mulierem omnino excludi à successione quartæ,nõ quasi dotatam à principio,& non ductam puro affectu,sed quasi diuitem. Sanè etiã retorquetur, quod in oppositum affertur, vt quemadmodum indotata, si diues alioqui sit tempore mortis viri, excluditur à quarta, ita admitti debet, quæ cum dote congrua nupsit, si modo incongrua sit tempore mortis viri, quia non sufficiat ad alimenta, nec tollat mulieris paupertatem; non enim est par ratio exclusionis,& admissionis ad quartam, cum ad excludẽdum sufficiat defectus alterius conditionis, & qualitatis, vel quia cum dote nupserit, vel quia non laboret inopia, vt autem admittatur, vtriusque concursus necessariò requiratur, d. l. si hæredi plures. ff. de condit. & demonst. cum concord. ita fit, vt eadem dos excludat à quarta, quia per eam tollatur mendicandi necessitas; non quasi dos, sed tanquàm quodlibet aliud mulieris patrimonium non excludat, aut quia non fuerit à principio constituta, sed magis mulier sine dote ducta; & è conuerso, quòd non excludat, tanquàm sufficiens ad alimenta, & sic tollat mendicandi necessitatem, & excludat tanquàm congrua tempore contracti matrimonij, vt sic non verificetur prima qualitas requisita, quòd mulier sine dote nupta fuerit, propter solùm affectum, potius igitur arguendum fuerat in hunc modum, quòd quemadmodum indotata non admittitur, nisi etiam laboret inopia, ita nec admittitur, quę laborat inopia, nisi præterea fuerit indotata, cum Imperator solùm indotatis, & puro affectu ductis prouidere voluerit, si insuper inopia laborarent, & vtrunque toties requisiuerit.

Argumentum ab absurdo euitando, quod deducebatur, si vxori ductæ cum dote librarum fortè mille, quarta denegetur in bonis mariti defuncti, interim constante matrimonio Comitis, aut Marchionis affecti, ita vt bona reliqueret redditus decem millium ducatorum, eo prætextu; quoniam dos tẽ

pore

pore contracti matrimonij congrua fuerit, Domini tolli dice-
83 bant responsione tàm Pepij, quàm Gabrielis, † quòd hic casus
sit de rarissimè contingentibus; leges autem adaptãtur ad ea,
quę vt plurimùm accidere solét. l. iura. l. nã ad ea. ff. de legibus
84 nam vt dicebat Bald. in l. non dubium. nu. 7. C. de legib. † In
legibus inspicienda sunt genera singulorum, non singula gene-
rum, cum vix fieri possit, vt per legem omnibus particulari-
bus æquè prospiciatur, l. suis quoq;. §. puto, iuncta glo. ff. de hę-
red. instit. Præterea negatur absurdum esse, prout ex aduerso
supponebatur, quòd mulieri congruè dotatæ quarta denege-
tur, si non suppetant ei alimenta congrua ad dignitatẽ, quam
retinebant viuente marito, cum lex indotatis tantùm prospe-
xerit; indotata autem dici non potest, quæ inspecto tempo-
85 re matrimonij congruè dotata fuit; † nec enim lex pro absur-
do duxit, quòd dotata indigeat alimentis marito defuncto, cũ
neq; pro absurdo id duxerit eo viuente, si fortè mulier in ob-
sequijs viri esse non possit ob aduersam valetudinem, ad trad.
per Bart. & cæteros in l. quod in vxorem. C. de neg. gest. & nul
lo iure hæredes mariti eam alere tenentur, & licèt superuene-
rit beneficium quartæ, loquens de muliere penitus indotata,
certè non debet extendi ad eam, quæ congruè dotata fuit, &
multò minus lex pro absurdo habuit, quòd vxori viro præde-
functo non suppetant necessaria ad dignitatem status mariti,
cum extremæ tantùm inopiæ succurrere voluerit, ita vt solùm
inspiciendum sit, vtrum desint necessaria ad victum.

Eadem responsione tollitur, quod ex aduerso pariter pro
absurdo adducebatur de muliere, cuius dos in fundo consiste-
86 ret, † qui fortè casmate perierit, aut domo, quæ incendio cõ-
sumpta sit, si propterea ei denegẽ successio quartæ, quia con
gruè dotata fuerit, & non potius ad eandem admittatur tan-
quàm inopia laborans, vt per Curt. iun. d. Authen. Præterea,
nu. 11. Cùm hoc quoq; ipsum sit de raro contingentibus, nec
tristes euentus habendi sint in consideratione, l. inter stipulã-
tem. §. sacram. ff. de verb. oblig. præterea inspectis tàm verbis
constitutionis, quàm mente Imperatoris, cuius intentio fuit
tan-

tãtùm prouidere mulieribus indotatis, & puro affectu ductis, verius esse videt in puncto iuris, huic mulieri non deberi quartam, tametsi nullam dotem haberet tempore mortis viri, vt non semel attestatur Pep.d.Auth.Præterea, præsertim nu.12. & Gabr. d.cons.142. nu.23. Deniq; nec eadem ratio vrgeret æquè subueniendũ esse mulieri illi, quæ saluam dotẽ haberet, quæ congrua fuit à principio, & illi, cuius dos tota perierit.

Ad illud, quod dicebatur diuitias superueniẽtes vxori post mortem viri, eam tamen non excludere à beneficio quartæ, per consequens, neq; congruitatẽ dotis, quæ fuit inspecto tẽpore contracti matrimonij eandem mulierem excludere debere, si dos illa non sufficiat ad alimenta. Respondetur, quòd si congruitas dotis eo tantùm respectu spectanda esset, vt sciri possit, an per eum inopia vxoris superstitis excludatur, argumentum fortè concluderet, sed nos quærimus de congruitate ad effectum cognoscendi, vtrum sine dote,& puro affectu ducta dicatur, quæ talem, aut talem dotem habuerit, quo casu concludendum est cessare primam ex qualitatibus requisitis, quòd matrimonium fuerit sine dote;si mulier autem nupserit cum congrua dote, eaq́; cessante, non esse vlterius inuestigandum, vtrũ hæc ipsa mulier inopia laboret, ita vt cum sit par ratio diuitiarum superuenientium,& congruitatis dotis, quæ
7 præcesserit; † sufficit enim mulierem inopia laborare tempore mortis viri, quo defertur ei successio quartæ, nec mutatione status, quia postea diues effecta fuerit,tollitur ius ipsi quæsitum tempore delatæ successionis, quo verè pauper erat, si tamen cum hac ipsa qualitate concurrat, & altera, quòd sine dote puro affectu ducta fuerit, ita vt congruitas dotis præcedens viam intercludat, & omnẽ spem adimat, succedendi mulieri, tanquàm cum dote, non autem puro affectu ductę; diuitię autem superuenientes ius ipsi quæsitũ tempore mortis viri, quo pauper erat,& indotata, auferri non possunt.Hæc est inepta ratio paupertatis inde prouenientis, quòd mulier dotem
88 congruam non constituerit; quia † congruitas dotis inspiciatur secundùm tempus quo constituta fuit; non enim propte-

 reà

reà sequetur, ꝙ paupertas secundùm illud idem tempus cõsideretur, quia vt sunt duæ qualitates penitus diuersæ, & vxorẽ sine dote ductam, & quòd extrema laboret inopia, ita quælibet secundùm proprium tempus spectanda, & qualitas temporis matrimonij sine dote, vel sine congrua dote, secundùm tempus quo constituta fuit qualitas paupertatis, inspecto tẽpore mortis viri; & si prima qualitas cesset, quia mulier cum dote ducta, non oportet vlterius esse solicitos de secunda, nec verba illa si dotẽ non faciens inops mulier inueniebatur, prout & illa, eo quòd non sit facta dos nihil habere valentes, in eum sensum capienda sunt, quasi Imperator intellexerit hanc non fuisse factam dotem, cum mulier pauper inueniatur, scilicet tempore mortis viri; eo quòd vsque ab initio contracti matrimonij, hoc ipsum constiterit, vt certè nec intelligere potuerit tunc dotem non fuisse congruam, & talem, vt non pro
89 dote sit habenda, cum vir decesserit, alioquin † absurdum esset qualitatẽ illam non datę dotis, referri ad tempus contracti matrimonij; qualitatẽ autem dotis incongruæ huic æquiualentem ad aliud tempus. Ad illud verò, quòd obijciebatur in materia pręstationis alimentorũ vltimum statũ attendendũ esse, responsio patebit ex infra dicendis opportuniori loco.

Deniq; non obstat, ꝙ de communi in oppositum afferebatũ, quia excepto Barbat.d.cons.70.& Rolan. à Valle d.cons. 15. lib.1. qui verè loquuntur in indiuiduo in casu nostro, quando dos à principio fuit congrua, non tamen sufficiebat ad alimẽta cõiugis superstitis, cæteri omnes quotquot dixerunt Auth. Præterea extendi etiam ad mulierem parua dote ductam, paruamq; intelligi cum redditus non sufficiant ad alimenta, aut indistinctè loquuti sunt non aperientes, quid statuendum sit, si mulier cum dote congrua nupsit, quàmuis ad alimenta non
90 possit sufficere; qua † in re existimandum est eos intellexisse de dote, quæ vsque ab initio contracti matrimonij congrua non fuit, vt minus quàm fieri possit à regulis iuris recedatur, & à verbis legis, prout etiam considerat celeberrimum Collegium Bonon. aut maxima pars cum paruitate dotis, quæ ex eo

eo deprehendatur, quòd ad alimenta non sufficiat, eiusdẽ incongruitatem coniunxit, vt anteà ponderauimus. Authoritas verò Dec.d.conſ.24. Guliel.de Bened.d. c.Raynut.verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, nu.242. Tiraq.in tract.ceſſante cauſa, limit. 4. nihil in oppoſitum vrget, quia etſi dicatur vxorem tempore mortis viri, & ſic tempore ſucceſſionis debitæ, non excludi à quarta ob diuitias eidem ſuperuenientes, non tamen aſſerunt eam hoc ipſo admitti, quia deſint neceſſaria ad victum, quàmuis congrua dote ducta fuerit; immò verò & Dec. & Guliel. locis anteà citatis, cum ipſa dotis tenuitate, cuius redditus ad alimenta non ſufficiunt, eiuſdem incongruitatem coniungunt. Corn. autem d. conſil. 4. colum. vltim. dicto verſ. Et licet, & conſil. 324. in princ. lib. 4. illud explicat ad excludendum mulierem à quarta, ſufficere quòd tẽpore mortis viri habeat vnde ſe alat, non tamen aperit, vtrũ admittatur hoc ipſo, quòd ſit inops, aut quid iuris ſi dotẽ congruam habuerit, inſpecto tempore contracti matrimonij, quę tamen mortuo viro non ſufficiunt ad alimenta, ſed ex his quæ alibi dixit, & præſertim in d. Auth. Præterea, colligi poterit ipſum de dote congrua ſenſiſſe, cum dictum Bald. reſtringat ad dotem paruam notabili paruitate, hoc eſt tenuiſſimam, vt certè conſtare poſſe videatur eſſe incongruam.

Et ex his Domini concludebant malè iudicatum fuiſſe per Iudicem à quo, ceſſante qualitate in primis neceſſaria, vt poſſit eſſe locus ſucceſſioni quartæ reſpectu mulieris nuptæ, quòd nupſerit ſine dote, cum in caſu propoſito attentari non poſſit D.Catherinam ſine dote puro affectu ductam, quę congruam dotem Proſpero conſtituit; nec enim aliquẽ ſani capitis poſſe hanc dotem pro non dote habendam; nam & celeberrimũ Collegium Patauinum congruam exiſtimauit, attenta qualitate vtriuſq; coniugum, in reſponſo, quòd edidit pro D. Catherina, Bald. autem loquitur de tàm tenui, & incongrua dote, vt nec dotis loco ſit habenda, qui licet paruitatem dotis his finibus circunſcribat, quòd vxori ſuperſtiti alendæ non ſufficiat; hoc tamen intelligit pro verificatione ſecundæ qua-

 litatis

litatis necessariò requisitæ, quòd mulier extrema inopia laborare dicatur, non etiam respectu prioris, quòd sine dote dui intelligatur, nisi etiam incongrua fuerit.

## SVMMAE QVAEST. IIII.

1 *In casu proposito cessat mendicandi necessitas, & consequenter dispositio Auth. Præterea.*

2 *Vidua agẽs ad quartam, debet probare in extrema inopia se constitutam.*

3 *Vidua habens tantùm, vt non cogatur mendicare, excluditur à quarta.*

4 *Consanguineus præsumitur omni studio commoda consanguinei procurare.*

5 *Paupertas secundum varietatem casuum perpendenda arbitrio boni viri.*

6 *Paupertas respectu alicuius effectus considerata dicitur tunc adesse, quando ille effectus impeditur per paupertatem.*

7 *Pauper ille, qui cogitur quærere victum mendicando.*

8 *Quarta hæc non competit, nisi extrema miseria laboranti. 10.*

9 *Miserationis affectus non videtur cõpetere, nisi in extrema inopia constitutæ.*

11 *Alimenta miserationis gratia decreta, sufficit, si succurrant necessitati naturæ, & vlterius non consideratur. 14.*

12 *Alimenta esse præstanda secundùm vltimum statum, quomodo intelligatur, latè.*

13 *Voluntatis mutatio non præsumitur.*

15 *Quarta hæc debetur, etiam contra voluntatem testatoris.*

16 *Opprobrium mendicitatis principaliter respectu superstitis, secundariò respectu prædefuncti.*

17 *Nobilitas à virtute proueniens, non transit in transuersales, præsertim si non sunt hæredes nobilis mortui.*

18 *Alimenta secundùm vires patrimonij sunt constituenda, & an habeatur ratio nobilitatis alimentarij? 19.*

20 *Legatum factum à marito vxori, non impedit successionem quartæ, & an verum sit, disputatur. & in quo legato.*

21 In

21 *In facultate mariti non debet esse, adimere beneficium quartæ, faciendo legatum vxori.*

22 *In casu proposito cessat mendicandi necessitas ex multis. 24.*

23 *Ratio præteriti facit cognoscere futura.*

25 *Operarum ratio habetur in solita operari.*

26 *Pater tenetur alere filium iure naturæ si tamen filius potest sibi victum quærere operando, pater erit immunis.*

27 *Nobilis, cui non est dedecus operari secundum consuetudinem Ciuitatis operari debet.*

28 *Qui viuit ex artificio inops dicitur, quomodo intelligatur, & 30.*

29 *Pauper in nostra materia strictus accipitur.*

31 *Facultates operandi consideratur quatenus est tempore mortis viri, non considerata mutatione, quæ contingere potest.*

32 *Ratio quare non consideratur possibilitas ægrotandi, respectu operarum.*

33 *Vidua repræsentat imaginem viri defuncti, dum in viduitate permanet.*

34 *Diues, ergo nobilis, non sequitur.*

35 *Diues auarus possidetur à pecunijs.*

36 *Decet operari in secreto, quod fortè publicè non deceret.*

37 *Quarta hæc videtur etiam inducta in honorem bene transacti matrimonij, non solum vt curatur necessitati victus, secundum aliquos, & latè.*

38 *An in sexagenaria sit habenda ratio operarum, latè 41.*

39 *Senectus per se morbus esse videtur.*

40 *L. libertas. ff. de oper. libertorum declaratur.*

41 *Plus creditur duobus testibus affirmantibus, quàm mille negãtibus.*

42 *Probationes de necessitate debent concludere.*

43 *Vnusquisque debet probare, quod est fundamentum suæ intẽtionis.*

44 *Nobilitas collateralis non transit in collaterales, vel præiudicium tertij.*

45 *Nobilitas collateralis, vt transeat in collateralem, duo requiruntur.*

## ARGVMENTVM.

*¶ Quartam D. Catherinæ denegandam, non modo tanquàm cum dote nuptæ, ſed etiam quaſi nec extrema inopia laboranti, cum non modo non doceatur de hac extrema inopia, quod onus ipſi incumbebat, ſed magis de contrario conſtare poſſit, ſcilicet per hanc ipſam dotem excludi mendicandi neceſsitatem, & extremam inopiam, iunctis præſertim operis, quas etiam viuente marito præſtare ſolebat, & quarum ratio omnino ſit habenda.*

## QVAESTIO IV.

1 SED & hanc qualitatem inopiæ Domini ceſſare dicebant † in caſu propoſito, & per conſequens nec locum eſſe diſpoſitioni Auth. Præterea, quę de hoc vno ſollicita fuit, vt extremæ vxoris paupertati ſuccurreret, & tolleret mendicãdi neceſsitatẽ. Hæc enim fuit ratio finalis, quæ mouit Imperatorem ex traditis per Cephal. d. conſil. 244. num. 2. per Rol. à Val. d. conſ. 14. num. 26. cum duobus ſeq. lib. 3. Decian. reſponſ. 70. num. 10. 11. lib. 2. vt alios innumeros prætermittamus.

2 Et primò quidem conſiderabatur hæredibus ad victoriam ſufficere, quod † actrix non modo nihil probauit, ſed nec probandum aſſumpſerit circa hanc extremam paupertatem à viro requiſitam, magis autem ſuſceperit onus probandi, quod ſibi ſuppeterent ea, quæ ſi non ſplendidiorem, & luxum, at certè magis dignitatem quandam ſtatus, quàm neceſsitatem naturæ reſpicerent; & tamen in confeſſo eſt apud oẽs non quamlibet paupertatem ſufficere, ſed inſignem requiri, & talem vt miſeriæ mulieris ſuccurratur beneficio quartę, ne ei ſit neceſſarium mendicare, & per conſequens non ſatis eſſe articulari,

aut

aut probare ſimpliciter paupertatem, vt per Corn. d. Auth. ad finem, inter conſilia Socin. lib. 1. cui ſe ſubſcripſit Balion. à Monte Vbiano. Idem Corn. apertiſsimè conſ. 4. circà prin.
3 vbi de communi teſtatur lib. 4. & circa finem † dicens ad impediendam ſucceſſionem quartæ ſufficere, quod mulier tantũ habeat vnde poſsit non mendicando viuere. Sequitur Rimin. Sen. d. Auth. Præterea ſub num. 2. verſ. Item in quantum dixi, vbi etiam Salicet. eiuſdem opinionis adducit, allegatque pręterea tex. in corpore, vnde ſumit; d. Auth. Pręterea, nouiſſimam inopiam requirentem, ac verbis illis vtentem nihil habere valentes, talis igitur paupertas probanda fuit per D. Catherinam, qualem iura requirunt, tanquàm fundamentum ſuæ intentionis, & qualitas neceſſariò à lege requiſita, ſine qua obtinere non poſsit, vt per Nat. d. conſ. 648. Cephal. d. conſil. 671. latè Simo. de Prętis conſ. 9. num. 8. quibas addatur Angel. de Gambeli. conſ. 118. num. 11. 12. & Bero. conſi. 130. lib. 3. pulchrè mulierem inſtruens, ibidem num. 8. circa probanda per eam, vt obtinere poſsit, nempè ſi in eo ſtatu reperiatur, vt ex dote, & alijs bonis iunctis etiam operis viuere nõ poſsit, quod cum ab ea factum non fuerit, immò nec attentatum, vel hoc vno nomine ſuccumbere debet, etiam ſi rei nihil præſtiterint, vt per eundẽ Angel. loco ſupra citato, & per Nat. d. conſi. 648.

Parumq; obſtare viſum fuit, quòd aliqui ex teſtibus aſſerũt ipſam pauperem, nã vltra quod Iulianus, & Ambroſius de Lucatellis ſunt eius fratres patrueles, quod certè plurimum de fi-
4 de eorum diminuit, vt anteà dictum fuit, eo ꝙ † conſanguineus præſumitur omni ſtudio commoda conſanguinei procurare, & cum omni conatu tueri, l. hæc autem. §. 1. ff. ex quibus cauſ. in poſs. eat. Bald. in l. 3. §. ſi reus, ff. iud. ſolut. & in rubric. de ſucceſs. edict. non deponunt concludenter, cum magis remoueant ſenſum ab actu, quàm actum à ſenſu, vt vtamur verbis, Bald. & Caſtr. in l. 2. C. de bon. poſ. ſecũdum tabul. eiuſdem Bal. in l. optimam. C. de contrah. & commit. ſtipul. quos refert Boſs. in ſua praxi criminali, in titu. de defen. reo.

num. 15. dicunt enim se nescire, ꝙ habeat aliquid aliud præter dotem, sed longè aliter paupertas ipsius probanda fuisset vt in indiuiduo animaduertit Simon de Præt. d. consil. 9. & Alex. consil. 91. in fine lib. 4. Dec. cons. 94. circà fin. Ruyn consil. 81. lib. 5. impugnans dicta testium deponentium per similia verba; vltra quod ipsi paulò post declarant quomodo paupertatem D. Catherinæ metiantur: dicunt enim, quòd ex redditibus dotis verè non posit retinere statum illum, in quo maritus decedens eandem reliquerat, cui retinendo, nec dos mille aureorum sufficere posset, & ducenti aurei omnino necessarij essent in singulos annos, ita vt D. Catherinam pauperem arbitrentur longè diuersa ratione, quàm vt casui proposito conuenire possit; & si enim pauper largo modo dicatur, nec facilè sit definire in vniuersum quis pauper sit dicendus,
5 † sed hoc plurimū pendeat à iudicis arbitrio, qui pro casuum varietate hoc statuat, vt per Couaruu. Variar. resolut. lib. 3. cap. 6. num. 8. vbi plura congerit, Tiraq. de nobilit. cap. 20. num. 156. 158. Dec. cons. 163. num. 5. 6. Ruyn. consil. 55. num. 4. lib. 1. Menoch. de arbit. cas. 65. num. 7. lib. 2. hoc tamen procedit vbi quis simpliciter, & absolutè pauper appel
6 latur, siue ab homine, siue à lege, † quòd si respectu certi, ac determinati effectus paupertatis ratio habeatur, nō aliter quis pauper considerādus erit, quàm si ei desint necessaria ad effectum illum à lege consideratum, ita vt hoc non pēdeat ab arbitrio iudicis, ac minus ab arbitrio testium, vt per Afflict. dec.
7 179. num. 3. sed ratione subiectæ materiei † pauper non dicitur, nisi qui in eo statu reperiatur, vt ei sit victus mendicādo quærendus, & extrema inopia conflictetur, prout concludunt communiter Doct. Salic. Castr. Rom. Alex. Curt. & alij recentiores d. Auth. Præterea. Socin. d. consil. 121. num. 38. lib. 4. Cephal. d. consil. 244. num. 11. Roland. d. consil. 14 num. 26. cons. 15. num. 40. Floria. de Sancto Petro cons. 21. num. 21. Ex quibus apparet testes non ad rem argumentatos esse, dum inferunt ad paupertatem D. Catherinæ, ex eo, quod redditus dotis ad victum splendidum, aut certè affluuiorem

sufficere

ſufficere nõ poſſint, oportebat enim inde paupertatem conijcere, an vitę traducendo ſufficeret, & neceſsitatibus naturæ, quæ paucis contenta eſt, vt eſt in veteri prouerbio.

Probatur ea ratione id in primis, quia cum quarta debeatur in defectu alimentorum, vt infra explicabitur; nam non quorumcunque defectus mulierem in eo ſtatu conſtituit, vt ad quartam aſpirare poſſit, ſed eorum tantùm, quibus vita cum parſimonia traducatur, quibus ſublatis, aut ei famem pereun-
8 dam, aut victus mendicando quærendus: requiritur enim † ꝙ nouiſſima inopia laboret, hoc eſt extrema, qua grauior excogitari non poſſit, & quæ non procul ſit à mendicitate, ex communi Doctorum interpretatione, prout etiam declarat Prateius in lexic. in verbo nouiſſima, ſi ergo talia ſuppetant alimenta, quibus neceſſitati naturę ſuccurratur, profectò vnà cum extrema inopia ceſſabit etiam beneficium quartæ, ex Auth. Prętereа. Confirmatur hoc ipſum, ponderando, quòd Imperator hoc beneficiũ indulſit coniugi ſuperſtiti inopia laboranti miſerationis gratia, vt ipſemet profitetur in §. quoniã verò, cir-
9 ca princip. tradit Plot. conſ. 17. num. 35. † qui quidem miſerationis affectus nõ videtur propriè cadere reſpectu eorum, quibus non deſunt ad victum neceſſaria, quamuis multa ad dignitatem, ſiue decentium ſtatus deſiderari poſſint, iuxta illud in Euangelio, Miſereor ſuper turbam hanc, quia triduo iam ſuſtinent me, nec habent quid manducent, & huc pertinet quod tradidit Bald. Ang. poſt Iacob. de Aren. maritum qui ad dotis reſtitutionem tenetur deducto ne egeat, alimentorum rationem habendum, & ſe poſſe ſuccurrere neceſſitatibus naturæ, non autem pro dignitate ſtatus, l. ſi maritus, ff. ſolut. mat. quorum opinionem veriorem dicit, & multis comprobat Lapus in rubric. de donat. inter vir. & vxor. num. 52. in capit. per veſtras, eod. tit. num. 30. Alciat. d. conſ. 152. ante num. 9. quidquid in oppoſitum viſi fuerint ſentire. Roman. Alex. Imol in d. l. ſi maritus, quàmuis Cordu. in l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, num. 69. Cum. cum Bald. ſenſiſſe animaduertat, pluresq; alios eiuſdem opinionis ibi recenſet, & quidquid in

terminis illius quęstionis dici possit, certè, quòd attinet ad casum nostrum ad excludēdam vxorem superstitem à beneficio quartæ, satis, superq; sufficit, quòd ei non desint necessaria ad victum, alimenta parcè sumendo. Deniq; vix daretur casus, quo nō esset locus dispositioni illius legis, quę tamē tanquàm exorbitans strictè est intelligenda, vt per Cor. & alios supra citatos, cum ex dotibus, quæ vt plurimum constituuntur, vix vlla reperiatur, ex cuius redditibus mulier pro dignitate viuere possit; nam dos mille aureorum, quæ congrua etiam respectu Comitis dici posset, vt per Dec. cons. 26. Fulg. cons. 22. non tamen est eiusmodi, vt vxori superstiti alimenta subministrare possit, qualia fortè dicerent vxorē Comitis, & ita frequentissimè esset locus successioni quartæ, quod tamen pro absurdo habuerunt communiter scribentes. Pepius, Rimin. d. Auth. Præterea, Soc. d. cons. 30. Alciat. d. cons. 252. Cephal. cōs.
10 671. Gabriel. cons. 142. Et hanc † opinionem, quòd in materia successionis quartæ alimentorum ratio sit habenda, quibus vita parcè ducatur, & succurratur necessitati naturæ, quæ si suppetant, paupertas cessare dicatur, sequutus est Alciat. d. cons. 252. Gabriel. d. consi. 142. num. 36. & alij pleriq; quos ipse citat. Pro qua facit Regula generalis, quod vbi alimenta præ-
11 stantur miserationis gratia, † sufficit si præstentur pro necessario vitæ subsidio, de qua per Cordub. in l. si quis à liberis, §. sed si filius, num. 69. quarta autem cum debeatur miserationis causa in defectum alimētorum, sufficit ad eam impediendam, quòd non desint necessaria ad victum, & eiusdem opinionis fuisse videntur omnes, qui dictum Bald. ad dotem paruam notabili paruitate, hoc est, tenuissimam restringūt, quasi verò certum esse possit per huiusmodi dotem, quæ nulli ferè vsui futura sit, non possit excludi extrema inopia, & mendicandi necessitas, non ita contingeret respectu dotis simpliciter paruæ, vix enim est, vt si congrua fuit, aut etiā paulò minor congrua, quia vitæ parcè traducēdæ, & subleuandæ necessitatibus naturæ sufficiat, ex quo cessat extrema inopia, & mendicandi necessitas, vt per Corn. d. cons. 294. lib. 3. Soc. d. cons. 121. nu. 9. lib. 4.
Nec

Nec obſtat, quòd cum agitur de alimentorum præſtatione,
12 † vltimus ſtatus attendi debeat, arg. l. mela. §. ſed ſi alimenta, ff. de alimen. & cibar. legat. quo in loco reſpondit Iuriſconſultus alimenta deberi ab hæredibus, eo modo, quo defunctus illa præſtare ſolebat tempore mortis, & ſic attento vltimo ſtatu, quòd eo magis dicendum videtur in caſu propoſito, cum vidua in eodem matrimonio perſeuerare dicatur, l. fin. vbi doct. C. de bon. mater. & Bart. poſt gloſ. in l. fieri. §. vidua, ff. ad municip. Corn. conſi. 156. lib. 1. Rolan. d. conſi. 14. num. 3. lib. tertio.

Et confert tex. in l. quoties, ibi in viduitate permanens. C. de priuil. Scol. lib. 12. ita vt alimentorum ratio habenda videatur, per quæ mulier excludatur à quarta, ſi talia ſuppetant, qualia habebat tempore mortis viri, cũ præſertim quarta debeatur, ne vxor ſuperſtes paupertate vileſcat in dedecus, & opprobrium tranſacti matrimonij, vt ponderat Salic. in d. Auth. Præterea, num. 2. ita vt vxor vitam commodè traducat, ſicut viuente marito faciebat, domum ſatis honeſtam inhabitando, vtendo miniſterio, & opera ancillarum, procul ab omni ſordido exercitio, vt contigiſſe videtur D. Catherinæ, nimis alienum à dignitate viri videatur, quòd eadem duriore, ac tenui victu ſordeſcat. Nam Domini dicebant vltimum ſtatum attendi, cum agitur de præſtatione alimentorum, quæ viuus teſtator præſtare ſolebat; legato enim ſub hac forma verborum concepto, ſi teſtator varie alimenta præſtabat, eius tantũ temporis præſtatio ſpectanda, quæ proximior morti fuit, quod ſi cum teſtaretur, minus præſtabat, plus mortis tẽpore, vel è contra prꝑſtabat, ſequenda erit, quę nouiſsima fuit, non alia ratione, vt ponderat ibi gl. in verbo nouiſſima, niſi quia prout augebat, & minuebat præſtationem alimentorum, ſucceſſiuè voluntatem mutare dicebatur, præſumitur autem ipſum cum eadem voluntate deceſſiſſe, † cuius mutatio non prꝑſumitur, l. qui voluntatem, ff. de probat. quæ vltima fuit. In caſu autem propoſito tractatur de alimentis, quæ ſi copia ſuppetat, ceſſat extrema inopia, vt meritò ipſorum moderatio, & regula petenda

da sit ex necessitate naturæ,non autem ex dignitate status,nisi & verba legis,& mentem Imperatoris violare velimus; nec enim queritur, quæ alimenta ab hæredibus viri præstãda sint quasi ab eo relicta, sed qualia esse sufficiat, vt si aliundè vxori suppetant, excludatur à quarta. Et quod obijciebatur dedecus viro futurum,& in opprobrium transacti matrimonij versum iri,quod vxor vidua,quæ alimentis lautibus vtebatur, te-
14 nui victu sordescat;nihil est,† quia Imperator solũ habuit pro absurdo, quod extrema inopia conflictetur, & mendicare cogatur,& omnes admittunt,& modo hæc absit,quę certè cessat, si non desint ad victum necessaria, parum de alia paupertate, aut de parco victu vxoris, sollicitus fuit, vt anteà declarauimus ex cons. Rimin. Socin. Alciat. Gabriel. Cephal. Bero.& alijs,vltra quòd opprobrium coniugis præmortui, nullo mo-
15 do est habendum in consideratione, † cum quarta debeatur ét contra voluntatem testatoris, Bald. post Nicol. de Matar. Castr. Fulgos. Roma. Iaso. Dec. Curt.& alij recentiores in d. Auth. Præterea, & est receptissima opinio, de qua per Corn. d. consi. 4. per Cels. Vgo. pariter consi. 4. volenti autem nó
16 fit iniuria,l.1. §. vsque adeo, ff. de iniur. aut certè non principaliter,sed secundario, † cum opprobrium principaliter consideretur respectu superstitis mendicantis,secundario, & quadam fictione iuris,respectu coniugis mortui, vt declarat Cor. d. consi. 4. num. 4. Gozad. in addit. ad Mates. de success. ab intest. art. 4. nu. 9. argumento notat. in l. 1. & 2. ff. rei amo. in l. maritum,ff.sol.mat. Eadem responsione tollitur,quòd in oppositum considerabatur per celeberrimum Collegium Patauinum,dum in eo vim faciunt,quòd alimenta pręstari debēt pro qualitate,& dignitate personarum,l. 2. & 3. ff. vbi pupi. educ. debeat Bald. cons. 221. lib. 4. ita vt quemadmodũ augescente ætate pupilli,eius alimenta sunt augenda, l. cũ vnus, §. cum vltimo,ff. de alimen. & cibar. legat. Gozad. cons. 95. num. 4. ita aucta dignitate personæ alendæ, eidem alimenta pleniora sunt præstanda, auctam autem dignitatem videri D. Catherinæ procedente tempore,statumq; mutatum ab eo,qui

erat

erat tēpore contracti matrimonij, quòd eius maritus posteaquàm discessit à furno, cum ipsa per plures annos honorificè vixit ex redditibus prædiorum, domo satis honesta comparata, ac multò magis, qnia post matrimonium cum Prospero contractum, habuit duos fratres patruelles doctores insignes, & ambos quidem Episcopos, alterum Regiensem, alterum Venusinum. Nec esse nouum, quòd nobilitas influat etiam in fęminas transuersales vsque ad quartum gradum, Tiraquel. de nobilit. cap. 17. num. 18. Nam in primis negari potest, quòd aucta sit dignitas ex parte Prosperi, qui humili loco natus ex villa Crepalcore obscuris parentibus, vt fili us terræ dici possit, artem exercuit cerdonis primum, mox pistoris, quam non magis deseruisse videtur, quam ab ea desertus esse, si credimus Thomæ, & Petro Draghis testibus in processu examinatis, ex hac ipsa desertione, vel modica, vel nulla, accesio dignitatis vtriq; coniugum facta fuerit, remanent enim semper reliquiæ vilitatis, ex tam sordido exercitio constitutæ, ex quo fit vt pistor nūquàm ad aliquam dignitatem aspirare posit, l. 1. C. de pistor. lib. 16.

17 Nec † verum est dignitatem transuersalium D. Catherinæ communicatam esse, cum priuilegium personale personā non egrediatur, Tiraquel. d. cap. 17. de nobilit. num. 4. Afflict. de constit. Sicil. in cap. intentionis nostræ, immò nec de filio ad parentes, l. prima, vbi Bart. post glos. ff. de senat. nunquàm enim repertum est matres consularium dici consulares, & si quandoq; hoc cōtingit, duo tamen cōcurrere debent, de quibus infra, quorum vtrumque desideratur in casu nostro, quod si etiam admitteremus conditionem D. Catherinæ in aliquo mutatam; non tamen inferri posset habendam esse rationem alimentorum, quæ percipiebat tempore mortis viri, ita vt nisi talia suppetant non excludatur à beneficio quartæ. Nam vltra quòd in materia alimentorum pro regula traditum est,
18 vt † in primis, & ante omnia iuxta vires patrimonij decernantur, l. ius alimentorum. ff. vbi pupill. educ. deb. §. si quis, vbi Aret. Instit. de suspect. tutor. & sic eorum ratio habenda videtur,

tur, quæ patrimonium vxoris alendæ ferè potest, siue sit do
siue quodlibet aliud, certè si pro varietate personę, alimenti
rum præstatio varietur, ita vt minora in infante, maiora p
pillo debeantur, & ita variè pro incremento ætatis, illud eu
nit, cum agitur de alimentis ex iuris necessitate pręstandis, se
cus in casu proposito, in quo agitur de muliere admittenda a
quartam in defectu alimentorum, in qua materia pro regu
traditum est, non deberi quartam præterquàm extrema ino
pia laboranti, quæ certè cessat, si talia suppetant, quibus ne
cessitati naturæ succurratur, non quibus dignitati. Secund
responde aliud esse, quando agitur de alimentis præstādis mi
19 serationis gratia, sufficit enim si talia præstentur ne famæ pe
reat is qui alendus est, † nō autem secundum dignitatem per
sonæ, vt per Cordub. d. l. si quis à liberis. §. sed si filius. nu. 69.
ita vt cum quarta miserationis gratia debeatur in defectum
20 alimentorū, debita intelliguntur si desint necessaria ad victū.
Denique non obstat, † quòd etsi legatum à marito relictum 21
fuerit, tametsi, superq; ad victum necessarium sufficere possit,
quarta nihilominus integra debeatur, ex dicta Auth. Præte
rea, & in corpore vnde sumitur, dict. §. quoniam verò, & quar
tam interdum tantùm esse, vt non modo ad victum necessaria
subministret, sed etiam ad voluptatem, luxumq; iucunda, aut
certè ad vitam commodè traducendam, ita vt cum quarta mi
nimè sit commensuratura alimētis pro victus necessitate præ
standis, talia non excludere à beneficio quartæ; nam primò
negari posset, quod hoc casu quarta debeatur, cum tex. qua
tenus decidit ipsam integram deberi, non obstante legato in
eam imputaudo, loquatur eo casu, quo mulier prorsus est in
dotata, & quamuis doctores communiter sequuti Bal. inten
dant dispositionē legis, de indotata loquentis, ad eam quoq;
referri, quæ parua dote nupta fuit, non tamen loquuntur etiā
respectu istius casus, cum legatū est à marito relictum, immò
verò sunt qui apertè contradicant, Riminal. Sen. dicto cons.
114. quē sequuntur Alciat. dict. cons. 252. Cephal. dicto cons.
244. cum tribus sequētibus, & in eandem opinionem videtur
incli-

inclinasse Rota Romana, saltem eo casu quo mulier cum dote ducta fuit, quidquid dici posset siue nupsit sine dote, vel tam exigua, & incongrua, vt nec dotis nomen mereatur, nec effe- ctum aliquem præstare posset. Et mouetur ea potissimum ratione, quia cum dies legati cedat à morte mariti, impossibile sit, vxorem quæ se ipsam ex tali legato alere possit, eo tempore inopem dici, cessare autem dispositionem Auth. Præterea, si superstes tantùm habeat, vt non cogatur mendicare pro victu, vndecunque illum habeat, Bald. autem tex. loquentem de legato à moriente relicto restringit ad tenue legatum, secus sentiens in legato mediocri ad victum sufficiente, quem refert & sequitur Alciat. dicto cons. 252. sed & si consideremus quartam hoc casu deberi etiam, cum mulier cum dote nupsit, & ea congrua, quamuis non sufficiat ad alimenta, cuius cõtrarium per Dominos resolutum fuit, circunscripto etiam legato, per maritum vxori relicto, illud tamen speciali ratione contingeret, ne sit † in facultate mariti vltimo vitæ spiritu, vxori quartæ beneficium adimere, cum amplius velle nihil possit, freta quadam, & adumbrata liberalitate, ex traditis per Corn. cons. 4. lib. 4. dicto cons. 108. inter consilia Socin. libro primo qua de re latius infra opportuniori loco.

21

Nec quia quarta hoc casu præstanda sit, quæ non sit commensurata alimentis parcè sumendis, sed ea longe excedere possit, sequitur quod debeatur etiam si mulier tantùm habeat, vt possit succurrere necessitati naturæ, & euitare mendicitatẽ, tametsi multa desint ad dignitatem necessaria, quia vt animaduertit Corn. dicto cons. 4. propè finem, ad acquisitionem quartæ, mendicitas necessariò consideratur, ita vt non sufficiat ad mulierem excludendam, quæ tempore mortis viri tan tùm habeat, vt nec mendicare cogatur, quæsito autem iure, ad ipsam quartam non habetur amplius ratio mendicitatis, scilicet vt tanta sit, non vberior, neque tenuior, vt per eum succurratur necessitati victus, & mendicitas euitetur, sed siue ad hoc non sufficiat, quia fortè hæreditas testatoris sit debitis inuoluta, vel mulier tali morbo laboret, vt amplio-

ri sub-

ri ſubſtantia indigeat, nihil tamen vltra quartam conſequ tur, ſiue defunctus adeò diues deceſſerit, vt centeſima pa eius ſubſtantiæ ſufficere poſsit mendicitati euitandæ, inte gram tamen quartam conſequetur, aut certè non ſit rat excludendi mulierem à quarta, & potiendi eius beneficio, ca ſu ad eam iure quæſito, cum igitur quartæ debendæ, vel no debendæ ex ea regula ſumatur, qui mulier indotata tantu habeat, vt nec extrema inopia laboret, nec mendicare coga
22 tur, quodq; ſufficiat neceſſitati naturæ, † Domini dicebant i caſu propoſito vix eſſe, vt arbitrando alimēta parcè, & dum modo per ea ſuccurratur victui, & neceſſitati, nō debeat vnu quiſque exiſtimare fructus dotis D. Catherinæ, ex qua ſeptem in ſingula centeneria percipere poſſit, tollere extremam illam inopiam, & mendicandi neceſſitatem, qua ceſſante ceſſat di ſpoſitio Auth. Præterea, huius quoque rei argumento diceb tur eſſe, quòd D. Catherina mortuo primo marito vidua vix rit cum hac ipſa ſubſtantia, quam poſteà dedit in dotem ſecu do viro, nec tamen vnquàm mendicare coacta fuit, vt cert ex præterito coniectura præſentis temporis ſumi poſſit, argu mento eorū quæ latiſſimè tradit Bald. ex Nicol. de Matheſſel in l. ex perſona. C. de probat. percurrendo ſigillatim decem prædicamenta, & Felin. in cap. ſcribam extra de præſumpt. Euerard. in loco de tempore ad tempus, in centuria loco
23 rum legalium, † iuxta illud vulgare *Ratio præteriti ſcire fu tura facit.*

Quod ſi in hiſce alimentis arbitrandis libeat etiam à iuris ſcripti vigore recedere, & laxiorem quandam rationem ini re, nō qualem poſtulat ſubiecta materia ſtrictiſſimè intellige da, rigoroſa cum ſit, & exorbitans, ad tradita communiter per ſcribentes in dicta Auth. Præterea. Socin. dicto conſ. 121. Roland. dicto conſ. 14. circa princip. Bero. dicto conſ. 130. num. 8. lib. 3. & Rota Romana in allegata deciſione, Domi
24 ni † tamen dicebant actricem tempore mortis viri in eo ſtatu fuiſſe, & nunc eſſe, vt ex redditibus dotis iunctis etiam ope ris, quas viuente marito præſtare ſolebat, & eo defuncto ali

quando

quando præstitit incãnando, vt vocant, siricum quæstus gratia
victum quærere possit, si non lautam, ac splendidum, saltem
tamen mediocrem, aut certè non asperum, nec durum, idcir-
cò ei quartam denegandam non solùm quasi dotatæ, non au-
tem puro affectu ductæ, sed quasi cessante in ea altera qualita-
te necessaria, inopia scilicet extrema, moti sunt ea ratione,
quod quarta non nisi inopi debeatur, inopem autem dici qui
nihil penitus habet, & est omni auxilio destitutus, vt indicat
ipsa vocis etymologia, & declarat Socin. dict. cons. 30. Alex.
cons. 81. num. 3. lib. 7. Afflict. decis. 119. num. 4. quod etiam
probat Rota Romana in dicta decis. Crass. item non nisi ex-
trema inopia laboranti, vt omnes vno ore fatentur, & vt so-
nant verba tex. aperta, denique nihil habere valenti, vt decla
rat Imperator in dict. §. quoniam verò, quorum certè nullum
in actrice verificatur, quis enim dixerit eam extrema inopia
laborare, aut nihil habere posse, aut inopẽ esse, & omni pror-
sus auxilio destitutã, vt ei vel mendicandũ sit, vel famę pereun
dum, nisi admittatur ad quartam, quæ & dotem habet libra-
rum 1350. & vltra dotem mobilia valoris librarum quadrin
25 gentarũ; & propterea † quæstum operando facere possit, nec
ignara, nec impotens operandi; immò operari solita quæstus
gratia & viuente marito, & etiam ipso defuncto, harum enim
operarum rationem habendam esse dixerunt, cum quarta de-
beatur in defectum alimentorum, quibus scilicet mulier desti
tuta foret, nisi ei succurrendum esset beneficio quartæ, vt cer-
tè non debeatur ei, qui solitas operas exercendo victum sibi
quærere possit; nam & maritus qui dotem soluto matrimonio
hæredibus vxoris restituit, deducto ne egeat, l. maritum. ff. so-
lut. mat. totum tamen restituit si ex artificio viuere possit, glo.
in dicta l. maritus. ff. eod. solut. mat. quidquid in oppositum
senserit glos. in l. nonnulli. ff. de accusat. communiter reproba
ta, teste Pepio. dicta Auth. Præterea. num. 85. quasi verò nec
egere dicatur, qui ex aliquo artificio victum sibi quærere pos
sit, vt certè nec mulier egere diceda sit, quæ ex operis seipsam
26 alere possit, sic etiam † videmus patrem tametsi iure naturæ fi-

lium alere teneatur, Instit.de iure natur.§.1.cap. ius naturale prima distinct. l.si quis à liberis,in princ.ff.de liber.agnosc.ab hoc tamen onere immunem effici, si filius ex artificio viuere possit, d.l.si quis à liberis,§.sed si filius, vbi Bart. & Cord. sub num.123.Socin.dicto cons.121. num.47. lib.4. Natta consil. 48. num.8. Caccialup. l. frater à fratre. num.106.ff.de cond. indebit. Aret.in l.alimenta num.3.C. de negot. gest. vt certè multò magis quarta deneganda sit vxori superstiti, quę proprio labore operando victum necessarium sibi administrare potest, debetur enim quarta in subsidium alimentorum,& nó quidem aliqua ratione naturali, vt ponderant Corn. in dicta Auth.Præterea,& Alciat.dicto cons.252. sed iure mere positiuo,quo argumenti genere vtitur etiam Rota Romana in sępius allegata decisio. Deniq; hæc opinio communiter est approbata,quam sequitur in primis Iacob.Butrig.in Auth. Pręterea,Petr.de Bellapert.Corn.num.8.Pepius nu.83. attestans pro hac opinione iudicatum fuisse sub num.85.pro qua etiam ipse consuluit, cum alijs Doctoribus Pisanis, prout ante eum consuluerunt Socin.d.cons.30.sub num.11. In causa Augustini de Massa, cui consilio subscripsit,& Corn. & alij Doctor. Perusini, Gabriel. cons. 142. num.22. communemq; testatur Roland.dicto cons. 14. num.18. quia ipse ibidem admittit in muliere non adeò nobili,vt ei non sit dedecus operari, sub nu. 45. & sequentibus, sed & hoc ipsum sublimitat Socin. consil.
27 121. num. 45. vt non procedat quoties nobili non est † dedecus operari ex consuetudine Ciuitatis, & loquitur in nobili Senensi, prout etiam de communi testatur Gazad.in d.Auth. Præterea,sub num.76.& Purpur.cons.330. loquens in fortioribus terminis, cum scilicet mulier nullam, aut incongruam dotem dedit, vt certè indubitatum sit in ea,quæ dotem congruam constituit, si fortè ex eius redditibus ali non possit, & Corn.dicto cons.249.lib.3.quidquid in contrarium senserint Dec.dicta Auth.Præterea, num.2.Riminal. Iun. Crauet cons. 199.& alij quidam, nam præterquàm quod loquuntur contra communem, vt negare non audent Dec. & Riminal. mouentur

tur etiam leuioribus fundamentis, quæ ſublata remanebunt ex infra dicendis.

Nec obſtat, quod Imperator excludat à quarta mulieres, quæ nihil poſſident, nec aliunde res habent, aut bona ex quibus alantur, cum in Auth. de exhiben. reis, in §. Quoniam verò, verſ. nam ſi aliundè forſan habeat, cũ faciat in eo, quòd dotem non dederit, aut alias res non poſſideat, idcirco non eſſe habendam rationem operarum, ex quibus mulier in dies victum quærat, vt excludatur à quarta; nec enim eas computari
28 poſſe inter bona, quæ mulier poſſideat, cum præterea † qui viuit ex artificio, nihilominus inops eſſe dicatur, vt per Abbat. in cap. quod nuper, in 3. notab. extra de voto. Nam reſpondetur immò verò excludi à quarta mulieres, quæ nihil habere poſſunt, vt in dicto §. Quoniam verò, ibi, nihil habere valentes, in quorum numero cenſeri non debet, quę in facultate ſua poſitum habet, vt proprijs manibus operãdo aliquid habeat, ſcilicet neceſſaria ad victum, Et quod inquit Abba. pauperẽ nihilominus dici, qui ex artificio viuit procedit largè ſumpto
29 vocabulo pauperis, ſed quo ad propoſitum noſtrum † longè ſtrictior eſt huius vocis ſignificatio; nam quacunque ratione quis ali poſſit, ſufficit vt excludatur à quarta, & ſi alimenta à tertio percipienda eſſent veluti à patre excluderetur à quarta, non eſt etiam cur non excludatur ea, quę à ſe ipſa ſibi præſtare poteſt ex quæſtu quotidiano, cum hæc ipſa magis intima ſint, magiſq; innata, quàm illa, quæ non debentur niſi in ſubſidium, vt in filio qui non poteſt ex artificio viuere, vt anteà dictum fuit ex Bart. d. §. ſed ſi filius, aut certè dictũ Abbat.
30 † intelligẽdum reſpectu illius, qui & ſi artem aliquam colleat, ex qua viuere poſſit, nulla tamen bona poſſidet; ſecus verò ſi aliqua poſſideat, ex quorum redditibus iunctis operis viuat, vt optimè diſtinguit Collegiũ Bononiæ. Sicuti nec obſtat, quòd hominum vita multis periculis ſit expoſita, idcirco non eſſe habendam rationem operarum, quòd fragile ſit, parumq; fidum ipſarum auxilium, vt ex eo tollatur mendicandi neceſſitas, cum graues ægritudines accidere poſſint, vt eſt rerum om

nium vicissitudo, quæ operandi potestatem impediunt, idcircò potius rem in tuto ponendam beneficio quartæ, quo potissimum argumento nituntur Dec. & Crauet. locis citatis; nam
31 respondetur spectandum † esse potentiam operandi, scę: excutiendi ab extrema inopia, tempore quo defertur successio quartæ, quidquid posteà contingat, sicut ex aduerso consideratur paupertas, quæ ex tempore mortis viri, non autem quæ cessare possit ob diuitias superuenientes, ex Dec. cons. 24. cum alijs supra citatis; nam id omnibus est commune, vt periculo
32 ægritudinis sint expositi, † non tamen ægrotãdi potestas, quæ est de futuris contingẽtibus efficere, vt ideo minus operarum ratio sit habenda, alias nunquàm euenisset maritum ad dotis restitutionem insolidum teneri, si ex artificio viuere posset, cum artificium ob aduersam valetudinem cessare posset. Vtraq; tristus euentus non videtur expectandus, aut habendus in consideratione, dicta l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obl.

Parum etiam vrget, quod ex aduerso dicitnr mulieri dedecus esse quæstuosas illas operas præstare, quas exercere solét, qui panem inde quęrunt, & hoc etiam resultare in dedecus bene transacti matrimonij, in quo mulier dum erat honorificè viuebat, Abb. in cap. cum haberet, col. fin. de eo qui duxit in matrim. quã polluit. per adult. Caccialup. in l. si qua illustris. C. ad Orficia. Barba. consil. 74. Roland. consil. 14. num. 45. Decian. respon. 70. num. 17. & in quo fingitur perseuerare quan-
33 diù in viduitate permanet, l. fin. vbi doct. C. de bon. mat. † diciturq; imago viri defuncti, in cuius signum induitur lugubri veste per annum, Bald. in l. pignus. C. de pignor. actio. & eius priuilegijs vtitur, & conditionibus fruitur, l. quoties. C. de dignit. lib. 12. l. fęminę. ff. de senat. l. filius. §. vidua. ff. ad municipal. Bald. & alij in l. cum quædam. ff. de iuris omn. iud. Nam neque ex parte actricis, neque ex parte viri aliqua nobilitas considerari potest, cuius splendor exercitio incannandi siricum obscuretur; nam & D. Catherina solita erat operari viuente marito præfecta ad panem publicè vendendum in taberna

berna pistoria, parãdo esculenta familiæ; & postquàm Prosper à furno discessit, incãnando siricum quæstus gratia, prout
34 etiã facere visa fuit eo mortuo, † & quamuis Prosper diues decesserit, non tamen sequitur, ergo nobilis, l. nobilitatis, vbi Bald. C. de cõmer. & mercat. cum præsertim rem familiarem auxerit potissimũ, parsimonia victus, vt inferre videtur Matthæus de Draghis testis examinatus dicens; Prospero era mi-
35 sero, & si faceua pouerissimo, † ita vt magis à pecunijs possideretur, quàm eas possideret, magisq; à furno fuit desertus, quàm quòd ipsi furnum deseruerit. Doctores autem ex aduerso allegati loquuntur in muliere nobilitate insigni non operari solita, & propterea de vili exercitio publicè præstando, veluti quòd nobilis matrona pro ancilla inseruiret, verum est modus in rebus, potest enim mulier etiam nobilior D. Catheri-
36 na intra penetralia domus, se ipsam laudabiliter exercere, † & ex artificio quæstum facere, cui fortè dedecus esset publicè id facere, hinc videmus laudari honestas matronas apud Homerum Illiad lib. 6. & apud Salomonem in Prouerbijs, cap. vlt. quæ linum, & lanam operantur manibus earum, pulchreq; in hanc materiam Tiraquel. in l. cõnubial. glos. 2. parte 10. num. 37. cum sequent. nos autem versamur in exercitio nec sordido nec illiberali, quod certè decet etiam honestam matronã, & in muliere solita etiam eas operas pręstare viuente marito. Præterea respondetur satis esse, quòd mendicitati mulieris occurri possit aliqua ratione, nec videtur obstare, quòd quarta fuerit inducta non solùm ob alimenta vxoris superstitis, cum
37 † ea alimenta possit excedere, sed etiã in honorẽ bene transacti matrimonij, ideoq; non sufficere quòd mulier operis suis victum sibi quærere possit, cum inde non sit consultum decentiæ matrimonij, quamuis fortè alimentis mulieris prouisum esse possit; nam verè quarta debetur extrema inopia laboranti, eaq; cessante quacunque ratione, cessat etiam quarta, non est autem dubium extremam inopiam, & necessitatem mendicandi cessare, si mulier ex artificio viuere possit, quòd si honor matrimonij habeatur in cõsideratione, id euenit in quan-

dam consequentiam non principaliter, vt antea dictum fuit, quasi verò indignum videatur liberalitati mariti, qui vxorē inopem & sine dote ducendo, eam in suam tutelam,& fidem recipere videatur, dedecusq; esset eo casu marito eam cogi mendicare, sed si honestè se exercēdo victum sibi quærere potest cum dote sua congrua, nō sequitur aliquod opprobrium; Præterquam quòd nō est perpetuum, quod de opprobrio viri consideratur, cum eo etiam inuito quarta debeatur, Dec. d. cons. 24.& alij supra citati,& volenti non fit iniuria.

Sed est aliud obiectum magis intimum casui proposito, in-
38 de deductū, quòd D.Catherina † sexagenaria sit, quod ipsum per se sufficientem excusationem præbere videtur, ne operarum ratio sit habenda ad excludendam mendicandi necessitatem,& per consequens beneficium quartæ, nam neque liberta maior quinquagenaria operas patrono præstare compellitur, l. liberta maior. ff. de oper. libert. augeturq; uis huius argu-
39 menti, nam præterquàm iam est ingrauescente ætate, † senectus etiam per se morbus esse videtur, describitur etiam impotens ad operandum ob eius aduersam valetudinem; in processu enim sunt plures testes qui deponere videntur eam esse inhabilem ad operandum, inter ceteros D. Antonius de Iuuenaricijs, & D.Iulianus de Lucatellis, quorum vterque asserit eam valetudinariā,& non aptam ad aliquid lucrandum, ita vt nulla penitus ratio operarum sit habenda, vel alicuius artificij, quod etiam si calleret, exercere tamen minimè posset, cum præsertim in dies ingrauescente ætate operas decrescere necesse sit, quod etiam ponderauit Pepius dicta Auth. Præterea, num. 30. Crauet. cons. 199. num. 7. nam neque etiam D. Iosef. vnus ex reis conuentis, qui optimè notum habet statum istius mulieris, confessus est respondendo positionibus, quòd interdum malè se habet,& quatenus aliquod fundamentum in istis operis faciendum esset, certè quòd attinet ad propositum nimis debile videretur, vt dici posset ex eo cessare mendicandi necessitatem,& inopiam, cum facta distributione in singulos annos eius lucri, quod D.Catherina fecisse dicitur siricum in-

cannan-

cannando per octo annos fuit autem librarum centum viginti in totum, & ita constat tenuissimum fuisse quæstum.

40 Hæc tamen omnia parum vrgere Dominis visa sunt,† nam quod attinet ad tex. in l. liberta maior, dicebatur ex eo non recte inferri ad casum nostrum, nam ibi maior quinquagenaria idcirco meretur immunitatẽ operarum, quas patronus promiserat, quia satis superq; visum fuit, quòd vsq; ad illam ætatem ad commodum alterius operari cogeretur, longè diuersam esse rationem eius, qui ad proprium commodum operatur, ne alium indebitè grauet, quemadmodũ grauaretur hæres Prosperi, si D. Catherina, quæ onus paupertatis depellere posset operando, ac se ipsam ab extrema inopia eximere, proprijs manibus victum quærendo, mallet ociosè vitã traducere prętextu similis ætatis, & quartam hæredibus auferre, quæ nõ debetur, nisi extrema inopia laborãti. In his autem operis præstandis nulla certa ætas est definitiua, cum vnusquisq; pro valetudine, & robore virium operari debeat, l. si non sortem, §. sed si libertus, versic. nam plerumq; ff. de cond. indeb. nec valet cõsequentia, senex est quis, ergo impotens ad operandum; multi enim sũt senes, quibus adhuc robur corporis cõstat, atq; vt inquit ille, cruda viris viridisq; senectus, præsertim cum in casu proposito agatur de operis, quę ferè citra laborem vllum etiam à sene facilè præstari possint, vt ex fide quamplurimorum mercatorum, & res ipsa suadet quolibet etiam tacente.

Quod verò aliqui testes deponũt eandem valitudinariam, & impeditam operari, nec aptam aliquid lucrari, facilè tollitur per testes, qui de visu contrarium deposuerunt, & per fidẽ

41 Gulielmi setaioli productam in actis, † plus autem creditur duobus testibus affirmantibus, quàm mille negantibus, Bald. & alij in l. actor. C. de probat. Bart. in l. 1. in princ. ff. de vent. inspicien. cum præsertim contra testes inductos à D. Catherina stent plures oppositiones antea latius explicatæ, vltra ꝙ nullã concludentem rationem afferunt dicti sui, quid enim impediret ministerium ineundi siricum, quod sedendo exercetur sine labore, quamuis esset clauda parumq; firma fœmore, essetq;,

 vt

vt vulgo dicitur, ſgalonata, ſicuti nec impediretur ob cauteria cruribus admota, immò verò nec etiam ſi ea brachijs admota haberet, vltra quòd Dominis ex aſpectu viſum fuit contrarium potius ſumi poſſe, ſcilicet quòd his operis exercendis adhuc ſatis idonea videatur, cum tamẽ ſufficere poſſet idoneam fuiſſe tempore mortis Proſperi.

Argumentũ verò, quod in deciſione D. Iudex à quo deſumpſit ab annua diſtributione totius lucri, quod fecit D. Catherina in incannando per octo annos, fallax eſt, cum alijs etiam præterquàm Gulielmo operam præſtare potuerit, cum prætereà non inferatur, quòd tantum operata fuerit, quantum operari potuerit, & feciſſet veriſimiliter ſi inde victum ſibi quærere coacta fuiſſet, cum præterea non conſtet, quòd continuè in hoc ipſo miniſterio fuerit occupata, potuit enim longo in-
42 teruallo quieſcere; † probationes autem debent de neceſſitate concludere, l. non hoc. C. Vnd. cognat. l. multis, vbi Bart. C. de liberal. cauſ. cap. in pręſentia extra de probat. Et quatenus, inquit non fuiſſe probatum per hæredes, quòd actrix talẽ quęſtum operando facere poſſet, vt iunctis etiam redditibus dotis ad eius alimenta ſufficerent, loquitur contra regulas iuris, qui-
43 bus cauetur † vnum quemque teneri ad probandum id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, ad notat. per ſcribentes in l. 2. ff. de probat. per Bart. in l. illa. ff. de verb. oblig. Socin. in l. 1. circa princip. ff. de cond. & demonſtrat. fundamentum autem actricis eſt extrema inopia, quæ demum reſultat cũ quis adeò deſtitutus eſt omni auxilio, vt mendicare cogatur, immò loquitur contra apertas deciſiones doctorum in hac ipſa materia. Nat. d. conſ. 648. & Bero. dicto conſ. 130. qui dicunt onus eſſe mulieri probandi, quod ducta fuerit ſine dote, præterea ſibi eſſe tam exigua bona, vt eorum redditus, iunctis etiã operis, vt ad victum ſufficere non poſſint.

Vltimo non obſtat quòd cũ habeat agnatos viros inſignes, indignum ei ſit operari, eo quòd nobilitas, ac dignitas collateralium influat in collaterales vſq; ad quartum gradum, adnotat per Tiraq. de nobilit. cap. 17. num. 2. & tàm in fœmina

quàm

quàm in maſculo, vt per eundem eodem tract.cap.18. nu.44.
44 nam reſpondetur † nullibi cautum reperiri, quòd dignitas collateralis tranſeat in collaterales ad præiudicium tertij; nam etiam priuilegia Principis intelligenda ſunt, ita vt abſit præiudicium tertij, cap. quamuis, in fine, de reſcrip. in 6.l. nec auus. C. de emancip. liber. l.2.§. merito. ff. ne quid in loco publ. Secundo dicitur, immò regulare eſſe, vt dignitas non tranſeat in collaterales, quamuis tranſeat in poſteros, ac deſcēdentes, iuxta notata in l. nobiliores. C. de cōmer. & mercat. l. ſenatoris filium. ff. de ſenat. l.1. C. de dignit. lib.10. Decian. reſpo.19. nu. 239. lib. tertio, eſt enim nobilitas, quæ præſertim à virtute proficiſcitur priuilegium perſonale, vt certè non egrediatur, perſonam illius, cui coheret, l.1. ff. de conſtitut. princip. c. priuilegia de reg. iur. in 6. Afflict. loco ſupra citato, quod ſi interdum
45 in tranſuerſales manare videatur, hoc tamen fit† duobus concurrentibus. Primo, quòd hæreditas, ſiuè ſucceſſio collateralis tranſeat in eoſdem. Secundo, quòd artem mecanicā amplius non exerceant, eius enim exercitio nobilitas, ſi quæ cōtracta eſſet, obſcuraretur, & ſordeſceret, ad notat. per Felin. in cap. ſuper eo, num. 10. extra de teſtib. Tiraq. d. cap.17. de nobilit. quorum nullū verificatur in propoſito caſu, nec enim D. Catherina ſucceſſit in hæreditate dictorum ſuorum agnatorum, & cōtinuò etiam, poſteaquàm eos doctores nacta fuit, vilem artem exercuit, atque ita ſublatis omnibus, quæ in oppoſitū afferri poſſent, Domini reſoluerunt operarum rationē meritò habendam eſſe ad excludendam actricem à quarta, cū ex quæſtu operarum ſaltem, iunctis redditibus dotis, viuere poſſit, & per conſequens ceſſare extremam inopiam, & mendicādi neceſſitatem, quæ ſi abſit, quartæ beneficium denegatur.

## SVMMAE QVAEST. V.

*1 Frater diues tenetur ſubſtinere ſororē inopem, & quid in fratre? 2.*
*3 Quæ poteſt à fratre diuite ſuſtineri, non poteſt ad hanc quartam peruenire.*

*An*

redibus filij, nisi sit in extrema paupertate, & ita in vidua.

30 Alimenta consequitur soror à fratre officio iudicis celeriter à quo non appellatur, quartam ab hæredibus mariti, iure actionis, à qua appellatur.

31 Alimenta debentur iure sanguinis. quarta ex Auth. nostra iure merè positiuo, & ciuili.

32 Effectus rei est curandus, non modis.

33 Concessio facta à lege ratione paupertatis, intelligitur facta intuitu alimentorum.

35 Viuentes participium denotat alimenta quibus vita humana traducitur.

37 Vidua quomodocunq; possit habere alimenta vndecunq; non potest peruenire ad hanc quartam.

38 Vniuersalis negatiua in vno falsa, in omnibus vitiatur.

39 Verba, nihil habere valentes, denotant magis potentiam, quàm actum.

40 Quibus casibus denegantur alimenta, ijs etiam denegatur quarta.

41 Subrogatum sapit naturam subrogati.

42 Quarta non debetur viduæ habenti vnde percipiat alimẽta aliunde, veluti à fratre.

43 Si in viridi fiunt hæc in sicco quid erit?

44 Maritus an teneatur alere vxorem indotatam habentem fratres diuites?

45 Probatio ex magis notioribus fieri debet.

46 Quarta denegatur viduæ superstiti valenti operis suis victum quærere.

47 Vidua quæ potest habere quartam in bonis primi mariti, excluditur ab hæredibus secundi.

48 Affectata paupertas, nec affectata ignorantia prodesse debet.

49 Vidua, quæ potest habere alimenta sibi relicta ex dispositione testatoris excluditur à quarta, ita si ex dispositione legis à fratre potest consequi.

50 Dies proprium patrimonium mulieris.

51 Vidua si habet ex redditibus vnde se alat, nec proprietatem vendere tenetur, excluduntur.

52 Quarta cum loco alimentorum debeatur, deberet commẽsurari alimentis, & tamen aliquando excedit, aliquando deficit, late, 57.
53 Item deberet morte finiri: & tamen secus est, latè.
54 Vidua habens filios à quibus est alenda, non excluditur à quarta, ita & si habent fratres, non videtur excludenda: de ratione ad longum, 56. & 58.
55 Vidua non excluditur à quarta ob legatum sibi relictum à patre, ita nec excludi videretur ob fratres diuites, de ratione latè.
59 Vidua non dicitur habere filios diuites tempore mortis viri, antequam adeant hæreditatẽ, sicut sunt fratres, immediatè mortuo viro.
60 Item & etiam post aditam hæreditatem, non sequitur quod sint diuites.
61 Vidua cur non excludatur à quarta ob filios diuites, & tamen excludatur ob fratres diuites.
62 Cur legatum factum à marito vxori inopi eam non excludat à quarta.
63 Argumentum à simili validum.
64 Vidua habens patrem diuitem, excluditur ab hac quarta.
65 Item quæ fratres diuites habet.
66 An procedat argumentum à patre ad fratres, late, & non insubtiliter disputatur, & concluditur quod sic.
67 Ratio transuersalis ad transuersalem non est par, vt ascendentis ad descendentem, quomodo procedat.
68 Alimenta solum à patre præstanda excludere à quarta existimauit GoZadin. & quomodo. sed reprehenditur.
69 Opinioni doctoris celeberrimi, & distinguentis standum videtur.
70 Collegium quoddam reprehenditur quod male iudicauerit.
71 Obligatio qua tenetur pater alere filium, & ea qua tenetur frater alere sororem, ab eodem fonte procedunt, scilicet à sanguinis caritate.
72 Obligatio dandi alimenta filijs, vel parentibus, vel fratribus, licet à iure naturæ veniat, tamen ad necessitatem est redacta, per ius ciuile, ne ille instinctus naturæ vanus esset, latè.

Præ-

73 Præceptum iuris ciuilis ita astringit fratrem ad alendam sororē, sicut patrem erga filium.

74 Frater videtur eadem persona cum fratre, quia ferè alter dicitur.

75 Filius habens patrem diuitem, vulgi opinione diues existimatur.

76 Dominium quod habet filius viuente patre, consistit potius in quadam imaginatione iuris, quàm in effectu.

77 Argumentum à simili est recta adaptatio, per quam fit illatio ab vno particulari ad aliud.

78 Vbi non est diuersa ratio, nec diuersum ius.

79 Idem ius quod habebat filia viuente patre in bonis paternis, habet soror in eisdem bonis paternis ad fratres peruentis, respectu alimentorum.

80 Onus illud quod erat in patre erga filium in omnibus, transit in fratres patris hæredes, erga sororem.

81 Nulla differentia inter patrem respectu filiæ, & fratrem respectu sororis, respectu alimentorum, licet frater non sit hæres patris. & 83.

82 Exempla non restringunt.

84 Mulier sicut potest exigere dotem pro alendis filijs primi matrimonij, ita pro alendis fratribus.

85 Quarta non est inducta vt coniux superstes efficiatur diues, sed ne cogatur mendicare.

86 Remedium quartæ est subsidiarium, & nunquàm competit mulieri, nisi sit omni alio remedio penitus destituta.

87 An remedium quod habet soror contra fratres sit magis subsidiarium, quàm remedium quartæ? late disputatur, & concluditur remedium quartæ magis subsidiariũ, per plures sequen. 95.

88 Mortuo marito statim videtur fieri executio per legem ad quartam, latè disputatur; & concluditur, quòd non, saltem quando potest mulieri alio modo esse succursum.

89 Concursus plurium remediorum subsidiariorum non datur.

90 Remedium querele inofficiosæ donationis, & restitutionis in integrum quomodo concurrant, 97.

91 Remedium potentius facit cessare remedium minus potens, a 93. & seq. & 106.

92 Vtrum

92 *Vtrum remedium quartæ sit potentius remedio consequendi alimenta à fratribis. late examinatur.*

93 *Potentius videtur ius quod per actionem consequimur, quàm illud quod per officium iudicis.*

94 *Per quartam plenius prospicitur vxori, quàm per alimenta à fratribus percipienda.*

95 *Vidua videtur habere electionem eligendi vel quartam, vel fratres pro alimentis, disputatur, & concluditur quod non. latè per plures numeros.*

96 *Inter remedia quæ habent gradum & ordinem non est locus electioni, pulchrum exemplum de cohortibus subsidiarijs militum vt ibi. 96.*

98 *Ordo inter actiones pupillis competentes, pro indemnitate illorum ratione tutelæ.*

99 *Causa fratris dicitur magis subsidiaria, quàm matris in causa alimentorum, quia prius contra matrem agendum est.*

100 *Remedium quartæ magis subsidiarum probatur ex multis, quàm sit remedium contra fratres ad alimenta.*

101 *Nouissimum, vltimum, & subsidiarium, videntur idem.*

102 *Vltima egestas coniugis producit remedium quartæ.*

103 *Debitum quartæ est legale, & radicatum in persona superstitis coniugis, scilicet ita demum si laboret extrema inopia.*

104 *Quando de vno quæritur, cætera etiam habilia supponuntur.*

105 *Debitum quartæ dicitur sub cõditione deberi, si aliunde nullo modo possit esse prouisum.*

107 *Debitum quartæ licet videatur efficacius remedio alimentorum à fratribus, non tamen facit cessare illud.*

108 *Item & quamuis debeatur iure actionis, & alimenta officio iudicis, data instantia.*

109 *Debitum alimentorum à fratribus prius in ordine, & natura.*

110 *Quo ad materiam alimentorum, ita efficaciter debetur quod officio iudicis, quàm quod iure actionis.*

111 *Quarta efficacius debetur, scilicet quando est nata obligatio, sed non est nata, fratre existente diuite.*

112 *Quarta hæc interdum debetur æquitate repugnante, si vidua concurrat*

currat cum filijs viri.

113 Alimenta à fratribus sorori de iure communi debentur, & quarta iure speciali.118.

114 Quod incidenter præter principalem intentum interuenit parum curandum videtur.

115 Principalis intentio legislatoris est consideranda.

116 Mulier non potest repudiare legatum, vt consequatur quartam vberiorem.

117 Remediũ quod est secundum ius commune præferri debet remedio specialiori.

119 In conflictu opinionum, & regularum inhærẽdum est ei, per quam minus receditur à iure communi.

120 Antiquius etiam remedium prius videtur intentandum.

121 Distinguitur inter remedia subsidiaria extraordinaria.

122 Remedium illud subsidiarium extraordinarium præferri debet, quod concurrit cum alijs extraordinarijs, immo etiam ordinarijs.

123 Inter ista remedia datur gradus & ordo, qui turbari non potest.

124 Remedium restitutionis in integrum est minus subsidiarium, quàm quærela.

125 Electio facta contra hæredes viri ad quartam, non impedit quin reuertatur contra fratres diuites ad alimenta.

126 Licet non acquirere in fraudem creditorũ, sed non licet non acquirere in fraudem quartæ acquirendæ, & de ratione. late.

127 Pater pauper habens patrem, & filios diuites prius à patre, & postea à filijs est alendus.

128 Authoritates citatæ dummodo deseruiant in ratione, licet non faciant in facto, dicuntur bene citatæ.

129 Hæredes viri intra annum alunt viduam, quia interim habent dotem.

130 Dictum doctoris debet intelligi secundum legem quam allegat, & ita ne inepta sit allegatio.

131 Protestatio in his quæ à iure dependent, non releuat potestatem.

AR-

## ARGVMENTVM.

¶ *Inopiam etiam eiusdem adiicis alia ratione cessare, & simul cum ea beneficium Auth. Præterea, eo quòd habeat fratres diuites à quibus alimenta percipere possit.*

## QVAESTIO V.

QVAM præterea cessare dixerunt, circunscriptis etiam rationibus antea tactis, ex eo, quòd
1 D. Catherina † fratres diuites habeat, quos inuitos etiam cogere possit ad alimenta sibi præstanda, si ad extremam inopiam sit reducta, id enim aperto iure cauetur, l. 1. § sed nonnullos, vbi glos. in verbo præstiterit. ff. de tutel. & ratio. distrahen. l. qui filium, vbi glos. & Bart. ff. vbi pupil. educar. deb. glos. in l. 1. C. de alen. liber. Cyn. & Alber. in l. 1. in princ. C. de natural. liber. glos. Bald. & Salicet. in l. non omni. C. de administr. tut. Abba. in cap. peruenit nu. 1. extra de arbitr. idem consil. 56. num. 2. lib. 2. communem testatur Fulgos. cons. 234. Ripa in l. 1. num. 83. Alex. num. 33. ff. solut. mat. & ibidem Iaso. num. 29. inquiens in hoc neminem discrepare, & loquuntur de sorore à fratre dotata, Andr. de Isern. in constitut. Neapolita. In aliquibus in glos. in verbo quintumdecimum annum, in vers. quid si frater. Ponta. de alimentis cap. 10. de fratre, & sorore alend. Bart. in l. si quis à liberis. §. vtrum. ff. de liber. agnoscen. asserens id omnia difficul
2 tate carere respectu sororis, † quidquid in fratre dici possit, in quo tamen militat communis opinio, Bald. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iustit. & iur. latè Cordub. in d. l. si quis à liberis. §. Idem rescripsit. num. 93. & sequen.

Moti sunt in primis Domini argumento sumpto à cessante ratione legis. c. cum cessante, extra de appellat. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. scilicet à cessante paupertate D. Catherinæ

3 therinæ, quam diuitię fratrum excludunt, ita vt † cum in eius potestate positum sit declinare paupertatem, percipiendo à fratribus alimenta, ei non liceat hoc subsidium omittere, vt quarta potiatur, quam lex non decernit, nisi ei, quæ nihil habere valeat, Nat.d.cons.648.ad finem, quasi verò hoc ipso quod habeat actionem, siue officium iudicis ad alimenta consequenda alimenta habere videatur, l.qui habet.ff.de reg. iur.

Duo tamen obijciuntur huic fundamento; primo negatur assumptum, quòd in casu proposito fratres sororem alere teneantur; secundo eodem etiam admisso, negatur consequentia
4 quòd propterea sororis inopia cessare dicatur, † cum enim à patre dotata fuerit, quãdo eam in matrimonio collocauit primo marito, sequitur eam non esse à fratribus alendam, quia neque à patre si esset superstes ali deberet tanquàm facta extranea, ex dispositione statuti eam excludentis ab hæreditate stantibus masculis. Bero. consil. 178. num. 17. lib.1. Cordub.d. l. si quis à liberis. §. si mater num.33.ff.de liber.agnoscen. ita vt nec dominij continuationem, nec iura suitatis retineat, nec ad supplementum legitimę agere possit, ad latè congesta per Brun.de statut. excludent.fem. propter mascul. art. nono principali quæst.1. per totam, & rursus artic.10.princ. quæst.3.quibus in locis de communi testatur, & per Decian. pariter attestantem de communi respon. 6. nu.13. & ferè per totum consilium libr.primo, immò verò pariter dotando solutus intelligitur quacunque obligatione esset obstrictus filiæ, & per consequens etiam liberatus onere eum alendi, cum & dos, & legata succedant loco alimentorum. Bart.Imol.in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de cond.& demonstr. quasi verò cessante ratione fundamentali, de qua in l.in suis ff.de liber.& posthum.ita vt tantò minus dicendum sit fratres diuites teneri ex persona patris, cuius sunt hæredes, cum & ipsi soluti intelligantur quacunq; obligatione, quam occasione bonorum paternorum soror aduersus eos prætendere potuisset, frustra igitur allegari potest, quod fratres diuites habeat. Cum etsi diuites sint ad eam alendam, cogi non possint, pariaq; sint fra-

tres non extare,aut inutiliter extare,quo ad id,de quo quærimusa rgumento notatorum per Dec.cons.557.num.13.

Quod etsi à fratribus esset alenda,non tamen ideò minus
5 inopia laborare diceretur, † nec enim videtur extra casum necessitatis, vel potius mendicitatis, qui per mendicata suffragia alimenta quærere cogitur, vt in proposito dixerunt Iaso. & Dec.d.Auth.Prętèrea,moti authoritate Abba.cons.17.lib. 1.cuius authoritatem magnã facit perillustre Collegium Patauinum, in responso, quod edidit in hac causa pro D.Catherina, & eius dictum multi faciunt ad aliud propositum inducendo,cum enim soror à fratribus alimenta petat officio iudicis, omni actione destituta, iuxta notata per Bart. in l. si quis à liberis,in princ.ff.de liber.agnosc.Ripa in l.priuilegia,num. 11.ff.de priuileg.credit.quod officiũ iudicis humiliter est implorandum, cum id,quod facit iudex ex officio, dicatur ex misericordia facere,vt per glo.in rub.ff.de interrog.action.Bart. & docto. in l.1.ff. de iuris. omn. iudic. vnde vix est,vt procul absit à mendicitate soror, cui petendum sit ex iudicis misericordia, vt consequatur alimenta à fratre.

Has tamen obiectiones Domini nullius momẽti putauerũt esse; nam quo ad primã respondebant,mulierẽ quæ prætendit successionẽ quartę,aut extrema inopia laborat, aut non,si non laborat eà frustra aspirare ad huiusmodi beneficium,ꝙ alij nõ indulgetur,præterquàm extrema inopia laborãti, ꝙ si tali ino-
6 pia opprimatur,profectò dici in eo statu constitutam,† vt omninò à fratribus diuitibus sit alẽda,qui ad id tenentur iure sanguinis,prout etiã pater si viueret teneretur, siue ipsa dotẽ habuisset congruam,quæ in totũ, vel pro parte esset consumpta, siue non;& siue sufficeret ad eius alimenta post mortem mariti, siue non ; nam & pater , & frater tenentur ad supplemẽtum alimentorum,si dotis fructus, iunctis etiam operis filiæ, vel sororis alendę non sufficiant,modo ipsa laboret inopia,ad Bart. in l.cum vnus.§.alimenta,num.2.ff.de aliment.& cibar.legat. argumẽto l.qui filium.ff.vbi pupil.educ.deb.Socin. cons.100. num.11.versic.quo casu aduertendum est,& loquitur in terminis

nis statuti excludentis filiam dotatam à successione paterna,
7 † motus ea ratione, quòd statutum tollere non potest ius alimentorum, iuxta tradita per Bald. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iustit. & iure, Imol. in d. §. Titio genero, tradidit; & Crauet. cons. 189. num. 2. cum sequen. nec enim charitas sanguinis nouit huiusmodi distinctiones, vtrum filia dotata excludatur ab hæreditate paterna necne, nec ius ciuile quàmuis tollere possit ea, quæ sunt iuris ciuilis, veluti successionem, tollit etiam ea, quæ sunt iuris naturalis, & iura sanguinis, quale est ius alimentorum fundatum in paupertate eius, qui ali prætendit, l. iura sanguinis, vbi Dec. & Cagnol. ff. de regul. iur. vt meritò ius sanguinis necessitudinis nomine vocetur, l. fin. ff. de iustit. & iure, cuius infinita est æstimatio. l. nam & singulis. §. 1. ff.
8 eod. tit. de reg. iur. In tantum, vt † neque valeat pactum, aut statutum, quod pater non teneatur alere filium, aut portionem suam assignare, si posteà ad paupertatem peruenerit. Specul. in tit. qui filij sint legit. vers. sed pone quidam emancipauit filium, Bald. Alberic. in d. l. 1. §. ius naturale, colum. fin. ff. de iust. & iur. Alex. Castre. in l. si cũ dotem. §. 1. ff. solut. matrim. multaq; in hanc materiam prosequitur Cordub. in d. l. si quis à liberis. §. Idem iudex. num. 10. & per plures seq.
9 vbi latè disputat † articulum, an si filius dolo malo portionẽ suam perdiderit, adhuc pater teneatur illũ alere, quod Bald. negat in Auth. Contra rogatus, num. 100. C. ad Trebel. & hoc ipsum extẽdit idem Cordub. in d. l. si quis à liberis. §. Idem re-
10 scripsit nu. 100. ad fratrem, † vt fratrem alere teneatur, quamuis bona sua dilapidasset animi fortè leuitate, & prodigalitate quadam, dum tamen absit dolus malus, statutum igitur quàmuis iura suitatis tollere possit, non tamen iura filiationis, ex quibus descendit alendi necessitas, ita vt quàmuis filia à patre
11 dotata excludatur † ab eius hæreditate, non tamen exclusa intelligitur à iure consequendi supplementum alimentorum, si fructus dotis ad ea non sufficiant, supposita eius extrema inopia, vndecunq; illa proueniat, siue ex paruitate dotis, quæ ta-

metsi congrua fuit,non tamen sufficiebat ad aliméta,siue quacunq; alia ratione,& siue dos extet, siue sit consumpta, statim insurgit obligatio cótra patrem diuitem ad præstationem ali
12 mentorum, † quæ certè transfertur etiam ad fratres,patris hæredes, & possessores bonorum paternorum, nec valet conse-
13 quentia; quia legitima succedit loco alimentorum, † & sicut filia excluditur à petitione supplementi legitimæ, ita etiam excludi debeat à petitione alimentorum; nec enim pars est ratio legitimæ,& alimentorum, vt liceat de vno ad aliud inferre,nisi ex manifesta similitudine,vt per eundem Cordub. d.§. Idem iudex,num.21.& per plur.seq.& si dos succedit loco alimentorum,certè cum ius alimentorum per statutum tolli non possit,sequitur quòd filia,cui non prohibetur agere ad supplementum dotis,quæ sibi alendæ sufficiat,si minus legitima consequuta fuerit,vt per Socin.d.cons.100.ex Bald.Nouello tractat. de dote. part.6. priuileg. 7. vers. Et ex prædictis potest concludi,aut verius ad præstationem alimentorum,si dos alio respectu cógrua fuerit,ex quibus elicitur alia responsio; nam aut mulier hæc congruè dotata fuit à patre,quo casu excluditur à beneficio quartæ ex deductis in primo fundamento, aut incongruę, & agere potest ad supplementum congruæ dotis, contra fratres patris hæredes; ex traditis per Cordub. dict.§. Idem rescripsit. num. 92. vt alios prætermittamus, si enim
14 †frater diues ex propria persona tenetur sorori doté congruá constituere,multò magis ex persona patris, cuius sit hæres,ad tradita per Cordub.d.§.si mater.nu.32.post Cynum in l. alimenta.C.de negot.gest.nam & pater ad supplementum congruæ dotis conueniri potest, si dotem nimis incongruam filiæ constituit,ita vt ex illa constitutione sit enormiter lęsa,ad latè traditam per Menoch.d.cons.149. num.5. lib.2. de arbitr. iudic.& in cós.251.vbi vltra Castr.Curt.Sen.Iaso.Dec.Curt.
15 iun.Boer.Grammat.& alios infinitos recenset, † & si quidem congruitas dotis ex eo metienda esset, quod sufficeret ad alimenta, cuius contrarium antea verius esse diximus, profectò filia contra patrem, & sic contra fratres patris hæredes experiri

riri poſſet ad augendam ſibi dotem,in tantum vt ad alimenta ſibi ſufficere poſſet,ex traditis per Socin.d.cóſ.100. per Bald. Nouel.d.priuileg.17;nec enim ratio patitur,vt dotis congrui tatem ex eo metiamur ad præiudicium hæredum mariti,quatenus alendę vxori ſufficere poſſit,& eandem contrahamus ad terminos magis anguſtos reſpectu patris, nempè, vt etiam ſi non ſufficiat alendæ filiæ, alio tamen reſpectu congrua eſt, ex circonſtantijs, de quibus in l.ſi filiæ.ff.de leg.3.incongrua dici non poſſit, cum pater magis filiam alere teneatur,quam hære des mariti vxorem.

Deniq; dato, quòd fratres ex perſona fratris, & tanquàm
16 eius hæredes non tenerentur vt fratres,tamen † & ex perſona propria vt conſanguinei cogi poſſent ad præſtanda alimenta ſorori,quàmuis à patre dotatæ, ſi dos eidem alendæ non ſufficeret,ex Bart.d.§.alimentis,argumento l.primæ.§.princ.ff. de tutel.& ration.diſtrahe.cum alijs concor.ſupra citatis,nec ali ter ſenſit Cordub.in d.§.ſi mater.num.33. in oppoſitum allegatus;nam vltra quod loquitur contra communem, vt patet ex numeratione doctor.quos recenſet in vtranq; partem,mouetur ea ratione, tum quia filia excluſa per ſtatutum, à ſucceſſione ſtantibus maſculis,ex eo,quod à patre dotata fuerit, excluſa etiam intelligitur ab alimentorum conſecutione, ſi dotis fructus ad illa non ſufficiant,quia non ſit egena, ita vt fratres ad eam alendam non teneantur tanquàm hæredes patris, cum patris hæres non niſi in ſubſidium teneatur alere filiam ad ſummam egeſtatem redactam, non videri autem ſumma egeſtate premi mulierem,quæ dotem habeat à patre conſtitutam,cuius fructus percipiat, nec ex propria perſona tanquàm fratres iure ſanguinis,cum ſoror non ſit egena,vtpotè quæ dotem habeat,& matrē præterea à qua ſit alenda, quaſi verò cōtrarium penitus ſentiat,ſuppoſita egeſtate ſororis,nec authoritas Bero.dicto cónſ.178.num.17.lib.2.quidquam vrget, nō enim proponit quæſtionem in terminis noſtris,cum ſcilicet ſoror à patre dotata laborat inopia,ſolùm inquit ſororem à patre dotatam interim alendam à fratre, donec eam in matri-

monio collocauerit,& dotẽ ſoluerit,at verò dote ſoluta onus alendi ad dotem ſpectare, ita vt ſi ab ipſo ſponte diuerterit, dotem ab eo recuperare poſſit,ex cuius fructibus alatur, non tamen excludit, quin eadem ſoror ad inopiam redacta à fratribus ſit alenda, quàmuis dotata fuerit à patre.

Quo verò ad ſecũdum obiectum Domini dicebant dictum
17 Abbat. † valdè periculoſum eſſe, nullaq; lege, aut ſolida ra-
18 tione muniri,† cum mendicare dicatur, qui publicè, & hoſtiatim victum ſibi quæritat,nullo habito delectu perſonarũ, ſed prout in quemcunq; inciderit eandem indifferenter interpellando, cap. nolo 12.quæſt.1.& mendicus appellatur, cui mediante publico quæſtu dietim tribuit victum incerta mendicitas,cap.1.§.cõfirmatur de religioſ.dom. in 6.l.1.C. de mend. valid. lib. 11. ita vt à quolibet etiam in plateis eleemoſinam petere non erubeſcat,qualem deſcribere viſus eſt D. Hieronymus Epiſtola ad Ruſticum Epiſcopum Narbon. quam legimus in cap. Diaconi, il 2. 93.diſtinct.in illis verbis mendicat infelix in plateis, & publicam à quolibet poſcit eleemoſinã, vt certè ex hoc numero haberi non poſſit, qui non ſupplet incertum quæſtus ab aliena miſericordia pendens humilis, & abiectus,ſed erecto animo ius ſuum à iudice proſequitur, etiã inuitum, & reluctantem cogit ad alimenta ſibi præſtanda,qué obligatum habet vel iure actionis, vel officio iudicis nobili, quod certè ſtat loco actionis cap.fin.extra de officio iudic.& largè præſupponit obligationem,l.quintus.ff.de ann. legat.l. hæreditas.ff.de petit.hæred.Bart. in tract. minori. lib. 2. diſt.
19 7.num.38.& quàmuis humiliter imploretur, † nõ tamen ideò minus iudex cogetur illud impartiri roganti, vt indicant verba tex.in d.l.ſi quis à liberis,ibi & eum ex æquitate hæres dignoſcat, charitatemq; ſanguinis ſingulorũ deſideria iudicem perpendere oportet, quod verbum oportet neceſſitatem importat, ad Bald.in l.cum oportet, in principio. C. de boniſq; liber.l.1.in princ.ff.de iuſtit.& iure. Nec in eum ſenſum dicitur miſericorditer implorandum, quaſi verò beneficiũ conferat iudex illud impartiẽdo, cum magis iniuriam inferat denegando,

negando,l.1.§.penul.ff.de aqua.quot.& æsti.ita vt à denegante liceat appellare, vt per Bart. d.l. 1.num. 11.ff. de iurisd. omn.iudic.sed quasi miseratione dignus sit,qui illud impetrare intendit.

20 Præterea in casu † Abbat.specialis quædam ratio,& æquitas militabat, cur non diceretur extra casum necessitatis, mulier quę bona exigui redditus possidebat,tametsi nepotem haberet à quo ali posset,tum quia agebatur de substinendo actu fauoribili donatione,scilicet mulieris ad notata in l.si quis argentum.C.de donat.nec ea quidem simplici,sed remuneratoria,cui leges maximè fauẽt, cum ex aduerso valdè esset odio-
21 sum † liberis hominibus adimere facultatem liberè disponendi de rebus suis, ita vt meritò largior quædam interpretatio sumenda esset ipsius vocis necessitas,cum donatio non aliter sustineri posset, quàm si facta diceretur in casu necessitatis, tũ quia fauorabilior esset causa illius, in quem donatio collata fuisset,quæ bona mulieris possidebat titulo, maxima ex parte oneroso,cum subijsset onus alendæ mulieris, quam nepotis, qui merè lucratiuum titulum prętendebat,in casu autem proposito stricta interpretatio facienda, ita suadente ratione subiectæ materiæ,odiosa cum sit,& rigorosa,Cephal.cons.671. num.34.vt quominus fieri possit per eam à regulis iuris rece-
22 damus,& tertio præiudicium inferatur, ita † vt inops, & mendicus is tantum censeri debeat,vt ad quartam aspirare possit, quæ non nisi miserationis gratia indulgetur coniugi superstiti inopia laboranti, cui desint omninò necessaria ad victum, iuxta notata per Archid.in cap.quo iure 8.distinct.Castr.in l. id quod pauperibus.C.de Episcop. & cleric. Rip. in l. si constante.nu.26.ff.sol.mat.& quæ sit omni alio auxilio destituta, ita vt mendicare cogatur,nisi ei succursum sit beneficio quartæ,vt per Corn.d.cons.4.ad finem,cum alijs supra citatis. At verò quis dixerit illi deesse necessaria ad victum, aut omninò alio auxilio destitutam,quæ alium ad se alendum cogere possit,hanc enim coactionem non semel considerat Iurisconsultus, d.l. si quis à liberis, modo coactionis, modo compulsio-

 nis

nis verbo vtens, vt certè mendicare non dicatur qui inuitum trahit ad iudicium, & reluctantem officio iudicis compellit ad alimenta sibi præstanda.

Huius argumenti vim Domini augeri dicebant, ponderando quòd Imperator non simpliciter requirit inopiã in superstite coniuge, vt ei quarta debeatur, nec quacunq; paupertate cõtentus est, sed nouissimã exigit. d. §. Quoniam verò, Auth. de exhib. reis, ꝙ perinde est, ac si dixisset † vltima, & extrema.
23 arg. l. eũ q nouissimus. ff. ad Trebel. l. potest. ff. de vulg. & pupil. Bart. in l. qui duos ff. de reb. dub. sed verba hæc nõ conueniunt mulieri fratres diuites habẽti à quibus alatur, ergo nec dispositio cõuenire potest. vulgata. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. Assumptũ probatur ex authoritate Bart. in d. l. si quis à liberis
24 §. Idẽ rescripsit. nu. 2. ff. de liber. agnoscẽd. cũ enim † hæres filij patrẽ inopẽ alere teneatur, & ita bona filij ab extremo hęrede possessa huic oneri sint obnoxia in subsidium, vt per Mathesil. notab. 147. vbi addentes ad eum plures etiã alios citant, tunc demum habere locũ, cum pater summa egestate laborat, d. §. Idem rescriptum, Quærit Bart. quid si pater, matrem, aut fratrem diuitem habeat, aut alios à quibus sit alendus; Vtrum ab hęredibus filij alimenta consequi possit, & concludit quod nõ, quia non dicitur in statu summæ egestatis constitutus, qui fratrem diuitem habet à quo alatur; hæc enim est summa egesta-
25 tis regula, & mensura, † quod nec sibi ipsi quis superesse possit, nec vllũ habeat à quo sit alendus, quasi verò hac egestate maior excogitari nõ possit, vt meritò sũma dicatur, Cordub. d. §. si mater. nu. 43. vbi id ipsum confirmat authoritate Lambert. de iure patron. libr. 5. quæst. 3. Paul. de Corradi. de iure patro. quæst. 2. articul. 4. Idem Cordub. d. §. Idem rescriptum. num. 6. ex qua doctrina Bart. desumit non modo interpretationem horum terminorum, quis in summa egestate constitutus esse dicatur, sed etiam argumentum pro decisione propositæ quæstionis, si enim bona patris, qui iure naturæ filium alere tenetur, d. l. 1. §. ius naturale ff. de iustit. & iure, non tamen sunt obnoxia, siue oneri alendi filij patre defuncto, cum ab extraneo,

traneo, hærede poſſidentur, niſi demum filius, nec matrem, nec fratrem diuitẽ habeat, à quo alatur, quod enim † dicimus de hærede filij reſpectu patris, extenditur etiam ad hæredem patris reſpectu filij, ex Socin. iunio. conſ. 134. nu. 33. lib. 1. Cordub. d. §. Item reſcriptum, nu. 6. & ſi † bona filij pariter ab hoc onere ſunt immunia alendi ſcilicet patris, cum pater, fratrem diuitem habet, quamuis filius patrem alere teneretur, ſi non iure poſitiuo, ſaltem ratione naturali, vt per eũdem Cordub. in repetit. d. l. in princ. num. 6. & habetur in §. parens, ſequitur à maiore ad minus, vt neque bona mariti, qui iure tantum poſitiuo vxorem alere tenetur certis quibuſdam caſibus, eidem ſuperſtiti alendæ ſint obnoxia, quantaq; debeatur, quæ nõ niſi in defectum alimentorum indulta fuit, ſcilicet ei, quæ ſit in eo ſtatu miſeriæ redacta, vt nec patrem diuitem habeat, nec vllũ alium à quo neceſſariò ſit alenda.

Cui fundamento non obſtat, quòd termini quæſtionis propoſitæ per Bart. ſint omnino diuerſi à caſu noſtro, & ipſe quęrat ad quem ſpectat onus alendi patrem egenum, filio prædefuncto, vtrum ad extraneos hæredes filij, an potius ad fratres patris ſuperſtites, ita vt ab vtraque parte agatur de alimentis præſtandis: hic vero non agitur de alimentis præſtandis vxori ſuperſtiti, à quo ſcilicet potiùs ſit alenda, vtrum ab eiuſdem fratre diuite, an potius ab hæredibus mariti, ſed an mulieri inopi mortuo marito, eo minus ſit quæſitum ius ad ſucceſſionem quartæ, quia fratrem diuitem habet, à quo alatur, ita vt ab vno latere tractetur de quarta debenda, pro qua prodita eſt act. ab alio de alimentis præſtandis, vt excludatur à quarta, pro quibus cõpetit officium iudicis actione longè debilius, & minus efficax; idcirco non rectè inferri ab vno caſu ad aliũ, uis enim argumentationis in eo potiſſimum conſiſtit, vt intelligamus quis extrema inopia laborare dicatur ad effectum conſequendi, aut alimenta in bonis filij prædefuncti aduerſus
28 eius hæredes, † aut quartam in bonis mariti defuncti, quæ non debetur niſi in defectum alimẽtorum, hoc eſt non habenti vnde, aut à quibus alatur, ita vt nulla ſit diuerſitas in terminis, ſi

quis

quis diligenter intuetur, cum vtroq; casu agatur ad quem potius spectet occurrere mendicitati patris, aut coniugis superstitis, ibi vtrũ ad hæredes filij prædefuncti, vel potius ad fratres diuites superstites, præstatio alimentorum, hic verò ad fratres diuites sororis, an potius ad hæredes mariti præmortui beneficio quartæ subrogatæ in loco alimentorum, & vtroque casu
29 eadem regula constituitur, † quod non extraneus hæres filij teneatur alere patrem eiusdem, quamuis alioqui egenum, nisi redactus fuerit ad summam egestatem, nec quarta debeatur ad præiudicium hæredum coniugis prædefuncti, præterquàm superstiti, & inopia laboranti, & eadem declaratio vtriq; casui communiter affertur in eisdem terminis, vt extrema inopia, aut summa egestate primi dicatur, quæ hominem non habeat, à quo necessariò sit alendus. Nec ad rem facit, quod in quæstione proposita per Bart. vtroque casu officio iudicis teneatur ad alimenta, tàm hæres filij extraneus, quàm fratres patris egeni, in casu autem proposito fratrem teneri ad alendam sororem iudicis officio, quartam autem deberi in bonis mariti prædefuncti iure actionis, & sic dispari iure, quia tametsi quarta, & alimenta debeantur iure diuerso, tamen vtrunq; debetur ex necessitate legis, modi autem agendi se habent tanquàm excedentia, & excessa, vt plus sit in vno, quàm in alio,
30 vno respectu, minus autem alio respectu, citius autem † consequitur à fratre alimenta soror, quàm ab hæredibus mariti quartam, argumento notatorum per glos. in l. prætor ait. ff. de edend. in rubric. ff. de inter. action. eo quòd huiusmodi causa alimentorum, quæ iudicis officio petuntur, summaria sit, & celeritatem desiderat, nec morã facilè admittit, l. Mela in princ. ff. de alime. & cibar. legat. vt per Mant. in repetitione Auth. Præterea, in additione, num. 15. ex quo fit etiam, vt appellatio interposita à decreto præstationis alimentorum huiusmodi regulariter careat affectu suspẽsiuo, quia celeritatem executionis desiderat, l. fin. ff. de appell. recip. vbi Bart. & Couaru. vltra alios congestos per Cordub. d. l. si quis à liberis. §. si vel parens, num. 26. & plurib. sequent. Appellatio autem inierposita à

ta à sententia condemnatoria ad præstationem quartæ habet vtrunque effectum; Præterea alimentorum prosecutio descē-
31 dit † ex potentissimo iure,& ordinario, summa æquitate, & sanguinis charitate d. l. si quis à liberis §. Vtrum, §. parens. Quartæ verò petitio ex iure merè positiuo,& exorbitāti,Pręterea satis est adesse similitudinem in eo, de quo agitur,nec si tāta similitudo requiritur, vt vnus casus ab altero,minimè dignosci possit, vt per Cordub.d.l. si quis à liber.§.Idem iudex. nu.30.similitudo autem quo ad id, de quo agimus, in eo consistit, vt nec patri alimenta, nec vxori quarta subrogata loco alimentorum debeatur, præterquàm si fuerint in extrema inopia constituti, in hoc autem statu eosdem non reperiri si habeant à quibus alantur. Denique cum Imperator in d.§.quoniam verò, in vers. nam si aliunde, hoc solùm spectet, an mulier aliundè capere possit,vnde se in vita sustineat,ad effectum vt ei quarta debeatur, vel denegetur, siue id capere possit officio iudicis, vel iure actionis, semper verum erit dicere eam
32 aliunde capere posse, non est † autem curandum de modo,dūmodo habeamus effectum.l.Galus.§.quid si tātum ff. de liber.
33 & posth.l.si mater.C.de instit. & substit. Tertio † illa ratio potissima visa fuit, quòd remedium Auth. Præterea,subrogatum fuit in locum deficiētium alimentorū,adeò quòd quarta debeatur coniugi superstiti ad talem paupertatem redactę, vt ei sit famæ pereundum, aut certè mendicandum,nisi eidem succurratur beneficio quartæ, ex quo sequitur vt hoc beneficium sit denegandum habenti vnde se alat, vndecunq; suppetantur alimenta. Assumptum probatur, nam in confesso est apud omnes quartam deberi ratione nouissimæ inopiæ, ad eā scilicet subleuandum,& occurrendum necessitatibus coniugis superstitis, ita vt hęc ratio tanquàm vnica,& expressa ab Imperatore, finalis sit dicēda,ad tradita per Tiraquel. in tractat. Cessante causa. limitat.1.num.8.& quòd finalis sit,nemo ferè est qui dissentiat;sic enim existimauit Bald.d.Auth.Præterea, Salicet. ibidem num.2.Castr. num.5. Alex. num.4. Riminal. cons.114.num.7. Floria. de Sancto Petro. d.cons.21. nu. 21.

Cordub.

Cordub.d.l. si quis à liberis in princ. num.78. & de communi testatur Cephal.cons.244.num.11.Roland.d.cons. 4. nu. 26 cons.15.num.4.5.Decia.d.cons.70.ad finem num.10.Mantua d.Auth. Præterea, num.45. Purpurat. cons.330.num.7.& de communi testatur.Cephal.d.cons.244.nu.11.Roland.d.cons.
34 14.num. 26.& 45. † vt verò quoties lex aliquid indulget alicui ratione paupertatis,& inopiæ id dicitur factum intuitu alimentorum,Bart.in l.cum hi.§.si in annuos per illum tex. ff. de transact.& in l.Stycum.§.1.ff. de verb.obl.Socin.d.cons.121. num.28.Dec.in Auth.Prçterea, num.5.Decian.d.cons.70.nu. 12. confirmatur, ponderando quòd quarta non debetur simpliciter inopia laboranti, sed & laboranti, vt alias mendicare cogatur, nisi ei succurratur beneficio quartæ ex receptissima omnium sententia, per consequens igitur intuitu alimentorum, cum ipsa mendicitas victus necessitatem,& defectum alimentorum necessariò prçsupponat,vt iuribus antea citatis, huc etiã confert,prout subtiliter perpendit Collegiũ Patauinũ,modus loquẽdi,quo vtitur Imperator in d.§.Quoniã verò,
35 in illis verbis,sed in nouissima† viuẽtis inopia;nã illud participiũ viuentis,respicit alimenta, quibus vita traducitur, vt per Goffred.in summa sua de vita,& honest.cleric.Et hãc opinionẽ,ꝙ in materia Auth.Præterea, ratio alimẽtorum habeatur, ita vt ex eorũ defectu sumatur certa regula quartæ debendæ, tenuit in primis Dec.d.Auth.Præterea nu.5.Et ibidem Corn. qui clarius id etiã explicat in d.cons.4.Riminal. d. cons.114. Decia.d.respon.70. Andr. Vail. pract. obser.lib.2.obser. 88. nu.9.vers. Sic vxor,in secũda addit.Cephal.cons.244. vbi de cõmuni testatur sub nu. 16. quod cõsilium in hoc ipso puncto approbauit Rota Romana in sæpè allegata decisio. pulchrè
36 Pontan.de aliment.tit.15.vbi etiam inquit, quòd † çum olim vidua pauper, & indotata alimenta ab hæredibus iure petere posset iuxta notata per scribentes in l.diuortio.ff.solut.matr. Cyn.Bal.in l.fin.C.de bon.mater. Castr.cons.147.num.2.lib. 2. hodie in locũ petitionis alimentorũ successit petitio quartæ, vt certe subrogata videatur loco deficientium alimento-

rum,

rum,& eiuſdem opinionis videtur etiam Bald.paruitatem do tis ex eo metiens,quòd non ſufficiat ad alimenta vxoris.

37 Hoc ſuppoſito pro conſtanti,infertur † ceſſare beneficium quartæ,vndecunque viduæ alimenta ſuppetant, & per conſequens non eſſe locum huic ſucceſſioni in caſu noſtro, cū actrix fratres diuites habeat, à quibus alatur,conſequentia probatur primùm ex verbis tex.in d.§. Quoniam verò,vbi ſecundū meliorem,& veram verſionem habetur, alioqui ſi fortè aliunde illi ſuppetat,non fuerit iuſtum,& quæ ſequuntur,& paulò ante nihil habentes;ſed in nouiſſima viuentes inopia,quibus verbis nihil apertius dicere potuiſſet Imperator ad ſignificādum ceſſare beneficium illius conſtitutionis, ceſſante alimentorum neceſſitate,eo quòd ſuperſtes coniux habeat vndè, aut à quibus alatur,quis enim neget aliunde ſuppetere viduæ,quæ aliquem obligatum habeat ad alimenta ſibi præſtanda, aut quis dixerit eam nihil habere,quæ in facultate ſua poſitum habet,vt ab

38 hoc,vel ab alio alatur;alioqui ſi locutio illa† vniuerſalis negatiua,nihil habere valentes, non verificaretur etiam in præſtatione alimentorum,ita vt dici non poſſit eā nihil habere,quæ tuta ſit de alimentis ab aliquo conſequendis ad excluſionem quartæ,redderetur in totum falſa, vulga. l. ſi is qui ducenta.§.

39 Vtrum.ff.de reb.dubijs. præſertim verò,cum tex.vtatur † verbo potius potentiam, quàm actum ſignificanti, nec enim dixit nihil habentes, ſed nihil habere valentes, ita vt ad excludendum à quarta ſufficiat mulierem habere poſſe,vnde victus neceſſitati ſuccurratur, quod potiſſimum verificaretur in alimentorum præſtatione faciēda antequàm decreta fuerint,quę enim in eo ſtatu eſt, vt omnino decernenda ſint vel iure actionis,vel officio iudicis, verè non dicitur habere, ſed tamen habere poſſe neceſſaria ad victū, hinc Nat.dicebat d. conſ. 648. de hac ipſa alimentorum præſtatione loquens, quòd cui alia remedia ad victū ſuppetunt, huic non licet illa prætermittere,vt fruatur beneficio quartę ad præiudicium hæredū mariti.

Secundo probatur conſequentia illa ratione, quòd cū quarta

40 ta ſubrogata fuerit loco alimentorum deficientium, † quibus

caſibus

casibus alimentorum petitio cessat, ijs etiam quartæ beneficiũ
41 cessare debet, quia † subrogatum sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur, l. si etiam, §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. sed vidua pauper, & indotata, quæ alias alenda fuisset de bonis viri, ex traditis in d. l. diuortio, hoc tamen remedio destituta esset, si alimenta aliunde habere posset, Bald. d. l. fin. C. de bon. mat. ergo, & quartæ beneficium denegabitur viduæ, cui aliunde suppetunt alimenta, ita Roma. d. l. diuortio in princ. num. 15. vers. sed hodie. Ponta. in tract. de aliment. tit. de alimentis viduæ, sic etiam maritus vxorem infirmam, & indotatam tunc demum alere, & curare tenetur, quando nec habet ex quibus alatur, nec vllus sibi superest, quem ad hoc cogere possit, veluti pater, mater, frater, aut alius. Bart. Angel. Salicet. l. quod in vxorem. C. de nego. gest. Roma. d. cons. 502. num. 7. Alex. l. si cum dotem. §. sin autem ex semisse. ff. solut. matr. mul
42 tò magis igitur hæredes mariti non tenebuntur † ad quartam cum vidua aliquem habet, à quo sit alenda; nam si constante adhuc matrimonio viri non per fictionem iuris vigente maritali affectu, & vinculo illo tàm arcto, quod eos coniungit, vt vna, eademq; caro censeantur, Gen. 2. id tamen receptum est, vt bona mariti non sint obnoxia alendæ vxori pauperi, & indotatæ etiam ægrotãti, quod & miserabiliorem ipsam efficit, si fratrem, aut patrem habet à quibus alatur, marito minus eodem vita functo, soluto iam matrimonio, & cessante maritali affectu huic oneri erunt obnoxia in tàm graue præiudiciũ hæredum, vt etiam proprietate carere cogantur si aliunde ei suppetant alimenta, vel aliquis eam alere teneatur, vt certè dice-
43 re liceat, si † in viridi ligno hæc fiunt, in sicco quid fiet? sensit fortè vim istius argumenti Speculat. in tit. qui filij sint legit. §. 1. num. 40. vers. quid si mulier, & Bart. in l. quod in vxorem. C. de neg. gest. dum ille ex eo argumẽtatur maritum inopem ab vxore diuite alendum, quo ad eidem mortuo succedat, d. Auth. Præterea, quasi maiori ratione debeantur alimenta ma-
44 rito in bonis vxoris ipsa viuente, quàm ipsa defuncta, hic † verò probat maritum non teneri impendere in vxorem indotatam

tam pauperem,& ægrotam, si habeat vnde, aut à quibus alatur, argumento tex.in Auth. Pręterea,& etiam in corpore vnde sumitur, quasi verò sentiat non succedere vxorem,tametsi alio respectu pauperem marito diuiti in quarta bonorum, cũ habet aliquem siue patrem, siue fratrem, siue quemcunq; aliũ
45 à quo necessariò sit alenda, cum † probationes ex notioribus, magisq; certis fieri soleant, eo quòd ignotum per ignotius nõ probetur, satis superq; significasse videtur, si pro expedito haberet,quòd viduæ habenti à quo alatur, quartæ successio denegetur,& quòd ita decisum fuerit per tex. in Auth. Præterea, vel magis in corpore vnde sumitur, vbi Imperator requirit extremam inopiam coniugis superstitis aspirantis ad quartam, posteaquàm hunc tex. induxit ad probandum,quòd nec maritus eius vxorem ægrotam curare tenetur, nisi in subsidium, alio non existente,qui ad id teneatur, quasi verò rem minimè certam,& cuius probatio ex notioribus petenda sit.
46 Hæc eadem consequentia probatur multis similibus, † videmus enim denegari quartam vxori superstiti,quamuis pauperi, cum operando victum sibi quærere potest, & mendicitatem effugere, ex receptissima sententia, de qua testatur etiam Ioseph. Ludo. 3. tomo commun. opinio. sub. tit. soluto matrim. conclusione 1. Pontan. de aliment. iud. tit. 10. num.8. & procedit sine dubio saltem,cum mulier congruam suæ conditionis dotem habuerit, cuius tamen fructus, vbi non sufficiunt ad ipsam alendam, iunctis etiam operis sufficiant, quod non alia ratione contingit, nisi quia habet vnde se alat quacumque ratione illud habeat, quarta denegatur,quæ conceditnr in defectum alimentorum, quod si operæ,quibus mulier non sine sudore, & dolore, victum sibi quærere potest,quarum videtur fragile subsidium, cum ex causa ægritudinis facilè intercidere possint, excludit eam à quarta, quantò magis alimenta sine vllo ipsius labore, aut incom-
47 modo percipienda? sic † videmus mulierem,cui debetur quarta in bonis primi mariti excludi ab eius consecutione in bonis secundi,ex Socin. d.cons.121.num.30. vsque ad num. 37.

Gozad.

Gozad.d.Auth.Preterea col.penul.num.101.Pep.ibidem plura cumulante à num.104.vſque ad num.110.Dec. d.conſ.24 num.2.ad finem numeri, & rationem afferunt, quia cum eam conſequi poſſit in bonis primi mariti,non poteſt dici alimentis indigere, in quorum defectum quarta defertur, qui enim poteſt facere,vt nõ egeat alimentis,ſi non faciat, perinde eſt, ac ſi non indigeret. l. qui poteſt, iuncta gloſ. ff. de reg. iur.&
48 † quòd prodeſſe non debeat affectata paupertas,ſicuti nec affectata ignorantia excuſat,l.3.§.ſi ſic.ff. de in rem verſ. Caſtr. conſ. 295.col.1. verſ. ignorantia enim 1.parte,pariter videmus legatum alimentorum filiæ relictum à patre,eandem excludere à quarta,Nat.conſ.648.nu.13.15.Cephal.d.cóſ.671.
49 num.20.ita † vt quemadmodum alimenta præſtanda à fratre ſorori viduæ ex diſpoſitione teſtatoris, quartæ ſucceſſionem impediat,ſic etiam impedire debent ab eodem fratre præſtanda ex diſpoſitione legis; nec enim minus alimenta ſunt, quæ ex legis neceſſitate, & ſanguinis charitate deſcendunt, quàm quæ debentur ex voluntate patris teſtatoris, cuius diſpoſitio ob eã cauſam vrget,quia vim legis habet.§.diſponat,in Auth. de nupt. ex quibus omnibus,alijſq; ſimilibus inferri poteſt ad caſum noſtrum, quòd cum actrix fratres diuites habeat, qui eam alere teneantur,meritò excludenda ſit à beneficio quartæ, quæ non niſi in defectum alimentorum præſtari debet.

Huic tamen argumento multa obijciuntur, quorum aliqua tendunt ad aſſumptum, aliqua ad conſequentiam impugnandam; aſſumptum erat quartam deberi in ſubſidium deficientium alimentorum; conſequentia, ceſſare eiuſdem beneficii quoties aliundè mulieri ſuppetant alimenta. Nam quo ad primum attinet,videretur dicendum,nõ deberi quartam ſimpliciter ratione inopiæ, & ſic intuitu alimentorum, ſed magis ex affectu maritali, qui inde præſumitur, quòd maritus vxorem duxerit ſine dote,aut certè tàm exigua,vt nec dotis nomine cenſenda ſit,& quæ non excludat præſumptionem puri illius affectus,vt per Cephal.conſ.671.num.19.nam & cauſam finalem doctores eſſe dixerunt, ne vxor mendicare cogatur in

in opprobrium bene trāſacti matrimonij, vt Salicet. d. Auth. Præterea, num. 2. Iaſo. ibidem num. 9. & alij pleriq;, ita vt ipſa etiam inopia, & mendicitas, quæ pro cauſa finali communiter à ſcribentibus affertur, non videatur habenda in conſideratione, quatenus reſpicit perſonam vxoris inopia laborantis, ſed quatenus cedit dedecori viri defuncti, & in ipſum reflectitur, id quod verò multum interſit matrimonium paupertate, & mendicitate ſuperſtitis coniugis non ſordeſcere, nec deturpari in ipſius defuncti iniuriam, arg. eorum, quæ habentur in §. licet autem, Inſtit. quib. ex cauſ. man. non licet: ſic enim opprobriū iſtud perpēdit Floria. de S. Petro d. conſ. 21. nu. 29.

Secundo cum Imperator ita demum excludat mulierem à beneficio quartæ, ſi habeat propriam ſubſtantiam, d. §. quoniam verò, verſ. ſi verò quaſdam res proprias, & verſ. nam ſi aliundè forſan habeāt, quibus in locis requiritur, quòd
50 aut dotem habeat, † quæ dicitur proprium mulieris patrimonium, l. 3. §. ſed vtrum ff. de minor. aut alia bona parafrenalia: & videtur ibidem de intētione gloſ. in verbo forſan, dum explicat, quid ſit aliundè habere, inquit ſcilicet propriā ſubſtantiam, certè videtur ſufficere hæredibus ad excludendam eam à ſucceſſione, præſertim quia ei competit actio, vel officium iudicis pro conſequendis alimentis à fratre, aut ab alio, ita Gozad. d. Auth. Præterea, num. 82. limitans, quòd dicitur de alimentis ab alio conſequendis reſpectu patris tantùm, ſecus reſpectu aliorum, confert, quod tradidit Bald. conſ. 30. lib. 2. vbi declarat, quòd tunc demùm, quis habere dicitur vnde ſe
51 alat, ſi † ex redditibus ali poteſt; nec enim proprietatem vendere tenetur; & in terminis Auth. Præterea, Crauet. d. conſil. 199. num. 6. & 11. inquit ad excludendam mulierem à quarta non eſſe habendam rationem operarum, quàmuis ex eis viuere poſſit, ſed vtrum habeat propriam ſubſtantiam, ex cuius redditibus alatur.

52 Tertio ſi † quarta deberetur ratione alimentorum, oporteret eam eſſe commenſuratam alimentis, ita vt eatenus deberetur, quatenus victus neceſſitas poſtularet; & tamen conſtat

quartam interdum tantùm esse, vt centum auri libras exequare possit, quàmuis non transcendere. d. §. Quia verò, in Auth. vt liceat mat. & au. & per consequens longè excedere mendicandi necessitatem, & alimentorum rationem, vt certè non sit verisimile, si alimentorum ratio habita esset in decernenda quarta, quòd in tanta quantitate taxasset, ita Fab. Pepius d. Auth. Præterea. nu. 16. interdum verò quarta tàm tenuis esse posset, vt nec ad alimenta sufficeret, si fortè plures extent filij cum vxore superstite, quorum vnusquisq; virilem portionem accipiat, vt in d. §. quia verò.

53 Vltimo si quarta deberetur intuitu alimentorum, sicut † alimenta morte finiuntur, ita etiam quartæ beneficium, cum vita coniugis superstitis finiri deberet; & tamen constat longè vltra vitam durare, cum in proprietate debeatur, de qua mulier suo arbitrio disponere potest, præterquàm si fortè marito supersint communes filij, quo casu simplicem vsumfructum habet, qui cum vita finitur, & si ex alimentorum necessitate penderet, prouisio quartæ, certè eatenus durare deberet, quatenus duraret dicta necessitas. cap. quod pro necessitate. 1. q. 1. ita Cephal. d. cons. 671. nu. 30. cum seq. quasi oblitus eorum, quę dixit cons. 244. præsertim num. 26.

Aduersus autem consequentiam, quæ ex hoc supposito deducebatur, duo potissimum afferuntur; primo, quòd † vidua
54 quàmuis habeat communes filios ex marito præmortuo, non ideò tamen minus succedat in quartam, licet à prædictis filijs sit alenda, d. l. si quis à liberis. §. vtrum autem, quam rationem ponderauit Iaso. d. Auth. Præterea, nu. 9. dicens prouisionem illius legis non esse factam, consideratione alimentorum, Riminal. ibidem. num. 2. ad finem numeri, Gozad. num. 80. vnde si non valet consequentia mulier habet filios à quibus alatur, ergo repellitur à beneficio quartæ, multò minus valere potest in proposito nostro, eo quòd habet fratres diuites, cum filij parentes ratione naturali, & quodam veluti instinctu naturæ, qui nos impellit, vt benefacienti benefaciamus, alere teneantur, Cordub. d. l. si quis à liberis, in princ. num. 6. & latius in §.

parens, à num. 14. vsque ad 19. frater autem non vi, aut instin ctu naturæ, nec ratione naturali, sed vi, & præcepto legis ciuilis, & in §. Idem rescripsit, nu. 84. Est autem fortior obligatio naturalis obligatione ciuili. l. eas obligationes. ff. de capit. dimi. §. sed naturalia, Instit. de iure natur. gent. &c.

55 Secundo adducitur, quòd † nec etiam legatũ à marito vxori relictum eam à quarta excludit, nisi quatenus eadem exęquet, d. Auth. Præterea, & in corpore vnde sumitur, ita vt regula exclusionis non ex eo sumatur, quòd legatum à marito vxori relictum alendæ vxori non sufficiat, sed quòd sufficiat ad quartã, vt per Salicet. d. Auth. Præterea, nu. 11. Pep. ibidem num. 6. Gozad. num. 101. Dec. d. cons. 24.

Hæc tamen omnia re diligenter, ac maturè perpensa leuio visa sunt Dominis, quę vt fundamentum antea iactum labefa-

56 ctare possint. Nam quo † ad primum in ordine dicebatur verè causam finalem, & vnicam illius constitutionis fuisse inopiam superstitis; nec enim Imperator aliud pro fine sibi constituit, quàm vt extremæ paupertati coniugis superstitis, cui alias mendicandum esset, beneficio quartæ succurreret ex receptissima omnium sententia, de qua testatur Socin. cons. 121. num. 38. Cephal. cons. 244. num. 11. Roland. d. cons. 14. num. 26. & alij supra relati, & quàmuis Salicet. & alij quidam adiungant huic mendicitati opprobrium mariti defuncti, verè tamen hoc ipsum locum habet in quandam consequentiã, nõ autem principaliter, vt per Corn. d. cons. 4. num. 4. Bolog. in addition. ad Mathes. in tract. de success. ab intest. art. 4. nu. 9. at verò debet attendi, quod principaliter intentum fuit, nõ autem quod secundario venit per quandam consequentiam, l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. l. si quacunq;, in fine ff. ad l. acquil. Præterea verò cũ hoc dicitᷓ de opprobrio mariti prędefuncti nõ sit perpetuum, eo quòd etiam inuito, & prohibente marito, quarta interdũ debeatur, ex latè traditis per Cels. Vgo. d. cons. 4. quo casu nemo dixerit id in eius iniuriam resultare, quod vxor egestate laboret, quam ipse despexit in testamento, nec enim volenti fit iniuria, l. 1. §. vsq; adeò. ff. de iniur.

l. qui ante. §. Præterea. ff. de his, quæ in fraud. cred. Nec obstat, quòd anteà dixerim quartæ beneficiũ pauperibus tantùm sine dote ductis indultũ esse, quia puro affectu ductę, & in tutelam maritorum perpetuò receptę, per consequens deberi quartam non intuitu alimentorum, ac ratione paupertatis, sed puri illius affectus naturalis, quia affectus iste non aliter mulieri sine dote prodesse potest, quam si paupertate prematur: nec in eũ sensum intelligendum est, quartam ex affectu deberi, quasi verò affectus ex eo pręsumptus à principio, quòd maritus vxorẽ duxerit sine dote, perpetuò durare intelligatur, cum etiam quarta debeatur vxori sine causa expulsę, l. fin. C. de repud. quo casu affectus magis in odium conuersus esse videtur, sed quasi mulier semel in tutelam viri suscepta, seu quę puro affectu ducta, sub eiusdem tutela permanere debet, etiam cum affectus ille cessauerit.

Non obstat secundum, quia verò Imperator non illud requirit, vt mulier excludatur à quarta, quòd aliquid habeat in substantia, & rerum proprietate, sed quòd non indigeat necessarijs alimẽtis, tex. enim in d. §. Quoniam verò, secundum meliorem translationem, ita se habet, alioquin si fortè illi aliundè suppetant, quis autem negabit aliundè suppetere, cum habeat à quibus alatur? Rursus ibidem Imperator vtitur vniuersali negatiua coniungẽs hæc duo simul, nihil habere valentes, sed in extrema viuentis inopia, vt quasi vnum sit expositiuum alterius, nec possit dici nouissima inopia laborare, nisi qui nihil habet, aut è conuerso nihil habere posse, quin idem nouissima inopia conflictetur, hæc autem vniuersalis negatiua verificari non potest in eo, cui competat ius ad alimenta, vt anteà dicebamus, nisi fortè alimenta pro nihilo ducere velimus, & tamen habere potest, quod est in hac materia potissimum, scilicet alimenta, quibus satis, superq; mendicandi necessitas exclusa manet, prout nec dicere possumus, quòd extrema inopia laboret, cuius victui necessaria alter subministrare tenetur, & ei possit esse succursum aliter, quã beneficio quartę; Accedit etiam quòd cũ habere aliquid in rerũ proprie-

tate ad eum finem dirigatur, vt inde mulier alimenta necessaria percipere possit, dummodo hunc finem assequatur alimenta percipiendo, quàmuis ex aliena substantia, parum videatur de modo curandum, l. si mater. C. de instit. & subst. cap. 3. de verb. signif. l. 1. vbi Bart. ff. de in ius voca. alioqui nec excluderetur à quarta, cui vsusfructus legatus esset, quàmuis ex eo victum habere possit, eo quòd ex aliena substantia sibi pendendum esset, & quàmuis alimentorum vsu fortè careat tempore mortis viri, eo quòd actu alimenta non pręstantur à patre, aut ab alio, qui ad id de iure tenetur, sufficit tamen quòd ea alimenta habere possit, cum tex. non actum, sed potentiam consideret, ibi, nihil habere valentes; potentia autem actui propinqua, pro actu habetur, l. penult. vbi Bart. Bal. & cæteri. ff. de milit. test. Socin. cons. 70. col. 7. vers. quarto principaliter. lib. 4. idemq; iudicamus de potentia facilè reducibili ad actũ, quod de ipso actu, l. 3. §. si seruus, vbi Alex. ff. de acq. poss. Decia. resp. 8. num. 6. lib. 3. cum pręterea in bonis nostris habere dicamus quod actione, aut persecutione, hoc est officio iudicis consequi possumus, l. bonorũ appellatio. §. fin. ff. de verb. obl. vbi Alciat. dictum Iurisconsulti bonis nostris adnumerantis, si quid persecutione nobis debeatur, exponit, si debeatur officio iudicis, & alibi Iurisco. creditores appellat eos, quibus aliquid etiam persecutione debetur, hoc est iudicis officio; sic enim exponit idem Alciat. in l. creditores, verbo prosecutione. ff. eod.

Denique vbi sola substantia, ac rerum proprietas excluderet à quarta, sequeretur, quòd nec legatum alimentorum ab alio, quam à marito relictum, nec opere, quibus mulier victum sibi quęrere possit eã excluderet; cuius contrariũ vtroq; casu communi opinione est receptum, vt ante latius explicauimus, & vbi alimenta ab alijs debita non excluderetur, nulla ratio solida esset, cur excluderent debita à patre, cum ratio extremę inopię, atque mendicitatis ęque cesset, siue ab hoc, siue ab alio pręstentur; & par sit omnium ratio qui ad alendum aliquem tenetur de iure, in eo saltẽ, in quo tota vis con-

sistit, vt ad hoc ipsum legis pręcepto, & magistratus imperio compellatur. Nec mentio dotis stat exclusiuè respectu cæterorum, ita vt si mulieri aliundè suppetant alimenta, quia tamẽ non ex propria substantia, ad quartam nihilominus admittatur, cum verba magis generalia postea subijciantur, vt ponderant Fabia. & alij, & mentio dotis facta fuit, vt significaret Imperator se rationem habere velle illius tantùm paupertatis, quæ cum alia qualitate concurreret, quia mulier sine dote, aut certè cum incongrua dote ducta esset, prout etiam nec consilium Bald. in oppositum allegatum excludit eum casum, cum alimenta, aut iure actionis, aut officio iudicis debentur; solùm enim decidere intendit, nunquid habere dicatur vnde se alat, qui fundum habet, quem vendere cogatur, vt ex pecunia inde redacta alimenta percipiat; & respondit quòd non, sed demùm si ali possit ex fructibus ipsius fundi, non alia certè ratione, nisi quia facilè contingere possit, vt distracto fundo, & pecunia consumpta, alimenta ipsa breui intercidantur, quòd certè non accidet si àb aliquo debeantur, quem semper obligatũ fore necesse est, durante necessitate alimentarij.

Ad tertium respondet Dec. d. Auth. Præterea, quòd & si
57 † quarta non sit omninò commensurata alimentis, cum interdum ea excedere possit, interdum minor esse, quã vt ipsis sufficiat, non tamen ideò minus inducta dici debet in defectum alimentorum; alioqui si Imperator successionem mulieris alimẽtorum necessitati exęquare voluisset, oportebat ferre legem incertissimam, magis verò res arbitrio iudicis committenda fuisset; sic enim videmus dotem deseruire oneribus matrimonij, l. pro oneribus. C. de iure dot. quàmuis impar esse possit, & interdum maior, & interdum minor, quàm ipsorum ratio patiatur, sic & legitima, quæ in bonis paternis videtur esse debita filio pro alimentis, Bald. in l. fratres. C. de inoffic. testam. nõ ideo tamen minus dici debet ratione alimentorum, quia interdum maior, aut minor esse possit, quàm vt ipsis sit exęquata; cum statutum eam in totum tollere possit, si filius habeat vnde se alat, vt per Couar. in Epith. de sponsal. in 2. parte cap. 8. §. 6.

§.6. num.5. verſ. hac ſecunda, poſt Abbat. in cap. Raynutius num.12.de teſtam.tradit,& Roland. à Val. conſ.14. num.50. lib.2.ſubditq; Dec.mediam hanc viam ab Imperatore electã fuiſſe taxandi,ſcilicet quartam,vt non poſſit tranſcendere cẽtum libras auri,ſub conſideratione tamen alimentorum,ne minus graue præiuditium fortè filijs communibus inferreretur,ſi ad præſtanda alimenta coacti eſſent, quæ interdum maximam partẽ ſubſtantiæ exaurire potuiſſent, cũ Dec. conuenit Corn. d.conſ. 4. num. 7. dum conſiderat pro neceſſariò requiſito ad hoc, vt quarta vxori ſuperſtiti debeatur, quòd tempore mortis viri, eidem alimenta non ſuppetant, præterquàm mendicando, quidquid poſteà iam quarta delata, circa eius executionem contingat, quia fortè non ſit commenſurata alimẽtis, ita vt ad quartam aditus patere non poſſit, præterquàm deficientibus alimentis, quàmuis ex accidenti contingere poſſit, vt per eam pleniùs prouideatur, quàm ratio alimentorum poſtulare videatur.

Eadem reſponſione tollitur quartum obiectum, quia licet quarta debeatur non ratione ſimplicis victus, ſed pleniori iure,ita vt etiam proprietas mulieris ſit præcipua; non tamen ſequitur,quin fuerit inducta in ſubſidium deficientium alimẽtorum; tametſi hæc cum vita finiantur,beneficium verò quartæ etiam poſt mortem producatur; nam & legitima relicta filijs ratione alimentorum, vt egregiè põderat Cuma.l.in ſuis. ff.de lib. & poſth. purè tamen debetur, vt nec fideicommiſſo ſubijci poſſit, l.quoniã in prioribus.C.de inof.teſtam. tametſi alimenta finiri neceſſe ſit cum vita filiorum.

58 Obiectum verò de alimentis debitis † matri per filios, quæ tamen eam non excludunt à ſucceſſione quartæ, vt tantò minus ſororem excludere debeant alimenta à fratre præſtanda, Domini multifariam tolli dicebant; primo quidem ex reſponſione Socin.conſ.30.num.8.Cor.d.Auth.Præterea,ſub nu.27. & conſ.4.nu.5.Pep.ſub num.21. quam etiam approbauit Collegium Bonon. in ſuo doctiſsimo reſponſo,quòd ius couſequẽdi ab aliquo alimenta,ita demum excludat à quarta,ſi tempo-

re delatæ ſucceſsionis, ſcilicet mortis viri, ius illud creatum erat, & ortum, ſecus verò ſi creandum, & producendum, at verò tempore delatæ ſucceſsionis paternæ filijs, quo tẽpore etiã deferebatur vxori ſucceſsio quartæ, ius conſequendi alimenta nondum ortum dici poterat aduerſus filios, quaſi verò nõdum diuites, ante aditam hæreditatem, à qua etiam abſtinere poterant. l. neceſſarius. ff. de acquir. hæred. eo quod præpoſterum ſit aliquem diuitem eſſe, antequàm acquiſiuerit, l. pretia rerũ. ff. ad l. falcid. alimenta autem à filijs, non ſicut à filijs, ſed tanquàm à diuitibus eſſe præſtanda, qui & ſibiipſis, & matri ſupereſſe poſsint. Idcirco non debet videri mirum, ſi ius conſequendi alimenta à filijs, quod matri non competebat tempore mortis viri, ſed poſtea ſuperuenit, adita per filios hæreditate, eam non excludat à quarta, ſi modo erat inops tempore delatæ ſucceſsionis. Itaque non videtur inferri poſſe à iure

59 re conſequendi alimenta, quod non niſi † ſpe matri competit tempore mortis viri aduerſus filios, quodq; initio incertũ eſt, & non purum, ad ius, quod ſorori competit aduerſus fratres, aut filiæ aduerſus patrem diuitem, de quorum diuitijs conſtabat tempore delatæ ſucceſsionis quartæ, ita vt non ex aliquo futuro euentu pendere dicantur; nam & in filio contrarium fortè reſpondendum ſit, ſi eo tẽpore conſtaret ipsũ diuitẽ eſſe; quia fortè haberet caſtrenſe peculiũ, aut ei delata fuiſſet hæreditas patre viuente, non autẽ diuitiæ ipſius penderent ex ſucceſsione paterna, nondum adita hæreditate. Et quàmuis plura aduerſus hanc reſponſionem afferantur, tum quòd ſi caſus iſte contingeret, quòd filius abſtineret, plenius matri conſultum eſſet, quia non ſolùm in quarta, ſed etiam in tota hæreditate ſuccederet per ius accreſcendi, Bald. Roman. Pepius in d. Authen. Præterea, Valentinus Fonſter. in tract. de ſucceſsio. ab inteſtat. libr. 5. concluſ. 4. tùm quòd alimenta matri debeantur à filijs tanquàm filijs, non tanquàm hæredibus, tum quòd vanum ſit conſiderare abſtenſionem, cum ſupponamus patrem diuitem deceſſiſſe; nihilominus reſponſio adhuc in ſuo robore manet, cuius ius in eo conſiſtit, quòd nondum ortum ſit, nec

actu

actu competat ius cõſequendi à filijs alimenta tempore delatę ſucceſsionis paternæ, nondum adita hæreditate, quàmuis ſpe probabili competere poſsit, licet enim mater alenda ſit à filijs tanquàm filijs, non tanquàm hæredibus, negari tamen non poteſt, quin alimenta debeantur ab ipſis tanquàm à diuitibus; diuites autem dici non poſſunt antequam acquiſiuerint, & ſic ante aditam hæreditatem, quamuis ſucceſsio iam eis delata eſſet, nec vanum eſt conſiderare abſtenſionem, quia & ſi pater diues deceſſerit, nõ tamen valet conſequẽtia, quòd filij diuites ſint facti adeũdo hæreditatẽ, vt infra patebit; & quod dicitur plenius matri fore conſultũ, ſi filij abſtineãt ſe ab hæreditate paterna, non tollit vim argumẽtationis, ꝙ ex quo abſtinere poſſunt, nec certũ eſt eos diuites futuros per aditionẽ hæreditatis, nec matri adhuc eſt ortũ ius cõſequẽdi ab ipſis alimẽta.

Secundo reſpondetur, & fuit reſponſio eiuſdem Socin. d. conſ. 30. ſub num. 8. approbata per Pep. in d. Auth. Præterea, ſub num. 21. Corn. num. 8. quòd argumentum deſumptum ex
60 illo tex. procederet, † quoties ſupponeret filios diuites eſſe, per conſequens obnoxios huic oneri matris alendæ, atqui hoc non ſupponitur ibi, nec inferri poteſt ex illo tex. nec enim valet conſequentia, quia pater diues deceſſit; ergo & filij ſuperſtites diuites ſunt, cum poſſint eſſe ære alieno grauati, plures numero, ita vt patrimoniũ patris, quàmuis amplum fortè reſpectu vnius perſonæ, tamen inter tot filios diſtributum exiguum, & tenue ſit futurum, poſſit etiam cõtingere, vt quilibet ipſorum eſſet pluribus filijs oneratus, adeò vt vix ſibi, & filijs alendis, nedum etiam matri educandæ ſupereſſe poſſit, argumento eorum, quæ habentur in l. ſi quis à liberis. §. ſi mulier, vbi Bart. ff. de liber. agnoſc. nec enim filius inops patrem, aut matrem alere tenetur, cum prima charitas incipiat à ſe ipſo, vt per Cordub. d. l. ſi quis à liberis. §. ex ijs, nu. 87. & qui filios egenos habet eodem inſtinctu naturæ, & ordine charitatis impellitur ijs potius, quàm parentibus alimenta præſtare; idem Cordub. in princ. d. l. nu. 34. 35. Idcircò conſultius viſum fuit vxori inopia laboranti proſpicere beneficio quartæ, quàm eandem

eandem pendere ab alimentis præstandis à communibus filijs qui & si matrem alere teneantur, modo diuites sint, vt & sibi & matri alendæ sufficere possint, non tamen constat diuites ire ob patris diuitias, etiam si eius hæreditatē adierint, & hoc fortè respexit Angel. in d. Auth. Præterea quando dixit non procedere decisionem illius tex. quando superessent communes filij à quibus mater esset alenda; nam quia dictum istud repugnare videtur verbis ipsius legis, ita simpliciter intellectū fortasse temperandum est, vt Angel. hoc demùm procedere existimauerit, quādo cōstaret filios diuites esse aliundè, quàm ex substantia patris, aut fore diuites adita patris hæreditate. Aliam responsionem affert Paul. de Montepico, d. Auth. Præterea, sub num. 2. Aliam Cornelius Benincasius, de paupert. quæst9 .. inprimo speciali, in vlt. volunt. ad finem, quas consuluimus velle præterire. 6

61 Illam † tamen responsionem præ cæteris Domini probauerunt, quòd ideò alimenta à filijs præstanda non excludant matrem à quarta, quia vsusfructus quartæ, qui solus matri debetur, salua filijs proprietate, præstetur in compensationem alimentorum, & in eorum locum veluti subrogent, vt quasi nec quarta, sed magis alimenta præstari videantur; cuius decisionis ea ratio potuit esse, prout ponderat Gozad. d. Auth. Præterea, num. 80. quòd alimenta aliundè, quàm ex substantia viri percipienda excludant mulierem à beneficio quartę, d. §. quoniam verò, vers. nam si aliundè; Idcircò eam non excludi si à filijs alenda sit ex substantia patris, quasi verò sentiat Gozad. eandem exclusum iri, si aliundè à filijs ali possit. Et ad replicationem ex aduerso factam, quòd quarta iure multum diuerso præstetur, dato quòd ex eiusdem bonis præstāda sit, ex quibus etiam alimenta præstarentur, quòd hæc matri debeantur à filijs iure naturæ, & iudicis officio, ibi verò iure successionis absque alicuius ministerio, respondetur ex Cordub. d. l. si quis à liberis, in princ. num. 78. quòd lex ciuilis hoc indulsit reuerentiæ maternæ, vt mater vsumfructum quartæ, quasi alimenta capiat, iure suo, non de manu alterius, propterea non licere ab

ab alimentis per filium matri præſtandis ex ſubſtantia patris, arguere ad alimenta aliundè percipienda, vt ſicut illa non excludunt à quarta, ſiue verius ab vſufructu quartæ, ſic & alia nõ excludent, qua in re vtrique magis conſultum eſſe potuit; matri, vt iure ſuo vſumfructum quartæ capere poſſit, quaſi facta alimentorum taxatione per legem; hoc enim maternæ reuerentiæ meritò indulgeri debuit, quòd non deceret eam ex arbitrio iudicis, ac eiuſdem liquidatione pendere, filio verò ne pręcisè teneatur ad alimenta matri præſtanda, cum quo fortaſſe hoc nomine durius ageretur, quàm dimittendo matri liberum vſumfructum quartæ partis bonorum paternorum, vt ponderat etiam Dec. d. Auth. Præterea, num. 5.

Ad vltimum argumentum de legato vxori relicto per maritum, † quòd & ſi ad alimenta ipſius ſatis, ſuperq; ſufficiat, eã tamen non excludit à quarta, Domini omiſſa reſponſione illa, quòd hoc procedat in legato tenui, & valdè modico, ſecus in amplo, tametſi reſponſio prędicta habeat graues Authores, vt Rimin. Sen. d. conſ. 114. Cephal. d. conſ. 244. num. 20. poſt Bald. in d. Auth. Præterea, quos etiam probauit Rota Romana, ſaltem eo caſu quo mulier ducta fuit cum dote congrua; cuius tamen fructus non ſufficiant ad alimenta, ita vt tàm ex redditibus dotis, quàm etiam ex fructibus legati ali poſſet, dicebant illud non ideò contingere, quia quarta non debeatur in defectum alimentorum, ita vt cum alimenta vxori alendæ ſuppetant, ceſſet beneficium quartæ, ſed ſpeciali quadam ratione, ne ſit in poteſtate mariti vltimo vitæ ſpiritu auferre vxori beneficium quartæ, ficta quadam, & adumbrata liberalitate, conferendo diſpoſitionem in illud tempus, quo bona ipſius inciperent eſſe obnoxia huic oneri præſtationis quartę, ac veluti affecta; contrarium enim fortè ſtatuendũ eſſet, quando ad fauorem eiuſdem inter viuos diſpoſuiſſet, veluti titulo donationis irreuocabilis inter viuos, adiecto iuramento, argumento eorum, quæ tradit Corn. conſ. 178. per totum, part. 2. vbi conſtituit differentiã an maritus per viam vltimæ voluntatis diſponat, an verò per actum inter viuos, puta donando,

62 (margin, beside "ritum, † quòd")

ex

ex cuius dispositione posteà cõsequetur, vt mulier quarta defraudetur; primum enim fieri non posse lege prohibente; secundum permitti, nullumq; remedium vxori competere ad reuocãdum alienata per maritum, quàmuis titulo donationis pro consequenda quarta, vt eandem differentiam, vtrum per actum inter viuos, vel per vltimam voluntatem maritus vxori prouideat de alimentis, arguit etiam Gabr. d. cons. 142. num. 32. dicens magnum esse discrimen inter prouisionem alimentorum obtentam à viro per viam cõtractus, ante delatam successionem, & antequàm certo sciri possit an deferatur, & eam quam vir facit ligando, post delatam vxori quartam, cui certè eo tempore quo defertur, & ante debebatur, sub num. 29. d. cons. 142. & prius dixerat nihil referre, quòd quarta debeatur inuito marito, hoc enim procedere nisi inter viuos per cõtractum vxoris victui prouideatur, affirmans id esse clarissimum, & Cuma. d. cons. 31. ferè ad finem inquit actus, per quem maritus prouidet vxori ne laboret inopia, puta per actum inter viuos confitendo se dotem ab ea, vel socero recepisse, pium, & liberalem esse, & per talem actum posse vxori quartã auferri. Non est igitur per ratio alimentorum, quæ aliundè præstanda sunt vxori, in quibus nulla fraudis præsumptio cadere potest, & eorum quæ præstari debent ex substantia viri, & ex eius vltima voluntate, cum uigeat præsumptio contra eum, qui in fraudem legis legatum relinquere voluerit. Denique aduersus hæc omnia obiecta communis affertur responsio; nam omnia militant aduersus illam opinionem crebriori calculo receptam, quòd alimenta à patre debita filiæ eandem excludant à beneficio quartæ, vt certè neque ipsius ratio sit habenda, si à quouis alio sint prestanda alimenta, dummodo non ex substantia coniugis prædefuncti, & ex eiusdem prouisione per viam vltimæ voluntatis. Hinc propius accedendo ad casum nostrũ,
63 deducitur † argumentum à simili, quòd scimus in iure nostro validum, ad latè congesta per Euerard. in sua Cẽturia legali,
64 loco à simili, vt enim † filia pauper, si patrem habet diuitẽ excluditur à beneficio quartæ, Cuman. in l. in suis num. 8. ff. de

liber.& posth. vbi etiam Alberic. & Alex. nu. 6. Idem Cuman. conf. 132. Alex. d. Auth. Præterea, num. 11. Corn. 29. Gozad. attestans de communi nu. 76. Socin. d. conf. 30. in d. conf. 121. num. 49. Fabia. d. Auth. Præterea, nu. 22. in fine numeri, & rursus num. 25. pariter in fine numeri. Mant. num. 45. Riminal. Sen. d. conf. 114. num. 16. & ibi addentes ad eum litera C. Cephal. d. conf. 244. num. 20. cum sequent. dicens ab hac opinione nullatenus esse recedendum in iudicando. Deci. attestans de communi d. Auth. Prȩterea, nu. 20. ad finem numeri, quàmuis ipse dissentiat. Tiraquel. in l. si vnquàm in præfationibus, num. 23. vbi plures cumulat more suo. C. de reuocand. donat. Benincas. in tract. de pauper. quæst. 9. in primo speciali, vlti. volunt. num. 14. Gabriel. d. conf. 142. num. 30. vbi pariter de communi, Michael Crass. de successio. §. successio. quæst. 39. num. 5. Asin. lib. 2. commun. opin. conclusione 35. limitat. 2. Rebuf. in primo tomo cómétar. in tit. de sent. prouisional. actu 3. glos. 1. num. 10. à quibus non dissentit Rota Romana in de-
65 cisione, quæ circunfertur sæpius allegata, † ita quoque quȩ fratrem diuitem habet excludi debet, cum nulla ratio differentiæ, quæ solida sit inter vnum casum, & alterum reddi possit, & vtroq; casu militet eadem ratio, nempè quòd sicuti filia patrẽ diuitem habens satis hoc ipso habere dicitur vnde se alat, & mendicitatem euitet, vt per Rebuf. loco proximè citato, quæ fuit vnica, & finalis, inducendæ quartæ, ita quæ fratrem diuitem habet à quo pariter iure sanguinis sit alenda, vt certè cum hæc opinio communis sit in patre, ex hac eadem vnica ratione, communem etiam in fratre ex eadem ratione affirmare possumus.

Sed aduersus hoc argumentum plura obijciuntur; primo
66 quidem † conclusionem de patre loquentem, non sine difficultate transire, vt colligitur ex traditis per Fabian. d. Auth. Prȩterea, ad nu. 22. ad num. 26. & contrariam fortè veriorem in puncto iuris, quæ graues etiam habet Authores, vt Riminal. Sen. d. Auth. Præterea, num. 9. Dec. num. 20. Iason. nu. 8. quam etiam veriorem testatur Michael Crass. d. quæst. 39. num. 5. ar-

gumen.

gumen.l.pretia rerum.ff. ad l. Falcid.quasi verò præposterũ
sit filium diuitem dici, antequàm acquisiuerit patris hæredi-
tatem adeundo,vel se illi immiscẽdo,subdens pro vxore pro-
nunciatum fuisse per quoddam Collegium, nempè quòd & si
patrem diuitem haberet,non tamen excluderetur à beneficio
quartæ,teste Iacobo Tomingo, decis.40.num.19.

Verum quidquid de patre dici possit,non videtur par ratio
respectu fratris,cum in eo non vigeant rationes, quæ militant
in patre perpensę,per Socin.d.cons.30.cum pater filiam ino-
pem iure naturæ alere teneatur,l.1.§.ius naturale. ff. de iustit.
& iur.§.1.Instit.de iur. nat. gent. & ciuili. cap. ius naturale.1.
distinct.Cordub.d.l.si quis à liberis,in princ. num. 6. ad num. 67
8.& latius in §.parens.num.1.vbi de communi testatur, ita vt
nec excusetur ab hoc onere , quia filius propria culpa ad pau-
pertatem redactus sit,Bald.d.l.1.§.ius naturale.num.7. & in l.
2.§.quod si in patris.ff.solut.matr.Gozad. d. Auth. Præterea,
num.82.Benente.decis.22.nu. 4. Cordub.d.l.si quis à liberis.
num.10.& per tres sequentes,vbi infinitos recenset,frater au-
tem non iure naturali ; sed iuris ciuilis præcepto fratrem, aut
sororẽ alere tenetur,d.l.1.§.sed naturalis.ff.de tutel.& ration.
distrahend.d.l.qui filiam.ff.vbi pupill.educ.debeat, cum præ-
terea patris,& filij vna & eadem caro censeatur. cap. contra-
dicimus.§.hæc authoritas 35.quæst.3.amboq; loco vnius per-
sonæ sint habendi.l.fin.C.de impub.& alijs substit.cum etiam
patris hæreditas sit delata filijs,quod ipsum pariter ex iure na-
turæ,& ex necessitate,qua districtus est alere filium,descende-
re videtur,vt per Cuman.d.l.in suis,ita vt quod dum ius in bo-
nis patris habere dicatur . Cyn. & Alberi. d. l. 1. C.de natu-
ral. liber. quos pater si maximè velit,exhęredare non potest
sine iusta causa à legibus approbata.§.est & aliud. in Auth. vt
cum,de appell.cogn.& magis cõtinuare dominium bonorum
paternorum,patre defuncto, quàm se immiscendo hæreditati
de nouo acquirere,d.l.in suis,ex quo fit etiã , vt vulgi opinio-
ne diuites reputẽtur,eo quòd patrem diuitem habeant,Alber.
in d.l.in suis ; vbi etiam testatur se consuluisse in casu statuti

prohi-

prohibentis quem eligi ad officium, nisi trecenta in bonis haberet, eligi potuisse, qui patrem haberet trecenta in bonis habentem, ex quo fit, vt pater primus omnium teneatur alimenta filio præstare, & in eius defectum frater. Bart. in l. nõ quemadmodum. ff. de liber. agnosc. sicut etiam prima causa alendi spectat ad matrem, deinde ad fratres, vt per Ruin. in l. 1. num. 123. ff. solut. matr. latè Cordub. d. l. si quis à liberis nu. 32. vsq; ad num. 53. non ita soror fratris diuitis domina bonorum fratris dici potest, nec ab eo necesse hæres instituenda, cum possit quàmuis alium, modo non sit infamis instituere, l. fratres. C. de inoff. testa. nec diues habetur vulgi opinione, qui fratrem diuitem habet, nec † est par ratio transuersalis ad transuersalem, sicut ascendentis ad descendentem, argumento eorum, quæ habentur in l. cum acutissimi. C. de fideicom. in l. cum auus. ff. de cond. & demostr. nam dispositio illorum iurium, quod subaudiatur conditio, si decesserit sine filijs, loquens in descendentibus grauatis, nõ habet locum in transuersalibus, secundum veriorem, magisq; receptam opinionem, de qua per Iacob. de Aret. Petr. de Bellaper. Alberic. de Rosat. Angel. & communiter doctores in l. generaliter. §. cũ ita. C. de instit. & substit. sub cond. fact. & per Socin. d. l. cum auus, circa primum, in primo notabili; Vnde cum plures rationes vrgeant in patre, & plus iuris habeat filia contra patrem à quo descendit, quàm soror contra fratrem sibi transuersalem; non videtur ab vno casu ad alterum inferri posse; nec bene deduci consequentiã, vt sicut filia habens patrem diuitem à quo alatur, repellitur à successione quartæ, ita soror habens fratrem diuitem à quo sit alenda repellitur.

67

Qua ratione forsitan factum est, vt nemo ex doctoribus, qui materiam hanc ex professo pertractarunt quæstionem in fratre posuerit, sed in patre, quasi verò senserint, saltem respectu patris, in quo specialis quædam ratio vigeret, non communis cæteris; qui officio iudicis aliquem alere teneatur, hoc in dubium reuocari posse, quod etiã nũcupatim tradidit Gozadin. d. Auth. Præterea, num. 78. ad num. 83. vbi quatuor casus considerat,

ſiderat,& concludit alimenta ſolùm à patre præſtanda exclu-
dere vxorem à beneficio quartæ,neque hoc abſolutè,ſed adhi-
bito temperamento,ſi modo filia patri ſuccedere poſſit,& ſu-
tatis iura retineat, quia quodammodo domina videatur bo-
norum paternorum,etiam patre viuente,propter probabilem
ſpem eidem ſuccedendi,ſecus verò ſi eſſet excluſa à ſucceſſio-
69 ne paterna ſtantibus maſculis per ſtatutum, † cuius clariſſimi
viri ſententiæ tanquàm diſtinguenti ſtandum eſſe videtur, ar-
gum. l.adeò.§.eum qui.ff.de acq.rer.dom.gloſ.in cap.quæren-
ti,de off.deleg.in cap.tanta.de cenſib.Salicet.in l.2. C.famil.
hærciſc.Socin.iun.conſ.121.num.36.lib.2.

Facilè tamen ſupradictum argumentum ab his impugna-
tionibus defenditur; nã quo ad primum attinet ſatis, ſuperq;
ſufficit concluſionem in patre receptiſſimam eſſe,ſolidiſq; ra-
tionibus comprobatam, vt certè in iudicando nõ ſit ab ea re-
cedendum,cap.ne imitaris,extra de conſtit.l.1.vbi Bar. C.de
pen.iud.qui mal.iudic.Felin.in cap.1.de conſtit.& in terminis
70 tradidit Cephal.d.conſ.244. Et ſi † Collegium,cuius nomen
Bolognin.ille ſuppreſſit,contra receptiſſimam doctorum ſen-
tentiam iudicauit,iniuſtè,ac temerè fecit; nec ratio deſumpta
ex l.pretia rerum quidquam vrget in oppoſitum, quin dato,
quòd filia patris hæres extitura diues dici non poſſit, antequã
eius hæreditatem adiuerit,certè pauper dici non poteſt, vt ſit
mendicatura,quod quidem ſufficit ad effectum de quo agitur,
cum patrem diuitem habeat à quo alatur,nõ ſit in ſtatu extre-
mæ inopiæ conſtituta,vt ei mendicandum ſit,ſufficit autem ad
excludendam mulierem à quarta, ꝙ non laboret extrema ino
pia, nec mendicare cogatur, non autẽ requiritur,ꝙ ſit diues.

Vltimum obiectum eadem reſponſione tollitur; nam ſi ad
excludeudum à quarta ratio eſſet habenda iniuriarum ſuper-
ſtitis coniugis,fortè maior aliqua ratio conſiderari poſſet in
filia habente patrem diuitem, quòd diues diceretur, quàm in
ſorore pariter fratrem diuitem habente,atqui ſolùm illud ſpe
ctatur,quòd non laboret extrema inopia, nec mendicare co-
gatur; quorum vtrunq; ceſſat æquè ſi à fratre, ſicuti ſi à patre
alimen-

alimenta debeantur, nec enim minus occurritur mendicitati mulieris per alimenta à fratre præstanda, quàm si eadem à patre præstentur, & quàmuis minor fortè ratio vrgere videatur in patre, cur filium inopē alere teneatur, quia hæc obligatio
71 ducit originem ex quodam instinctu naturæ, etiam brutis animalibus insito, ita vt etiam feræ istius iuris peritia censeantur, l. 1. §. ius naturale. ff. de iustit. & iur. † verè tamen necessitas alēdi, quæ & patri, & fratri imponitur, ex eodem fonte descendit, scilicet ex coniunctione, & charitate sanguinis. Ponta. de alimen. cap. 10. de fratre, & sorore alend. Andr. de Iser. in Constit. Neapol. in aliquibus supr. glos. in verbo quintumdecimum, in vers. quod si frater. Denique par est vtriusq; obligatio, in quantum alendi necessitas æquè patri imponitur per legem, sicuti fratri, parum enim instinctus ille naturæ prodesset filio aduersus patrem recusantem alimenta præstare, nisi à lege ciuili adiuuaretur. glos. in l. 1. §. ius naturale, in verbo quod natura. ff. de iust. & iure, Instit. de iure nat. gent. & ciuil.
72 circa principium, in verbo educatio, sensit † instinctum, & impulsum alendi liberos esse iuris naturæ, necessitatem alendi iuris ciuilis, quam approbat ibidem Io. Faber. Angel. Aret. num. 5. Siluest. Aldobr. pariter num. 5. dicens necessitatem educandi liberos introductam esse à iure ciuili occasione iuris naturalis, propterea quòd pater deprauata voluntate naturæ liberos alere recusat, sequitur ibidem Suard. limitat. 2. num. 4. Ioachi. num. 16. Dec. in l. iura sanguinis. nu. 3. ff. de reg. iur. vbi ait, quòd et si educatio liberorum quantum ad instinctum naturæ dicatur esse iuris naturalis, quatenus tamen instinctus ille redactus est ad necessitatem, dicitur iuris ciuilis, sequutus Alberic. d. l. 1. §. ius naturale. num. 2. dicentem affectum educandi liberos, ipsamq; educationem voluntariam dici iuris naturæ, in quantum ab instinctu naturæ defluit, sed quoniam educatio hæc, quæ iure naturæ erat voluntaria, tanquàm descendens ex solo impulsu naturæ effecta est iam necessaria iure ciuili, & prodita obligatio, & actio, d. l. si quis à liberis. §. si filius, hac ratione meritò dicitur iuris ciuilis, ita vt quàmuis educatio so-

I roris,

roris,non ex tàm magno instinctu naturæ descendat,ex quantò descendat educatio filiorum, ipsa tamen alendi necessitas æquè fratrem afficit, sicut patrem, nec magis cogitur pater filium inopem substinere legis præcepto,quàm frater sororem, inopia laborantem, ita vt sublata alendi necessitate, quæ tamen in hac materia facit,nihil plus filio consultum esse possit, quia patrem diuitem haberet, tametsi ad alendam filiam impulsu naturæ feratur, quam sorori fratrem locupletem habenti; nam & hic igniculos quosdam à natura insitos habet,& veluti aculeos, quibus ad sororem alendam extimulatur; quod si rationes in oppositum adductæ concluderent patrem ad filium educandum inuitum cogi posse; fratrem verò nó; item, aut ex alimentis à patre præstandis sublatam mendicitatem filiæ, non ita ex præstandis à fratre sorori, vtique iure meritò sequeretur, non bene inferri ab vno casu ad alterum. At verò alimenta,quæ ab vtro eorum præstantur extremæ inopiæ,
73 & mendicitati succurritur, & non minus † iussio legis vrget aduersus fratrem,vt inuitus etiam sororem inopem alat,quàm aduersus patrem vt nutriat filiam, quàmuis maior aliqua ratio legislatorem mouere potuerit, respectu patris, vt obligationé in animis hominum insitam à natura ad iuris præceptū, & præstationis necessitatem redigeret. Quod autem diceba-
74 tur patrem censeri vnam,& eandem personam cum filio, † pariter obtinere videtur respectu fratris,cum & frater ferè alter dicatur, vt post Negid.docet,Aul.Gel.lib.13.noct.Attic.cap. 20.Festus lib.6.& multa de coniunctione fraterni amoris tradit Valer.Max.libr.1. cap. 5. in princ. Et quod obijciebatur filium ius quoddam in bonis patris habere, dominumq; videri bonorum paternorum, etiam viuente patre, ac magis in eū cóntinuari dominium, patre defuncto, quam acquirere de no-
75 uo, † & diuitem existimari vulgi opinione, cum patrem diuitem habeat, non facit ad rem; primo,quia hæc omnia procedunt secundum quandam fictionem, & impropriè, cum verè filius nullum ius habeat in bonis paternis, præterquàm sola spe,vt notat post glos.per Bart. & Alberic. d.l.in suis; in tantum,

tum, vt nec debeatur ipsi legitima, patre viuente, l.1.§.si imp beri.ff.de collat.bon.Bart.in l.vltima.ff.de liber.agnosc.Baldu in l.si quando,§.illud.C.de inoff.testam.Iaso.in l. in suis.num. 18.ff.de liber.& post.Dec.cons.430.nu.10. Crauet.cons.114. nu.13.& quãuis dominiũ in ipsum cõtinuari dicatur patre defuncto,inutile tamen sit futurum non accedente etiam apprensione possessionis,vt per Bart.in d.l.in suis.num.6. possitq; pater bona distrahere nullá habita ratione filiorũ arbitrio suo. Bald.in 1.Constit.Cod.nu.9. Castr.cons.174. sub nu.3. lib.1. 125.circa princ.lib.2.Dec.cons.152.nu.2. Crauet. cons.114. num.12.pro vt etiam multi casus contingere possunt,quòd ea alienare cogatur; Secundo, quia ad excludendam mulierem à beneficio quartæ, non requiritur quod sit diues, sed satis,superq; sufficit si non laboret inopia, & ea quidem extrema,hoc est si ei desint necessaria ad victum, quæ certè nemo dixerit in eo filio,qui ius quoddam habet in bonis patris,& eorum quodammodo dominus existimatur, & vulgi opinione diues creditur, non considerata alendi necessitate,qua constringitur pater; & tamen per hanc occurritur mendicitati filiæ, non autẽ
76 ope illius ficti dominij, † quod magis imaginatione legis,quã aliquo effectu consistit, vt per Bart.in l.in suis, post glos.vera autem ratio communis conclusionis,quòd vidua patrem diuitẽ habens excludatur à quarta,ea duntaxat est,vt tradit Mant. d.Auth.Præterea,addit.15.quo in loco ceteras omnes, & varias,& futiles esse docet,quasi nec ad rem facientes, quòd Imperator intẽtus fuerit vxori superstiti succurrere, quoties alia via ei consultum esse nõ possit, vt viuere possit; atquí alia via ei consultum esse, si patrem diuitem habeat, à quo necessariò sit alenda, ita vt cum hæc eadẽ necessitas vigeat in fratre meritò procedit argumentum à simili, vt sicut vidua pauper habens patrem diuitem à quo alatur, ideò repellitur à beneficio quartę, ita repellitur soror,cui sit frater diues eodẽ onere alendi obstrictus,quàmuis ergo quædam in fratre cessarent,quæ in patre vigere videantur,quod non existimetur diues secundùm vulgi opinionem, qui fratrem diuitem habeat, quod fratris

hæreditas non ſit debita fratri,cum poſſit quemuis alium inſti tuere hæredem,fratre præterito , dummodo non inſtituat tur pem perſonam ; hoc tamen parui faciendum eſt, cum ex his non pendent vera ratio,cur vidua habens patrem diuitem excludatur à quarta,ſed ex eo duntaxat,quòd ab ipſo ſit alenda, & ex alimentorum præſtatione tollatur mendicandi neceſſitas, qua ceſſante quartæ, beneficium denegatur, arg.tex. in §. inter ceteras, Inſtit.de nupt.& tradunt Abb.in cap. translato, num.30.de Conſtit.Dec.num.25.Felin.num.18.Iaſo.l.vlt.nu. 1.C.de collat.Idem conſ.15.num.25.lib.1.Dec.in l. diem fun cto.ff.de off.aſſeſſ.Crauet.conſ.92.ad finem.Euerard.loco à ſimili,ſub num.3.eſt enim argumentum à ſimili,vt inquit Bald.
77 in l.1.in princ.ff.de iuſtit.& iur. † recta adaptatio , per quã fit illatio ab vno particulari ad aliud particulare, ꝑ aliquid vtrique commune,cum igitur vtriq; cõmune ſit tàm fratri , quàm patri, vt hic ad filiam,ille ad ſororem alendam legis imperio compellatur , & alimentorum ſecuritate tollatur mendicandi neceſſitas, nec alia ratione filia patrem diuitem habens excluditur à quarta,niſi quia eundem obligatum habet ad alimenta præſtanda,vt per Cephal.d.conſ.744.nu.70.ſequitur optimè inferri poſſe ab vno caſu ad alterum,per id quod eſt vtriq; commune,& in quo vis tota conſiſtit, quàmuis ſpecialia quædam militent in patre,quę non conferunt ad id,de quo agitur,
78 vt certè cum † nulla ratio diuerſitatis ſolida afferri poſſit inter vnum caſum, & alterum , nec diuerſum ius nullo modo ſit cõſtituendum,l.à Titio ff.de verb.oblig.l.vltim.C.ad l.falcid. fortè tamen attentari poſſet etiam data paritate terminorum nullum eſſe diſcrimen inter patrem,& fratrem, etiam quo ad illa,quæ in patre dicuntur eſſe præcipua,ea verò duo ſunt,tum quòd filius etiam viuente patre , quodammodo dominus bonorum paternorum ſit , tum quòd pater iure ſanguinis filium
79 alere teneatur,ſi † enim paterna ſubſtantia peruenit ad fratres indotatæ, aut minus congruè dotatæ ſororis, adhuc uerùm eſt dicere, quòd ipſa domina ſit portionis ſibi debitæ pro alimentis, aut pro congrua dote æquè viuentibus fratribus,ſicuti fuiſſet vi-

ſet viuente patre, cum ad fratres, ad quos tota ſubſtantia patris per ſucceſsionem eſt deuoluta, illa quoque portio peruenerit, quæ filiæ alendæ, aut congruenter dotandæ erat obno-
80 xia, vt certè dubitari non poſsit, † ipſos tanquàm poſsidentes bona paterna eodem onere diſtrictos eſſe alendi ſcilicet, vel dotandi, vt perpendit Ant. de Alex. in Conſuetud. Neapol. ſi quis habet in tit. de aliment. præſtand. in gloſ. Napodami, in verbo maternorum, Cord. d. l. ſi quis à liberis. §. ſi mater. nu. 32. Quod ſi obligationem alendi per ſe conſiderare velimus, hoc etiam circunſcripto, quòd fratres poſsideant bona pater-
81 na, † certè nulla inter patrem, & fratres differentia eſſe videtur, cum vtroq; caſu alimentorum neceſsitas, & præſtatio pendeat à iure ciuili, & eorundem obligatio deſcendat ex ſanguinis charitate, tametſi detur gradus inter ipſos, vt primo pater, ſecundo frater ſit obligatus; patre ſcilicet defuncto, vel non exiſtente ſoluendo, nec quia frater hoc caſu nó poſſit dici quodammodo dominus bonorum fraternornm propterea ſit, vt minus ſit ſecurus de alimentis à fratre conſequendis, quod vnum in hac materia ſufficit. Nec Dominos turbauit, quòd doctores quæſtionem in patre, non in fratre poſuerint diſpu-
82 tandam, † cum exempla regulam non reſtringant, l. 1. §. quod dicitur. ff. de vi, & vi armat. §. hactenus, Inſtit. de Gradib. cap. 1. ne cler. vel monach. regula enim erat, mulierem excludendam à quarta, vndecunq; ei ſuppetat, vt alatur, præterquàm ſi fortè ex ſubſtantia coniugis prædefuncti, quaſi verò ceſſante extrema inopia, & mendicandi neceſſitate, quæ ſola dedit cauſam Auth. Præterea, ita vt exempli gratia, quæſtionem in pa-
83 tre propoſuerint diſputandam, non † quòd vim facerent in eo, quod à patre magis, quàm ab alio præſtanda eſſent, quaſi maius aliquod priuilegium hæc haberent, quo ad effectum tollendi mendicandi neceſſitatem; nec enim venter mouit huiuſmodi differentias, & ſatis ei ſit, quòd famem depelleret, aut verò quæſtionem in patre propoſuerunt, quia primus omniũ tenetur alere filiã, mater verò, & frater, & alij deinceps in ſubſidium, vltra quòd non deſunt etiam qui explicitè de fratribus

loquuti sunt, de quibus infra, à quibus non videtur dissenti
Socin.d.cons.30.sub num.8.lib.4. dum argumentatur in contrarium,quòd mulier nō excludatur à quarta,quia à patre diuite sit alenda, cum neque excludatur à beneficio consequendi alimenta ab hæredibus viri intra annum,quia patrem, vel fratres diuites habeat, à quibus sit alenda æquiparando hæc duo, quòd alimenta debeantur à patre,vel à fratre,prout etiam in hac ipsa materia alimentorum in iure æquiparatæ reperian-
84 tur soror,& filia; nam æquè potest † vxor exigere dotem pro alendis fratribus inopia laborantibus, sicuti pro alendis filijs primi matrimonij, l.quàmuis.ff.solut.matr. appellatione autē fratris nō est dubium venire sororem,l.tres fratres.ff. de pact. & si æquiparatio ista procedit in alimentis à fœmina præstandis,multò magis in præstandis à masculo,cum facilius admittatur, vt præstatio alimentorum fiat à fratre sorori, quàm è contra,ad tradita per Cyn.& Alber.in l.1.C.de natural.liber. Et licet Gozad. loco supra citato distinxerit inter alimenta debita à patre,vel ab alijs,vt illa excludant,hæc verò non excludant à beneficio quartæ; hanc tamen distinctionem nulla solida ratione confirmatur; nam quod inquit in hac ipsa materia non habendam rationem alimētorum, sed immò requiri,quòd mulier aliquid habeat in substātia, & rerum proprietate, supra falsum esse docuimus,cum immò quarta debeatur, ac veluti subrogata sit loco alimentorum; quod autem dixit viduam, cum sit pater diues, excludi à beneficio quartæ,quasi verò alimenta percipere videatur ex propria substantia, cum ea percipiat ex bonis paternis, quorū dn̄a quodāmodo dicatur, etiam viuente patre, non ita excludi si fratrem diuitem habeat, quàmuis ab alio pariter sit alenda, quasi nec habeat propria bona, ex quorum redditibus nutriatur, certè leuissi-
85 mum est,cum neque † beneficium quartæ introductum fuerit, vt inde coniux superstes diues efficiatur, sed vt euitet mendicandi necessitatem, ita vt ad excludendum à quarta sufficiat cessare mendicitatem, & extremam inopiam, non autem requiratur excludēdum diuitem esse, cum præterea imaginaria

quædam

quędam ſubſtantia ſit, quàm filiæ affingimus, ideò quia patrem diuitem habeat; nam vt ponderat gloſ. in d.l. in ſuis, dominiũ quod filius habere dicitur in bonis patris, eſt impropriũ, conſiſtens in nudo, & puro intellectu, vt eſt, vt exponit ibi Bart. magis in imaginatione, quàm veritate, vt certè parũ prodeſſe videatur, & modicum, & inane dominij nomen: ad depellendum paupertatis ictus, & tollēdum mendicandi neceſſitatem, magis autem ſpectandus ſit effectus neceſſariò reſultans ex eo, quòd vidua patrem diuitem habeat, quàm ſit perceptio alimentorum, per quam effugiat mendicandi neceſſitatem; nam & gloſ. in d.l. in ſuis, verbo quodammodo, inquit, filios quodãmodo dici dominos bonorum paternorum, ea ratione quod ex ipſis alantur, quæ ratio ſororibus etiam conuenire videtur, quæ pariter ex bonis fraternis ali debent.

Quinto illud in cõfeſſo eſt apud omnes, diſpoſitionē Auth.
86 Præterea † ſubſidiariam eſſe, ad quam tanquàm ad vltimum præſidium, ac veluti anchoram ſacram mulieri ſit confugiendum, poſteaquàm omni alio auxilio ſe deſtitutam cognouerit. Socin. d. conſ. 36. Nat. conſ. 648. num. 15. Dec. d. Auth. Præterea, num. 4. Fabia. num. 85. Corn. num. 26. & in conſ. 4. num. 7. Angel. de Gambel. conſ. 118. Cuman. d. conſ. 121. nu. 10. Cephal. conſ. 244. num. 25. Gabr. d. conſ. 142. num. 29. at verò remedium ſubſidiarium ceſſat, quando poteſt eſſe locus alteri remedio, quàmuis extraordinario, ſi modo ſit minus ſubſidiarium, Socin. d. conſ. 118. num. 3. lib. 1. argumento notatorum in l. cum filius. C. de inoffic. donat. cum igitur remedium quartæ in ſubſidium, & defectum omnium aliorum ſit inductum ad ſuccurrendum extremæ mulieris inopiæ, ſequitur ei locum nõ eſſe, ſi tempore mortis viri fratres diuites habeat, à quibus alimenta habere poſſit.

Plura tamen ex aduerſo obijciuntur contra iſtud fundamentum, ex quorum confutatione veritas ipſius magis eluceſcit; in primis enim argumētum hoc retorquetur, quia et ſi frater diues ſororem alere teneatur, non tamen hoc indiſtinctè procedit;
87 † ſed in ſubſidium, ſi ſoror paupertate laboret, ſi non ha-

beat patrem, aut matrem diuites, à quibus alatur, si denique ei aliundè non suppetant alimenta. Alex.l.1.num.23.ff.solut. matr.Cordub.d.l.si quis à liberis. §. vtrum: tradunt omnes in d.l.1.§.sed nõnullos ff. de tutell.& ration.distrahend.& in l.1. ff.vbi pupill.educ.debeat,sed clarè cõstat quartam deberi mulieri superstiti inopia laboranti in bonis mariti diuitis prædefuncti, statim sequuta eius morte, ex l.dispositione, ergo non debet ei licere contra fratres experiri, quos non nisi in subsidium ad alimenta obligatos habere potest,si omni alio sit destituta, & prætereà laboret inopia, quam certè à seipsa facilè excutere potest beneficio quartæ iam delatæ tempore mortis viri, ex iure vsque ab initio contracti matrimonij sibi quæsito,& in eius persona radicato, quæ maritum diuitem duxerit pauper,& egena, ac sine dote,vt per Roman. d. Auth. Prætereà.Floria.d.S.Petro d. cons. 121. num.17. Ex quo fit etiam, vt debitum istud necessariũ appelletur secundùm Bald.Castr. Roman.Alex.Fabian.d.Auth.Prætereà,& legale,quasi descendes ex prouidentia legis,vt per Corn.ibidem nu.5.& 19.cum maritus testando præiudicare non possit, etiam si maximè velit cũ ipso etiã inuito quarta vxori superstiti debeatur, Bald. d. Auth. Præterea, post eum Roman. num.eod. Riminal.Sen. num.31.& 60.Cels.Vgo.cons.4.num.2.vsque ad num.10.fuit dictum glos.in §. si verò expressim, in verbo hæredem, Auth.
88 de hæred.& falcid.ita vt † sequuta morte mariti, immò ipso instanti quo moritur, huius debiti multò ante contracti realiter, & cum effectu per legem exequutio fiat,per quam mulieris paupertas cessare dicatur; perindè,ac si solutio quartæ illo ipso momento facta esset, cum paria sint actionem actu competere ad rem consequendã,& rem ipsam habere,l.qui actionem.ff.de reg.iur.immò debiti diem cessisse, immò & venisse, aut solutum esse.l.fin.C.ad l. falcid. tradit in terminis Dec. d. cons.24.num.3.dicens effectum consequendi quartam videri causatam statim morte viri sequuta,tametsi eius solutio realiter non sit facta,nec dissentit Riminal.d.Auth.Prætereà,num. 2.versic.dicit tamen Rafael.& versic.sequẽti, & adeò perfectè

ius

ius vxori dicitur esse quæsitum, vt si ante realem exactionem quartæ transeat ad nuptias alterius viri pariter locupletis, qui successiuè decedat, non possit quartam in bonis istius secundi mariti consequi tanquàm inops, cum potius diues sit iudicanda, ex iure plenè quæsito pro quarta consequenda in bonis primi, vt per Pep. d. Auth. Præterea, num. 104. cum alijs supra relatis, ex quibus omnibus infertur, quòd et si vtrunq; remediū subsidiarium sit, & concedatur ex æquitate mulieri inopia laboranti, tum exigendi quartam in bonis mariti diuitis defuncti, tum consequendi à fratribus alimenta, iure tamen ad quartam plenè quæsito, antequàm competeret ad alimenta, ad quę frater tenetur demùm in subsidium, non debet esse in facultate mulieris debitum istud, quo vsque ab initio contracti matrimonij bona mariti affecta erant, transferre in fratres, absq;
89 eorum culpa, vel facto, cum † impediatur concursus plurium remediorum, cum extraordinaria sint, & subsidiaria, & concedantur ex æquitate, ad glos. notab. in l. cum filius familias, in fine. ff. si cert. petat. & ibi Bart. Alberic. & Iaso. & tradit Buticell. in d. l. cum filius. §. seruum tuum imprudens. num. 34. ff. eo. tit. Tamē quod magis antiquius est, & prius, scilicet in prōptu, excludit posteà in esse productū, vt per Alex. in l. in prouinciali. §. 1. ad finem. ff. de nou. oper. nunc. & ibidem Iaso. sub num. 9. limit. 4. Angel. in l. si filius. C. de inoffic. donat. argu-
90 mento illius tex. cum † enim matri consultum esse possit, aduersus inofficiosam donationem filij, & per restitutionem in integrum ipsius minoris, quæ statim competit sequuta donatione, & per querelam inofficiosæ donationis, quę demùm cōpetit post mortē filij, certè querela cessabit, cū possit cōpetere remedium restitutionis in integrū, quod prius in prōptu fuit.
91 Sicut etiam † remedium potentiùs facit cessare remedium
92 minus potens, † potentiùs autem, & efficaciùs iùs viduæ competens pro consequēda quarta in bonis mariti defuncti, quàm quod idem competit pro consequendis alimētis à fratre, cum ad illam competat actio, condictio scilicet ex lege, quæ præsupponit obligationem. l. nihil aliud ff. de actio. & obligat. ad

alimen-

alimenta verò officium iudicis nobile,Bart. in d. l. si quis à liberis,in princ.Ripa in l.priuilegia,sub num.12.ff. de priuileg. credit. quòd iudicis officium nullam præsupponit obligationem.l.quæ per allusionem.§.pretij.ff.de actio.emp. l. quintus. ff.aur.& arg.legat.l.cũ postulassem in princ.ff.de dam.infect.l.
93 quod si Ephesi.ff.de eo quod cert.loco,& adeò cedit† ius competens officio iudicis ei,quod ex actione descendit,vt alimenta præterita si iudicis officio debeantur peti non possint, eadé tamen peti possunt si iure actionis fuerunt debita,Bald.in d.l. de his,& ibi glos.ff.de transact.& ibi Iaso.num.6.Bart.in d.l.si quis à liberis.§.sed si filius, idem in l.libertis quos.§.meminisse, num.3.ff.de alimen.& cibar.legat. scribentes communiter in l.diuortio.ff.solut.matr.Ruin.cons.80.nu.6.libr.2.Cordub. d.l.si quis à liberis, in princ.nu.71. vbi plures cumulat, & hac ratione potissimùm motus Dec. d.Auth. Prætereà,sub nu.20. tenuit,quòd neque alimenta à patre debita viduæ, excludant eandem à beneficio quartæ , præsertim verò cum iudicis officium non videatur implorandum à vidua contra fratres ad alimenta, cui alio remedio sit prouisum à lege , argum. tex. in l. in causæ ff. de minor.

94 Prætereà per ex † actionem quartæ pleniùs uxori superstiti prouidetur,quàm alimentorũ præstatione,quę à fratribus debentur ; nam alimenta cum vita finiuntur, & solùm victus necessitati succurrunt;quarta verò præstatur in plena proprietate, quæ interdum alimentorum necessitatem excedere potest, remedium autem per quod pleniùs , & pinguiùs succurritur, quamuis extraordinarium,& subsidiarium pręfertur cuicunq; etiam ordinario, per quod minùs plenè prouidetur . Bart. in l. Emilius. ff. de minor. l. in prouinciali. §. 1. ff.de nou. oper. nunc.num.4.vbi etiam Iaso.limit.5.Castren.d.l.si filius,arg. illius.tex. C.de inoff.donat. nam quia per restitutionem in integrum competentem extra personã filij minoris, mater inofficiosam donationem in totum reuocare potest , per querelam autem non nisi intra legitimam,meritò cessat querela, quãdiù competit restitutio, per quam pleniùs prouidetur . Idẽ Bart. in l.

in l.fin.num.3.C.ſi aduer.rem iudicat.poſt gloſ.ibidem in verbo conſtat,Roman.conſ. 220. num. 10. Alex.conſ.207.num. 10.lib.3.Iaſo.d.l.in prouinciali. §.1. limitat. 5. & rurſus circa diſcuſſionem ſecundi articuli, limitat.4.

95 Denique cum fuerit in facultate D.Catherinę † vtro malet ex dictis remedijs experiri, prout feciſſe videtur ex regula generali,de qua in l.quod in hæredem.§.eligere,vbi ſcribent. ff. tribut.act.in l.cum de illo cum duabus ll.ſequent.ff.de noxal. & in l.1.C.de furt.prout videtur eſſe in electione habentis patrem, & auum diuites, eligere ab vtro ipſorum alatur,Cyn. poſt Iacob.de Aren.in l.1.C.de alen.liber. prout etiam in remedijs contrarijs electio eſt actoris, cum ipſa iam elegerit remedium experiendi ad quartam contra hæredes viri, non videtur amplius variare poſſe, fratres indebitè vexando pro conſequendis alimentis,arg.l.ſi fundus,§. eleganter.ff. de leg. commiſſer.immò verò cum iſta remedia ſint inuicem contraria non ſolùm exercitio,ſed etiam origine,cum ſi mulier quartam exigeret,ex qua viuere poſſet,non indigeret alimẽtis fratrum; & è conuerſo ſi alimenta à fratribus cõſequeretur,quartam quaſi inops amplius prætendere nõ poſſet,ſequereť vnius electione,alterum ſublatum eſſe, ita vt amplius competere nõ poſſit, quaſi verò impedita eius natiuitate per electionem remedij contrarij iuxta theoricam Bart.in l.edita,num.14.C.de edend. declaratam per Purpuratum ibidem, num. 28. tradit Ripa,libr.2.Reſponſorum,de reſcript.cap.2.nu.6. cum duob. ſequent.Crauet.conſ.751.num.15.

His tamen omnibus facilẽ Domini occurrebant; nam quo ad primum attinet fatebatur vtrunque remedium ſubſidiariũ eſſe,per quod occurratur mendicitati mulieris, magis tamen ſubſidiarium eſſe remedium ad quartam, quàm ad alimenta à
96 fratribus conſequenda, in † concurſu autem plurium remediorum,quorum vtrunque ſubſidiarium ſit,dari gradum,& ordinem, vt primo quidem locus ſit minus ſubſidiario, minuſq; extraordinario,vltimum reſeruetur magis ſubſidiarium; exẽplo cohortum militarium, quas ſubſidiarias vocabãt,eo quòd integrè

integrè ad longioris pugnæ casus reseruarint, cum apud Liuium, libro nono ab vrbe condita, & triarios milites appellabant; vt author est Varo, quando in acie tertio ordine extremis subsidijs ponerentur, & tertio loco prœlium iniretur post profligatos hastatos, & primo loco, & princeps qui secundo loco pugnam capescebant, vt apud Polybium; vnde etiam abijt prouerbium, vt cum res eò redacta est, vt extremo remedio sit opus eam ad triarios reductam dicamus; sic etiam igitur in iure nostro, magis subsidiarium remedium appellatur, quod vltimi presidij loco ponitur, vt post Bart. Bald. Alberic. Salicet. Castr. tradit, Alex. d. l. in ptouinciali. §. 1. num. 8. Iaso. num. 9. 3. limitatione, quòd multis exemplis sparsis in iure ciuili confirmari potest. Sic enim videmus, † quòd remedium
97 restitutionis in integrum, tanquàm subsidiarium, & extraordinarium facit cessare querelam inofficiosæ donationis, tāquàm remedium magis extraordinarium, & subsidiarium, cum ad hoc, vt competat restitutio in integrum, sufficiat cessare remedium iuris communis. l. in causæ, in princ. ff. de minor. querela autem competat, cessante omni alio remedio, non solùm iuris communis, & ordinario, sed etiam extraordinario. l. Papinianus. §. si quis in ius. ff. de inoffic. testam. idcircò vocatur vltimū adiutorium, siue præsidium, l. final. C. de liber. præterit. versic. nam cum vltimum præsidium, siue adiutorium, sic cum plu-
98 res † actiones proditæ essent, quibus consuleretur indemnitati pupillorum, tutoribus malê versatis in administratione bonorum, noluit tamen lex eos indistinctè exerceri arbitrio pupilli, sed ordine seruato; primo contra tutores, vel eorū hæredes; secundo contra fideiussores, & eorum pariter hæredes; demùm contra magistratus, qui tutorem non coegissent cauere rem pupilli saluam forè, aut non curassent, idoneè caueri, aut suspectum reijcere neglexerint. l. in magistratus. C. de magistr. conuen. §. sciendum autem. Instit. de satis. tutor. quibus in locis actionem cōtra magistratus appellat Imperator subsidiariam, quia vltimum præsidium pupillis potest afferre, &
99 † in materia alimentorum magis subsidiaria dicitur causa fratris,

tris, quàm matris, cum prius aduersus matrem officium iudicis sit implorandum, & interim sileat remedium proditum à iure contra fratres, Alex.in l.alimenta,nu.11.C.de neg. gest. Cordub.d.l.si quis à liberis.§.mater,nu.43.& pluribus sequentibus. Ruin. d. l.1.ff.solut. matr. num. 133. sicut etiam magis subsidiaria est causa mariti, quo ad alimenta vxoris infirmæ, quàm patris, matris, & similium, vt per Bart. & cæteras in d. l.quod in vxorem.C.de negot.gest.

100 Quòd autem† remedium quartę magis subsidiarium sit,per quod succurratur egestati mulieris,inde cõuincitur; quia tunc demùm coniugi superstiti competit, si in nouissima viuat inopia.d.§.quoniam verò, quæ verba, vt anteà declarauimus, ex receptissima omnium sententia, eum sensum habent, si in extrema,& tali inopia viuat,vt ei, vel famæ sit pereundum, vel necessariò mendicandum,quòd ei nulla ratione sit à lege prouisum,nisi eidem succurratur beneficio quartæ; vox enim ista nouissima,vltimum in iure significat. l. eum qui nouissimus. ff. ad Trebell. l. potest quis l. si quis eum. ff. de vulg. & pupill. Bart.in l.qui duos.num.3.ff.de reb.dub. iuxta illud in Euangelio,& cum rubore incipias nouissimum locum tenere; vltimũ verò dicitur ad quod nihil aliud sequitur, l.2.§.legitima.ff.de

101 suis,& legitimi: † immò verò conuincti videntur hi termini, nouissimum,& vltimum,& subsidiarium, arg.d.l. potest, quis nouissimo verò loco in subsidium, vel seruum necessarium hæredem instituere; Vnde cum beneficium quartæ vltimũ præsidium appelletur, per quod nouissimæ inopiæ coniugis superstitis consulatur, alioquin non diceretur in nouissima inopia constituta, si alio remedio ei consultum esse posset, certè magis subsidiarium cæteris dici debet; nã si aliud magis subsidiarium esset, ipsum non diceretur vltimum præsidium, contra verba tex.aperta, quæ etiam requirunt,quòd aliundè mulieri non suppetat,vt alatur;ratio enim formalis remedij subsidiarij in eo consistit, vt vltimi præsidij, atque refugij loco reseruetur,sic enim etiam hæredes filij tenentur in subsidium ad alimenta præstanda patri,quæ viuus filius ex officio pietatis

præ-

præstabat, si pater ad summam egestatem sit redactus, in summa autem egestate dicitur esse, si nullum alium habeat, qui ei alimenta subministrare teneatur, Bar. d. l. si quis à liberis. §. Item rescriptum. num. 2. Cordub. d. §. si mater. num. 33. & 43. ita vt summa patris egestas pariat subsidiariam actionem ad-
102 uersus extraneos hæredes filij, & † nouissima inopia coniugis superstitis pariter producit subsidiarium remedium quartæ. Summæ autem egestatis, seu nouissimæ inopiæ ratio formalis in eo posita est, vt alium neminem habeat vel pater, vel cõiux superstes, qui victus ipsius necessitati succurrat; quàmuis ergo subsidiarium sit remedium alimentorum à fratribus præstandum, quia tamẽ minus est subsidiarium remedio quartæ, quod demùm competit nouissima inopia laboranti, hoc est quolibet alio remedio destitutæ, & neminem habenti à quo necessario sit alenda, idcircò dicitur mulierem hanc, quæ fratres diuites habet, à quibus alatur ad quartam agere non potuisse, quæ vltimi præsidij loco seruatur.

103 Nec obstat, quòd † debitum quartæ legale, dicatur necessarium ineuitabile radicatum in persona coniugis superstitis pauperis, vsque ab initio contracti matrimonij acquisitum in bonis præmorientis, ipso momento quo moritur; nam hæc omnia procedunt, suppositis terminis habilibus, nempè quòd superstes extrema laboret inopia; hoc verò non antè verificatur, quàm constiterit aliundè non suppetere alimenta, ita vt ei necessariò sit mendicare, dum succurratur beneficio quar-
104 tæ; nam regulare est, vt † quoties de aliquo in specie quæritur, cætera omnia habilia supponantur, l. qui testamento. ff. de testam. Dec. in l. 1. C. vnde legiti. multoq; magis necessariũ est, & ineuitabile onus alẽdi sororem, quod & ipsum ex iuris præcepto descendit, quòd autem dicebatur ius consequendi quartam magis in promptu esse, quàm ius consequendi alimenta à fratribus, & in ipso momento, quo maritus vita decessit, inopiam vxoris superstitis cessasse; qua sublata, alimenta à fratribus nullo modo consequi posse, id verò omnino nega-
105 tur; nam † antequàm debeatur quarta in effectu necesse est verificari

rificari qualitatem nouissimæ illius inopię, ita vt non ante debitum istud realiter ortum esse dicatur, quàm muliere in summa inopia constituta, quę certè cessat si fratres diuites habeat, hoc ipso quod ab eis sit alenda, & per consequens impeditur huius debiti natiuitas, alioquin si diceremus inopiam vxoris, quæ fratres diuites habeat ea ratione cessare, quòd ei quarta deberetur, iam extremam, siue nouissimam inopiam supponeremus, quæ non esset extrema, & cui aliter quàm beneficio quartæ succursum esset; vnde argumentum retorquetur; nam quia prius est in promptu remedium alimentorum à fratribus præstandorum, quo mulieris inopiæ succurratur, & per quod impeditur natiuitas remedij cōpetentis ex beneficio quartæ, sequitur istud quasi posteà productū, immò verò necdum genitū excludi per illud, ad tradita per Alex. d. cons. ad finē. nu. 8.

Secundum obiectum in quo Dec. tam magnam vim facere
106 videtur, quòd † efficacius debeatur quarta in bonis viri præmortui, quàm alimenta à fratre, ideoq; ius istud quasi debilius cessare, ac veluti in tenebris delitescere obscuratum ab illo potentiore, quasi minus lumen à maiori parto cessat. Nam sup
107 posito, sine veri præiudicio, quòd † officium iudicis sit debilius, & minus efficax actione, non tamen valet consequentia, beneficium quartæ descendit à potentiore iure alternatiuè, sed beneficium alimentorum præstandorum à fratribus, ex officio iudicis, quod est minus efficax actione; ergo cessare debet tanquàm victū à potentiori; nā & restitutio in integrū petitur officio iudicis nobili. l. quod si maior. §. illud. §. fin. ff. de minor. Bart. in l. 1. nu. 10. ff. de iurisd. omn. iudic. & ibidē Alciat. nu. 44. attestās de cōmuni; nec tamen cessat, quia cōpetere potest querela inofficiosæ donationis. d. l. si filius, & l. 2. C. eod. tit.

Secundo respondetur ex Alciat. d. cons. 22. aliàs 18. lib. 9.
108 quòd si hoc argumentum concluderet, † sequeretur quartam etiam magis deberi vxori, quàm alimenta filiæ, quod est falsum, cum quarta iure merè positiuo, & exorbitanti, & contra regulas iuris debeatur; alimenta verò filiæ iure naturæ. d. l. 1. §. ius naturale. ff. de iustit. & iur.

Tertio

Tertio respondetur ex Purpurato d.cons.330. num.7. hæc ipsa se habere tanquàm excedentia,& excessa,fortè enim maior inest efficacia actioni pro cõsequenda quarta, posteaquàm
109 illa actio reperitur in esse producta, sed in † modo producendi, & prius competit officium iudicis, & celerius explicatur pro alimentis debitis filiæ,vel sorori, quam responsionem sequutus est Mantua in d. additione 15. eo quòd alimentorum causa, cum officio iudicis petatur, desiderat celeritatem, nec moram patitur.l.Mela,in princ.ff.de aliment. & cibar. legat. in tantùm, vt appellatio interposita à decreto iudicis super alimentorum præstatione petita iure sanguinis careat effectu suspensiuo,vt per Cordub.d.§.si vel parens.num.26.& latè habetur in decisione Rotæ Bononię in causa vertente inter D.Iuniperam de Aroldis,& D.Franciscam de Signis,cum appellatio interposita à sententia iudicis condemnantis ad præstationem quartæ, habeat vtrunq; effectum; nec ad rem facit,quòd alimenta præterita cum debeantur iure actionis peti possunt, non ita si debeantur officio iudicis; non enim propterea infer
110 ri potest † efficacius deberi, quæ iure actionis debentur, cum iudicis officium, quod ad materiam alimentorum attinet, eo spectet,ac prouideat instanti necessitati, qua cessante cõquiescit,quòd si de futuris alimentis agatur,certè efficaciùs prouidet iudex officio suo, quod eorum præstatio pendeat ex alimentarij paupertate,& coniunctione sanguinis, quæ si petita fuerint iure actionis, imınò verò etiam præterita alimenta rectè petuntur, quàmuis debeantur officio iudicis,si qui alendus erat fortè pecuniam mutuò accepit ad alimenta, Bart. in d. l. liberis quos §. manumissus. ff. de aliment. & cibar.legat. cum igitur facilius, & celerius mulieri inopiæ consulatur per officium iudicis eidem decernentis alimenta in bonis fratris, nec anteà possit oriri remedium quartæ, quàm in defectum omnium, qui eandem alere teneantur, certè vt valet consequentia, quia quarta debeatur iure magis efficaci,quod ideò cesset
111 remedium alimentorum præstandorum à fratribus; † oportet enim prius esse productum beneficium consequendæ quartæ,

&po

& postea de eius efficacia dispntare; nec quidquàm facit, quòd pro quarta competat actio, quæ obligationem præsupponit pro alimentis officium iudicis in nulla obligatione fundatum; nam, & officium iudicis largo modo obligationem præsupponit, ad glos. notab. in l. si seruum. ff. de verb. oblig. & in l. promissor, la prima. ff. de const. pecu. Roma. in l. socer genero, nu. 15. ff. solut. mat. Iaso. Instit. de action. circa princip. num. 6. vltra quòd cum semper officiũ iudicis ęquitate nitatur, l. si quod Ephesi. ff. de eo quod cert. loc. Bart. in l. 1. nu. 10. ff. solut. matr. & ibidem Alciat. num. 44. ex ęquitate autem oritur obligatio, etiam cessante cõsensu, de qua in l. si me, & Titium. ff. si cert. petat. ita vt etiam cum quarta debeatur ex æquitate, eo quòd Imperator ęquum existimauit misereri vicẽ mulieris inopis, quam maritus puro affectu ductam in suam veluti fidem, & tutelam recepisset, si inops fuisset sibi superstes. d. §. Quoniam verò, in Auth. de exhiben. reis, inferre possimus efficacius deberi alimenta sorori, quàm vxori quartam, quod eorum obligatio ex maiore ęquitate descendat, videlicet ex sanguinis

112 charitate; † quarta verò debeatur vxori interdum ęquitate repugnante, vt in casu quando mulier concurrit cum filijs uiri ex primo matrimonio, ad tradita per Alciat. d. cons. 252. Corn. d. cons. 4. Immò verò efficacius alimenta deberi videntur à fratre sorori, quàm quarta vxori viduę, cum illa debeantur iure communi, ex traditis d. l. 1. §. 1. ff. de tutel. & ration. distrahen. & latè Cordub. d. §. Idem rescripsit. num. 83. quarta verò in defectum alimentorum ex priuilegio, & indulgentia Principis; fortius est autem, & potentiùs ius commune, quàm speciale, l. eius militis. §. militia missus. ff. de milit. testam. sicuti etiam obligatio naturalis ciuili obligatione fortior est, l. eas

113 obligationes. ff. de cap. diminut. † frater autem sororem alere tenetur ex sanguinis coniunctione, ex quo descẽdere videtur quędam obligatio naturalis. Denique cum vtrunque debeatur per l. tàm quarta, quàm alimenta, certè par videtur esse vtriusque conditio. Nam argumentum in oppositum adductum fortasse vrgere posset, si iussio legis cogentis fratrem ad

sororem alendam minus efficax esset, quàm preceptum eiusdẽ compellens hæredes mariti ad prestationem quartę, & cum ipsi non debeatur preterquàm in defectum alimentorum, parum curandum esse videtur, quo iure magis alimenta prestentur, vtrum ne iure actionis, an officio iudicis, cum non sit curandum de modo, si effectum habere possumus, vulg. iurib. Nec videtur posse constitui differentia, cur alimenta fortè à patre in testamento relicta eandem excludant à beneficio quartę, vt per Cephal. d. cons. 671. sub num. 20. & alios supra relatos, ita non excludant ab eodem beneficio debita à patre, vel fratre viuentibus, cum ęquè occurratur necessitati, & mendicitati mulieris, alimẽtorũ prestatione, siue iure actionis, siue officio iudicis prestent̃, & ęquè vigeat iussio legis in istis, sicut in illis.

Non obstat, quòd plenius succurratur mulieri cõsequutione quartæ, quàm alimentorum prestatione; primò, quia finis intẽtus Imperatoris fuit simpliciter mulieris inopię subuenire beneficio quartę, & tollere mendicandi necessitatem, quę cum aliundè cesset, ex alimentis scilicet à fratre prestandis, pa-
114 rum curandum esse videtur de eo, † quod per accidens, & preter principalẽ intentionẽ Imperatoris, ex quartę cõseqnutione contingere potest, nempè quòd mulier habeat etiam vltra virtus necessitatẽ, & pleno iure tàm proprietatis, quàm vsus-
115 fructus, ad tradit. per Corn. d. cons. 4. libr. 4. † semper enim spectanda est principalis intentio, qua motus fuit legislator ad aliquid statuendum, ad glos. pen. in cap. sciant cuncti, de elect. in 6. Bald. in l. illud. 2. colum. C. de Sacrosant. Eccles. in l. final.
116 C. de inter. matr. alioqui hac ratione attenta † sequeretur mulierem, cui ab extraneo fortè legatum esset sufficiens ad victus necessitatem, & per consequens ad euitandam mendicitatem illud repudiare posse, quo pleniùs ei succurrat̃ beneficio quartę, quod tamen est falsum, vt per Nat. cons. 648. ad finem.

Preterea concurrentibus pluribus remedijs, etiam extraordinarijs, non semper illud est preferendum, per quod pleniùs prouidetur; sed ita demùm si non aduersetur iuris commu-
117 nis dispositioni, alias enim preferri † debet, quod est secundum

dum ius commune, tametsi per ipsum minùs plenè prouideatur argumento eorum, quæ tradit Iaso. in l. in prouinciali. §. 1. versic. limita primo, & Abbas in d. cap. ex parte. nu. 9. vers. primo procedit, extra de rescript. tradit Aldobr. in §. affinita-
118 tis. Instit. de nupt. num. 17. at verò † alimenta sorori à fratre ex iuris communis dispositione debentur, ita suadente sanguinis charitate, d. l. 1. §. sed nonnullos. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. in l. qui filiũ, ff. vbi pupil. educ. deb. l. tutor secundũ dignitatem ff. de administr. tutor. quem tex. ad hoc perpẽdit, Bald. cons. 103. num. 3. lib. 5. quarta verò per Iustinianum introducta fuit miserationis gratia ex priuilegio speciali contra regulis iuris communis, quandoquidem maritus, & vxor inuicem sibi non succedant, nisi demùm deficientibus omnibus agnatis, & cognatis, l. 1. C. vnde vir, & vxor. & multò minùs admittitur in præiudicium filiorum mariti defuncti, qua ratione factum est, vt Alciat. & Corn. dixerint prædictam di-
119 spositionẽ non esse fundatam in aliqua viua ratione, † in conflictu igitur vtriusque regulæ, tum quòd remedium extraordinariũ per quod plenius prouidetur præferatur, tum quòd remedium, siue ordinarium, siue extraordinarium, quod est secundùm ius præferatur ei, quod exorbitat à iure, huic secundæ regulæ magis inhærere debemus, per quàm minùs recedimus à iure communi, l. si seruum, vbi Salicet. C. de noxal. cap. cum dilectus extra de consuet. ac minùs præiudicet iuri legitimorum hæredum, quorum præiudicium longè grauius est, cum mulier ad quartam admittatur, eius enim non solùm vsu, sed & proprietate carere coguntur; sed in alimentis secus est, quorum onus temporale est, & cum vita sororis extinguitur.

Nam, & constitutio deferens quartam coniugi superstiti, tan-
120 quàm vltimo loco facta, † cum longè anteà iure ciuili inductum esset, vt frater sororem alere teneretur, ita interpretanda est, vt per eam quo minus fieri possit ius commune lędatur, quod satis, superq; Imperator significauit, profitendo se velle prouidere mulieribus puro affectu ductis sine dote, si præterea extrema inopia laborarent, ita vt quàmuis hoc remedium

pleniùs fortè mulieri possit prospicere, tamen cessare debeat, ac cedere alteri remedio minus præiudiciali, & conformi regulis iuris, per quod frater diues sororē inopē alere cōpellatur.

Illa verò Responsio præ cæteris tutissima visa fuit, quam Collegium Bonon. desumpsit ex Bald. in d.l. in prouinciali. §.
121 1. distinguente inter† remedia extraordinaria subsidiaria, & extraordinaria non subsidiaria, vt quòd dicitur remedium ex-
122 traordinarium si per † ipsum pleniùs prouideatur præualere cuicunque etiam ordinario, per quod minus plenè succurratur procedat, si remedium illud extraordinarium quidem sit, non tamen subsidiarium, hoc est eiusmodi, vt cum alijs extraordinarijs, immò etiam ordinarijs remedijs cumulari possit, & eodem tempore concurrere, quale est remedium restitutionis in integrum minori, Eclesiæq; competens aduersus sententiam, contra quam eodem tempore remedio appellationis ordinario consultū esse potest, cap. 2. de in integr. restit. in 6. vnde quia pleniùs minori succurritur remedio restitutionis in integrum, per quod ad totam causam restituitur, quàm remedio appellationis, cum ipsius intersit non faticari expensis in secunda instantia appellationis, ideò per primum illud tollitur secundùm, vt per Abbat. post Innocent. quem allegat in d. cap. ex parte, secus verò si remedium extraordinarium sit etiam subsidiarium, ita vt simul cum alijs extraordinarijs, ac multò minus, cum ordinarijs concurrere non possit; sed inter
123 ista remedia dantur † gradus, & prioratus ordinis, vt subsidiarium reseruetur loco vltimi præsidij; tunc enim seruanda est regula, vt huiusmodi remedium cedat omnibus alijs, siue extraordinarijs non subsidiarijs, aut minus subsidiarijs; nec est ab ipsa recedendum eo prætextu, quòd per magis subsidiarium pleniùs succurratur, alioquin non reseruaretur loco vltimi refugij; nec esset magis subsidiariū cæteris, cui responsioni non obstat tex. in l. si filius. C. de inoffic. donat. vbi remedium restitutionis in integrum, quàmuis extraordinarium facit cessare remediū appellationis alioqui ordinariū, eo quòd per ipsum pleniùs prouidetur, cum mater per restitutionem in integrum sibi

ſibi competentem ex perſona filij minoris totam donationem retractare poſſit, per querelam ſolùm contra legitimam, vt ibi per Caſtren. Nam replicatur illud, ideò contingere in caſu illius legis, tum quia remedium reſtitutionis in integrum eſt prius in promptu; nam facta donatione immenſa per minorem, ſtatim competit ſibi reſtitutio in integrum, quæ trãſmittitur ad quoſcunque hæredes, l. non ſolum. ff. de in integr. reſtitut. querela verò competit poſt mortem minoris, & non niſi matri, ideò tãquàm antiquius, & prius in promptu excludit poſteà productum, vt per Salicet. & Alberic. in d. l. ſi filius. Alex. in d. l. in prouinciali. §. 1. ad finem ff. de nou. oper. nunc. & ibidem Iaſo. ſub num. 9. verſic. Quarto limita, ſecundum
124 Salicetum, tum quia † remedium reſtitutionis eſt minus ſubſidiarium, quàm querelæ, cum illa ceſſet vbi habet locum remedium iuris cõmunis, ſeu ordinarium, l. in cauſæ, la 2. ff. de minor. querela autem ceſſat vbicunque aliud remedium competere poteſt ſiue ordinarium, ſiue extraordinarium, l. final. verſ. nam cum vltimum præſidium. C. de liber. præterit. l. ſi quis filium, verbo omne adiutorium, C. de inoffic. teſtam. §. cum autem, Inſtit. eod. ita vt vera, ac potentiſſima ratio illius tex. in eo conſiſtat, vt quia remedium reſtitutionis in integrum eſt minus ſubſidiarium, quàm querelæ; ideò querela ceſſat, quandiù eſt locus reſtitutioni, ita Bald. ibidem colligens ex illo tex. quòd auxilium minus ſubſidiarium excludit magis ſubſidiarium, & clarius Salicet. prout etiam declarat Alex. d. §. 1. l. in prouinciali. nu. 8. & in additio. ad Bart. d. l. ſi filius, quàmuis cum hac ratione, & alia ſuperiùs, tacta concurrat etiam, quòd remedium reſtitutionis in integrum eſt antiquiùs, hoc eſt priùs in eſſe productum, & minùs ſubſidiarium, & pleniùs ſuccurrit; ſed non ſequetur ex hoc, vt ſi remedium aliquod ſit magis ſubſidiarium, excludat minus ſubſidiarium; quia per ipſum pleniùs ſuccurratur; hoc enim eſſet penitus euertere regulam, & ex magis ſubſidiario minùs ſubſidiarium efficere, & tantò minùs hæc illatio fieri debet in caſu propoſito, cum remedium Auth. Præterea, ita ſubſidiariũ ſit, vt nec ortum dici

poſſit, niſi prius impleta conditione, in cuius euentum indul-
tum fuit ab Imperatore, nempè quòd ſuperſtes extrema ino-
pia conflictetur, vt indicant illa verba in Auth. de exhiben.
reis.§.quoniam verò,verſ.hęc itaque dicimus ſi coniunctorum
alter &c.quæ certè impleta dici non poteſt,quoties alio reme
dio minùs ſubſidiario inopię ſuperſtitis conſultum eſſe poteſt,
quod cum omnes rationes ſuperiùs explicatæ negligantur in
patre, eo quòd ipſis nõ obſtantibus receptiſſima ſit opinio mu
lierem excludi à quarta, ſi patrem diuitem habeat, à quo ſit
alenda; pariter etiam in fratre negligi debẽt,cum inter vnum
caſum, & alterum ſolida ratio diuerſitatis reddi poſſit, vt
anteà dictum fuit.

Quod autem vltimo loco afferrebatur mulierem hanc,quæ
iudicium iam intentauit contra mariti hæredes pro conſe-
quenda quarta ſibi pręiudicaſſe,ac veluti viam pręcluſiſſe aſſe
quendi alimenta à fratribus,facilè tollitur ex ante dictis;fortè
125 enim vrgeret argumentum, † ſi in eius facultate fuiſſet elige-
re contra quem magis experiretur, in quibus terminis proce-
dunt iura,& authoritates in oppoſitum allegatæ. Atqui non
fuit in eius facultate iuris ordinem præuertere, nec licuit fra-
tribus dimiſſis, agere contra mariti hæredes,ſicuti neque lice
ret legatum alimentorum aut à patre,aut à fratre relictum re-
pudiare, & acquirere nolle,ad effectum cõſequendi quartam,
Nat.d.conſ.648.ferè ad finem.Cephal.d. conſ.671. ſub num.
126 20.& ſequent.lib.5.nec ad rem facit,quòd † debitor poſſit nõ
acquirere legatum, aut hæreditatem, quàmuis ex eo præiudi-
cium creditoribus fiat, l. qui autem, in princ. ff. de his,quæ in
fraud.credit. tum quia longè diuerſum eſt nolle acquirere ad
aliquem alium,qui facta acquiſitione debitor non fuiſſet,vt in
propoſito caſu, illud autem nolle acquirere, quàmuis ex omiſ
ſione acquiſitionis creditor fortè ſuo credito fraudatur, tum
quia edictum illud de creditoribus non fraudandis,non ad eos
debitores pertinet,qui id agunt ne locupletentur, aut acqui-
rant,cum acquirere poſſint,ſed ad diminuentes patrimonium
ſuum, d.l.qui autem. At verò beneficium quartæ ijs tantùm
compe-

competit, qui extrema laborant inopia, vt certè competere non possit ijs, qui id agent ne locupletentur, aut paupertatem non effugiant, cum itaque actio ad quartam, aut ad alimenta non competat æquè principaliter, vel alternatiuè, quo casu libera fuisset fortè electio mulieris, sed subordinatè primò scilicet ad alimenta contra fratres, sequitur, quòd ipsi non licuit turbato iuris ordine, mouere iudicium contra hæredes viri, quos obligatos habere nō poterat, præterquàm in subsidium, immò sub conditione, si aliundè non suppeteret, vnde victus necessitati consuleret; & per consequens, quòd inutili, & iniusta illa electione sibi non præiudicauerit, quominùs contra fratres in primis debitores experiri possit; silet enim remedium subsidiarium, quandiù potest esse locus minùs subsidiario, vt per Socin. d. cons. 108. lib. 1. & habetur ex iuribus supra citatis. l. in magistratus. C. de magistr. conuen. §. sciendum, Instit. de satis. tutor. l. final. C. de liber. præter. nec enim pupillo licet peruertere iuris ordinem conueniendo magistratus, si eius demnitati consultum esse possit agendo contra fideiussores, aut cōtra tutores, vel hæredes ipsorum, sicuti nec licet matri agere querela inofficiosæ donationis, si eam reuocare possit remedio restitutionis in integrum. Et in terminis alimentorum præstandorum ab aliquo in subsidium tradit Gabriel. cons. 25. num. 17. 18. dicens prius excussionem esse faciendam contra primo loco obligatos, immò verò cum nec dum orta dicatur obligatio ad quartam, quasi verò nec purificata conditione, sub qua debetur, quandiù mulier fratres diuites habet à quibus alatur, immò magis versari videmur in terminis doctrinæ Bart. in l. edita. C. de edend. sub num. 14. qui dixit, cum duæ actiones contrariæ sunt non solùm exercitio, sed etiam origine, tunc non procedere regulam, quòd vnius electione tollatur altera; quia cum non nisi vna actio competat, non possumus dicere, quòd ibi cadat electio, quæ propriè cedit inter plura; videntur autem actiones istæ contrariæ in casu proposito ea ratione, quia si mulier extremæ paupertati occurrere possit, petendo à fratribus diuitibus alimenta, non esset ad-

mittenda ad petitionem quartæ, quæ inuenta fuit in remedium extremę paupertatis.

Sublatis igitur omnibus, quæ in oppositum afferrebantur, solidum, & stabile remanet fundamentum ad excludendum actricem à quarta ex eo deductum, quòd habeat fratres diuites à quibus alatur, remedium autem quartæ subsidiarium sit, & loco vltimi præsidij reseruatum. Quam conclusionem libentiùs Domini eo firmarunt, cum eam animaduerterent grauium virorum auctoritate confirmatam in indiuiduo; nam, & eam sequutus est Roland. à Vall. d. cons. 14. num. 19. & nu. 33. libr. 3. Decian. grauissimus author Responso 73. libr. 2. quod est duplicatum cons. 11. libr. 3. & Hieron. Gabriel magni nominis. d. cons. 142. num. 30. lib. 1. quos etiam sequitur Ioseph. Ludo. 2. tomo commun. opin. conclus. 35. limit. 2.

Sed aduersus hoc fundamẽtum ab auctoritate desumptum obijcit Clarissimus Menochius in Responso, quod edidit in hac causa pro D. Catherina, quòd doctores supra citati per transenam, & obiter locuti fuerint nulla ratione, nullauè lege, aut auctoritate moti, quæ ad rem faciat. Roland. enim solùm ad hoc citasse Caccialupum in l. frater à fratre. num. 107. ff. de
127 condi. indeb. quo in loco proposita quæstione † de patre habente tàm patrem, quàm filios diuites, concludit eum à patre prius, quàm à filijs alendum esse, quia magis à patre debentur alimenta filio, quàm à filio patri; cuius dictum sicut non potest conuenire casui nostro, cum non loquatur de fratre, ita neque ratio ab eo perpẽsa eidem accommodari potest, nec enim verum esse quòd frater, vel etiam pater prius teneantur alere filiam, vel sororem inopem, quàm vir, aut eius hæres vxorem, quinimmò maritum magis cæteris omnibus huic oneri vxoris alendæ obnoxium esse, ad tradita in l. 1. ff. solut. matr. & post mortem mariti eius hæres vxore in viduitate manente, tametsi patrẽ diuitẽ habeat, argum. l. vnicæ. §. ex actio. C. de rei vxor. actio. Bald. post Cyn. in l. final. C. de bonis mater. Marsil. in l. vnic. num. 217. C. de rapt. virgin. Socin. d. cons. 30. lib. 4. Alij videlicet Decian. & Gabriel. adducunt in argumentum

tum notata per ſcribentes in d. Auth. Præthereà, quo in loco nihil de fratre, ſolùm de patre loquuntur. Verum ab iſtis impugnationibus facilè defenditur argumentum prædictum, nec enim verũ eſt, quòd doctores prædicti per tranſenam, & quaſi aliud agentes locuti fuerint, cum immò argumentando pro fundamento adduxerint, quòd mulier fratres diuites habens à quibus eſſet alenda; ideò à quarta excludi deberet, nec vim iſtius argumentationis alia ratione euitarunt, preterquàm negando, quòd in caſu illo conſtaret de fratrum diuitijs.

Et dictum Caccialuppi citatum à Roland. communiter eſt approbatum, vt patet ex Cordub. d. l. ſi quis à liberis, in princ.
128 num. 7. & num. *36*. tametſi de fratre non loquatur, † maximè tamen deſeruit caſui propoſito, eius ratione perpenſa; nam ſecurè pater, priuſquàm filius conueniendus eſt ad alimenta; eo quòd magis debentur à patre filio, quàm è conuerſo à filio patri; ita frater prius conueniendus ſit à ſorore paupere ad alimenta, quàm hæres viri mortui ad quartam ſubrogatam in locum deficientium alimentorũ, cum magis debeantur à fratre alimenta ſorori, quàm à marito, vel eius hæredibus vxori inopia laboranti, & traditis communiter per ſcribentes, d. l. quod in vxorem. C. de nego. geſt. Nec ad rem facit, quod deſu
129 mitur ex d. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. actio. illud † enim procedit in caſu ſpeciali habenti ſeparatam rationem; nam ideò heredes viri alunt vxorem viduam intra annum, quia interim dotem retinent penes ſe, vt quaſi in compenſationem fructuum dotis, ex quibus mulier aleretur, ſi ſibi reſtituta fuiſſet, eidem alimenta præſtare tenentur, ita vt quàmuis mulier patrem, vel fratres diuites habeat, non ideò tamen hæredes viri ab alendi onere immunes eſſe debent, ſecus ergo ſi dotem non detinerent, immò verò reſtituta dote, nec pater, nec frater tenentur ad alimenta, quoties fructus dotis eidem alendæ ſufficerent, vt per Grabriel. d. conſ. 25. num. 15. & 16. & Bald. potiùs debuit allegari in cõtrarium; nam in d. l. fin. C. de bon. mater. reprehendit Malumbr. dicentem indiſtinctè viduam ab hæredibus mariti alendam, quia in eodẽ matrimonio perſeue-

seuerare dicatur; hoc enim intelligendum, vt fiat de fructibus dotis nondum restitutæ, vel si mulier sit indotata, tunc demùm si non suppetat vnde alatur; Atqui nemo dixerit aliundè non suppetere alimenta viduæ, quæ fratrem diuitem ad eorũ præstationem cogere possit, vltra quòd opinio existimantium hæredes viri ob dotem retentam in pecunia consistentem teneri alere vxorem, quàmuis crebriori calculo recepta sit, nullo tamen iure probatur, nec procedit sine scrupulo. Contrarium enim tenuerũt Petr. & Cyn. in d. §. exactio. Castr. & Iaso. in l. diuortio. ff. solut. mat. & alij plures nõ incelebrati iuriscõsulti.

Pariter etiam rectè procedit argumentum à simili desumptum per Gabriel. & Decian. ex traditis per scribentes in d. Auth. Præthereà, quatenus enim concludunt mulierem habentem à quo necessariò alatur, excludi à beneficio quartæ, licet exempli gratia loquantur de vidua habente patrem diuitem, non tamen intra hos terminos restringunt cõclusionem, quin etiam extendatur ad eam, quæ fratrem diuitem habet, cum solida differentiæ ratio quo ad id, de quo agitur inter vnum, atque alterum casum assignari non possit, eadem alendi necessitate vigente, & certè si communis est in patre, vt verè communis est, ac receptissima, communem quoque affirmare possumus etiam in quolibet, qui viduam alere teneatur; nec enim exempla restringunt regulam, sed declarant, cum præsertim hæc opinio de fratre loquens maiorem habeat in indiuiduo contradicentem, præterquàm Gozadi. qui communi opinioni consentit; ita tamen vt alimẽta à nemine alio præstanda, præterquàm à patre viduam à quarta repellente: & licet ex aduerso dicatur Iaso. Dec. & quotquot alij tenuerint contra cõmunem in patre, multò magis id ipsum in fratre responsuros fuisse, si de hoc fuissent interrogati; non tamen ipsorum est habenda ratio, quasi in indiuiduo locuti fuerint, quodammodo haberi possit, si communem conclusionem admitterent in patre, in fratre verò improbarent eiusdem opinionis, quòd vidua fratrem diuitem habens à quo alatur, à beneficio quartæ excludatur fuisse videtur, Bart. & Salicet. in d. l. quod in vxorem,

130 orem, si quis diligentiùs intueatur, alioqui † ineptè adducerent tex. Auth. Præterea, & in corpore, vnde sumitur, ad probandum maritum in subsidium teneri ad curandam, & alendam vxorem ægram indotatam, si aliundè ei non suppetant alimēta, nec patrem habeat, aut aliquem alium, qui ipsam alere tenentur, nisi eius opinionis omnino fuissent, quod non sit locus successioni quartæ in bonis mariti prædefuncti diuitis, nisi in defectum patris, fratris, aut aliorum qui viduam alere teneantur, quasi verò sensum habeant illa verba; nam si fortè alendi suppetat per modum conditionis apposita, & rursus illa, nihil habere valentes, sed in nouissima viuentes inopia, iuxta declarationem horum terminorum alibi factam ab eodem, Bart. in §. Item rescriptum, l. si quis à liberis supra citatæ; nam, vt antea dicebamus, omnis probatio sumitur ex notioribus, vt certè Bart. & Salicet. visi fuerint hoc tanquàm notoriùs supponere, quòd vidua non admittatur ad quartam, si aliquem habeat à quo necessariò sit alenda, siue patrem, siue fratrem, siue quemlibet alium, cum ex hoc inferatur, quòd neque à marito sit alenda, si patrem, vel alium habeat à quo alatur. Et ponderatio ex aduerso facta, quòd immò doctrina Bart. potiùs vrgeat in oppositum, scilicet deberi quartam mulieri sine dote ductæ, tametsi patrem habeat à quo alatur quandoquidē, neq; maritus viuens repetit expensas, quas fecit absque vlla præstatione, cauillosa magis, quàm subtilis Dominis visa fuit, cū negari non possit, quin Bart. adduxerit Auth. Præterea, ad probandum teneri maritum demùm vxorem alendam, si ipsa nec patrem, nec alium habeat à quo alatur, & cum in eius facultate fuerit protestari, quòd expensus fecerit animo repetendi; sequitur, quòd eas facere non cogeretur, quandiù vxor pa-
131 trem, aut alium ad id obligatum habet; † alioquin protestatio vana fuisset, cum in necessitatibus nemo liberalis existat, l. rem legatā, in fine ff. de alimēt. legat. l. si quis pro vxore. ff. de donat. inter. vir. & vxo. & protestatio in his, quæ dependent à iuris dispositione, non à libera voluntate nostra, nihil releuat protestantem, vt in terminis alimentorum præstitorum à ma-

tre

tre filio, notant scribentes, post glo. in l. si aliméta. C. de nego gest. Immò verò cum ex eodem Deci. qui inuehit contra cõmunem de fratre loquentem inops dici non possit, quæ fratri diuitem habet à quo alatur, in cap. Episcopus in 3. notab. de præbend. quem refert, & sequitur Cephal. cons. 216. nu. 14 cum sequen. Mascard. de probat. concl. 1154. num. 35. & sequẽtibus, satis ipse ex hac sua assertione conuincitur, quòd v dua fratrẽ diuitẽ habens à quo alatur, excludatr à quarta, quia nec inops, cum dicta successio quartæ, nõ nisi inopi debeatur.

## SVMMAE COMPENDII *totius Decisionis.*

1 *In casu proposito, inter alio cessat, quòd non est actrix in extrema inopia.*

2 *Fructus dotis, iunctis operis, sufficiunt ad parcè viuendum.*

3 *Quæ singula non prosunt, simul iuncta valent.*

4 *Opinio, quæ nos reducit ad ius antiquum, proferri debet.*

5 *Item, quæ magis tranquillum statum ciuitatis reddit.*

6 *Rota Romana solùm præ oculis habuit, quòd illa fæmina non erat indotata, nec inops, iunctis operis, quas solita erat exercere viuo marito.*

## ARGVMENTVM.

¶ *Compendium totius Decisionis, in quo breuiter omnia supradicta perstringuntur; & decisio Rotæ Romanæ tanquàm fauorabilis hæredibus ponderatur.*

SIVE igitur, quia D. Catherina congruè dotata fuerit, quo casu silet prouisio quartæ, cum Imperator non alijs prouidere voluerit, nisi mulieribus indotatis, & puro affectu ductis, aut ita tenuè, & incongruè dota-
1 tis, vt nec dotatæ videri possint, † siue quia cesset

cessset alterum requisitum extremæ scilicet inopię,& quòd do tis fructus ad alimenta ipsius sufficere possint, præsertim eadē
2 arbitrando † parcè, & dummodo succurratur necessitati naturæ, saltem verò iunctis operis, ad quas satis adhuc idonea visa fuit, cum fere citra laborem vllum etiã à sedente, quamuis sene præstari possint; ex quibus etiam viuente marito quęstum facere solebat, siue quia non dicatur in statu extremæ mi seriæ constituta, cum fratres diuites habeat, à quibus ali po-
3 test,†& multò magis ex omnibus simul iunctis Domini resoluerunt contra actricem ad fauorem hæredum, quorum etiam causa & benignior,& fauorabilior esset tanquàm reorum,l.fa uorabiliores.ff. de reg. iur. l. Arianus.ff. de actio. & oblig. & tanquàm possessorũ,argument.notat.per Socin.in l. qui duos. §.cum in bello.num.4.ff.de rub.dub.per Deci. & Cagnol.in l. in pari causa.ff.de regul.iur. Et tanquàm uumero plurium, cũ ex tribus cohæredibus adsint quatuordecim impuberes filij, inter quos octo feminæ, vt certè modicum quid vnusquisque sit accepturus ex Prosperi patrimonio, argumento eorũ, quæ habentur per Nat.cons.605.num.12.lib.3.Cum præterea ani maduerteretur dispositionem Auth. Præterea, secundùm aliquos correctoriam iuris communis, secundùm alios limitatoriam,ex mente autem omnium exorbitantem,odiosam,& stri ctè intelligendam; vt quominus fieri possit per eam ius commune lædatur, minusq; præiudicium inferatur hæredibus cõiugis prædefuncti,vt per Cor.d.cons.252. & alios supra cita-
4 tos,cum in dubio illa † opinio sit amplectenda,quæ nos reducit ad ius antiquum, & primæuum, vt per Neuizan. cons.69. num.8.Crauet.cons.174.num.7.latè Decian. responso 74.nu. 53.cum sequent.lib.3.prout etiam,quando res dubia dici posset,quam tamen Domini & claram, & apertam pro hęredibus esse dicebant, tutius esse putarunt eam opinionem amplecti,
5 † quæ tranquillum Ciuitatis statum magis fouere, & conseruare possit,interest enim reipublicæ ciues pacatos habere, & litiũ semina quoad vsq; fieri possit funditus extirpare, ideoq; spectet ad officium iudicis illam sententiam amplecti,per quã

litibus

litibus occurratur, l. quidam existimauerunt, in fine. ff. si cert. petat. l. ęquissimum, in princ. ff. de vsufruct. Decian. respon. 70. num. 40. lib. 3. quarum occasione, ac veluti fomentum paritura fuisset sententia lata ad fauorem mulieris, cum vix ex nullis dotibus anteà frequentari solitis in hac perillustri ciuitate, vna reperiatur, quę viduę pro dignitate alendę sufficere posset; ita confusus, ac turbatus in multorum successiones, quod certè tranquillum ciuitatis statum turbare poterat.

Denique alacriore animo in hanc sententiam descenderũt, quam in casu non absimili Rotę Romanę probatum esse videtur ex conclusionibus per eam firmatis; primò, quòd dos ducentorum, inspecta qualitate vtriusque coniugum congrua dici posset, quod congruitas dotis metienda sit inspecto tempore, quo constituta fuit, non autem mortis viri, quod dictum Bald. communiter approbatum inquantum extendit tex. de indotatę loquentem ad eam, quę parua dote ducta fuit, ex cómuni sententia sit intelligendum, cum dos parua fuerit notabili paruitate, vt pro non dote sit habenda, quòd quarta in subsidium deficientium alimentorum fuerit inducta, approbato in hoc cons. Ceph. 224. Ideoq; cesset vbi mulier tantùm habeat, vndecunque illud habeat, vt nec mendicare cogatur; Et subinde vim fecerit in operis, quas mulier illa etiam viuente marito pręstare solebat, ex quibus victũ sibi suppeditare posset. Pręterea, & in legato alimentorum à marito relicto vxori, ex quibus omnibus saltem simul iunctis resoluit ad fauoré hęredum. Nam, & in casu nostro, dos inspecto tempore cótracti matrimonij congrua censeri debet ab artifice muliere, artifici viro, à Pistrice, scilicet Pistori constituta, cum fuerit librarum. 150. ideoq; dictum Bald. in ea verificari non posse, cum non sit tenuissima, nec parua notabili paruitate, & per cósequẽs nec locũ esse dispositioni Auth. Pręterea, quę solùm indotatis, aut incongruè, & tenuissimè dotatis, vt nec dotatę videantur prospexerit, prout etiam fundamẽtum fieri debuit in operis, ex quibus etiam viuente marito quęstum faciebat, & in diuitijs fratrum, à quibus necessariò sit alenda, cum multò ma-

tò maior ratio uigeat in alimentis à fratre ſorori debitis, vt excludatur à quarta ad inſtar eorum, quæ debentur à patre filiæ ex receptiſſima ſententia,cum eadem penitùs ſit in vtroq; ratio, quàm in alimentis perquirendis ex legato per maritum vxori relicto contra communem. Nec enim principale fundamentum factum eſt à Rota Romana in ignobilitate, & vilitate illorum coniugum,vt ponderatur ex aduerſo,ſed in eo, quòd mulier nec indotata, nec inops dici poſſit; & ſi quod diſcrimen inter illos coniuges, & iſtos conſiderari poſſit, illud certè adeò eſt exiguum,vt parui momenti viſum fuerit habere poſſe ad variandam iuris diſpoſitionem,cum plus,& minus non faciunt rem ſpecie differre;l.final.ff.de vſufruct.

*Cæſar Barzius Eugubinus* PRAETOR.
*Fabius Timeus de Bõſerinis Vrbeuetanus Auditor Rotæ.*
*Ioacchinus Scaynus Salodianus Auditor Rotæ.*
*Ioannes Guidius Volaterranus Auditor Rotæ.*
*Io. Antonius Filippa Taurinenſis Auditor Rotæ.*

DE-

# DECISIO SACRÆ ROTÆ ROMANAE.

## Romana portionis hæreditatis.

Mercurij 5. Maij 1574.

SVMMARIVM.

1 *Multa simul vnita id operantur, quòd singula separatim non operarentur.*
2 *Vidua relicta si est persona uilis, & solita laborare viuente marito, non dicitur pauper si suis laboribus potest acquirere uictum, & num. 5.*
3 *An quis sit pauper relinquitur arbitrio iudicis.*
4 *Rusticus habens centum lib. dicitur diues; & nobilis habens mille, dicitur pauper.*
6 *Pater non tenetur alere filiam, quando sua industria viuere pot.*
7 *Inops, idest nihil habens.*
8 *Dos 200. Aureorum in vili persona, dicitur magna.*
9 *Vxori non debetur legitima in bonis mariti.*
10 *An mulier dotata habeat beneficium Auth. nostra? Et quid in dote parua. num. 11.*
12 *Parua dos intelligitur de notabili paruitate.*
13 *An legatum factum à marito vxori sufficiens ad alimenta, faciat cessare hanc quartam?*
14 *Paupertas mulieris, an ad tempus contracti matrimonij, an tempus mortis mariti referatur?*
15 *Mulier congruè dotata, & solita operari, non habet beneficium istius quartæ.*
61 *Dos congrua à principio auctis facultatibus patris, non est augenda*

*da, & quòd in legitima computetur.*

17 *Statuto disponente filias esse contentas dotibus suis, an possint infra legitimam dotari?*

18 *Qualitates plures in facto consistentes, considerantur vsque ad finem.*

FVIT resolutum dispositionem Auth. Præterea.C. vnd. vir.& vx. & .§.quoniã, de exhib.reis,& §.quia verò, Auth. vt lic. mat.& au. nõ intrare in casu, de quo agitur, quàmuis enim materia visa sit Dominis latissi-
1 ma, & difficilis † ex pluribus simul iunctis, quæ hic concurrunt, quorum aliqua videlicet si sigillatim cõsiderarentur, fortè non sufficerent, vel saltem essent dubia; tamen omnibus ita coniunctim, attentis visum est in hoc casu
2 cessare prædictã Auth. Et primo placuit ratio, ꝗ † quando vxor est persona vilis, & solita laborare viuente marito, si cũ eisdem operis potest se alere, non dicitur pauper, nec intrat
3 Authen. Præterea, cum† paupertas in hoc casu sit remissa arbitrio Iudicis secundum qualitatem personæ, Corn. Bald. Ro. & alij in d. Auth. Præterea, & vt hic per informantes Couar. var. resol. l. 5. cap. 6. num. 8. qui plura congerit facit. Dec. cons. 163. num. 5: 6. Ruin. cons. 55. num. 4. 5. lib. primo Tiraq. de nobil. cap. 20. num. 156. 158. in terminis d. Auth. cum alijs
4 allegatis per Dominos, in quibus Doct. † Rusticum diuitem vocant si habeat centum, licet nobilis, dicatur pauper si haberet mille, ergo ipsa Ant. & ex sui natiuitate, & quia fuit vxor Ortulani, & ex alijs, de quibus per informantes, fuerit vilis, præsupponitur probatum per testes. Item & eius maritus mortuus, quia erat Rusticus, Tabernarius, Laborator Vinearũ, vt præsupponitur etiam probatum, ex cuius ignobilitate infertur etiam ad vilitatem vxoris, per vulgar. notata à Tiraq. vbi supra num. 163. & in materia constituendæ dotis per quã plura vulgata, & maximè, quòd cum maritus, & eadẽ vxor exercerent artem locandi lectos, quàm cenaculariã vo-

cant eodem mortuo, potuit ipsa etiã senex easdẽ artes exer-
5 cere,& eo modo viuere quò hactenus vixerat;quo casu † stante tali vilitate,& exercitio, non potest dici tàm inops, & egena,vt ineret dispositio prędictæ Auth.vt per Roland.cons.14. num.13.16.& 45.lib.3. Idem Socin.cons.30. num. 12. lib.4. quoniam exercendo officia mulierum suę qualitatis se susten-
6 tare potest, vt in simili † dicunt patrem non teneri alere filii inopem quando ex industria viuere potest l. si quo à liberis in princ.iunct.§.sed filius,& ibi Bart.de liber.agnos. cum aliis cumulatis per DD.in præall. locis,qui casus est in fortioribus terminis,quia alimenta debentur filio de iure naturali;vt per
7 eos, huc pertinet verbum † inops,de quo in d.Auth.Præterea, idest,quòd nihil habet,Socin. d.cons.30.Alex.cons. 71. nu.3. lib.7. Afflic.decis. 119 num. 4. cum maximè vltra exercitium
8 † habet dotem scut.200. & donationem propter nupt.50.quæ dicitur magna dos,attenta qualitate personæ ꝑ Abb.& Soc. alleg.Bero.cons.110.num.15.lib.1.vbi volunt,quòd personæ vilis habens centum in bonis dicatur diues, prædicta tãtò magis placent,quia d. Auth.Præterea,est odiosa, & cõtra ius cõ-
9 mune, † quia vxor non habet legitimam in bonis viri, & est exorbitans, vt dicunt ibi DD. & Roland. d. cons. 14. circa
10 princ.& alij plerią;. Item etiam quia sumus † in fœmina dotata,in qua multi grauissimi Authores tenuerũt Auth.non procedere,& Socin.d.cons.30.& cons.121.num.38.cum seq. qui refert vsq; ad tempora Bald. omnes ita tenuisse, & verè d. Auth. loquitur tantùm de indotata, & licet hodie communis sit contraria in dote parua,tamen quia hæc materia est maximè controuersa,quia tex.de indotata clarè loquitur, ponderãdo etiã eum,prout ponderat principaliter Soc. d. cons. 121. num. 38. cum seq.lib. 4.& in d. cons.30.eodem lib.4. Alciat. in loco allegato, & fortasse etiam idem tenet Bero. in cap. Raynutius nu.159.160. dum ait vxori indotatæ videbatur,& cum Socin. fortasse tenet Tiraq. de Iud. & in reb. exig. fac. carta mihi 33.vers.nono, ex hoc infert Bald. in hac materia, videbatur aliquibus ex Dominis potens argumentum, quia

præfatum

præfatum remediũ Auth.Preterea,videtur introductum ad si militudinẽ l. fin. C. de repud. quæ videt̃ procedere tantũ in indotata, vt per eos; quia tamen prædicta Authen.Preterea,
11 † procedere in dote parua referunt commu. esse Socin. d. cons. 30.num. 7.Salic.in d. Auth. Præterea,& ex Castr.& Rimin. in l.2.sol. matr.licet Socin. prædicto cons. 30. & in alio 121.sub num.38.vt supra dixi,teneat contrariam communem etiam esse refert Roland. à Vall. cons. 14. lib.3. in loco allegato, quia est identitas rationis in dote modica, & nulla in vers. hanc quoque partem ex mente Nicol. de Vbald. Angel. in tractat. de test. seis.l. 1. sol. matrim. & plurimorum aliorum, quos congerit potissimũ Paris. & Dec. & aliorum recentiorum; præfatam etiam opiniouem Bald. dicit communem Dec. ibi num. 5. cum alijs allegatis, quibus addi possunt Nic. de Vbald. de success. ab intest. in quarta parte,num.8.& Matthesil.de success.ab intest.in 4. articul. in princ.num. 22. cum alijs, quos etiam refert Tiraq.d.versic.
12 Nono,placuit Dominis verbum † parua, intelligi de notabili paruitate, non de simpliciter parua,& hanc etiam communẽ referũt mod.in d. Auth.Præterea,& ita in effectu de tali paruitate,de qua dicitur,parum,& nihil æquiparantur, vt videtur esse de mente Bald. supra alleg.& Socin.d. cons. 30.quàm distinct. tenet.Corn. d. Auth. Præterea, num.4. & moderni,vt supra,cum qua etiam transit Cur. Iun.num.7. vers. circa istud secundum,& videtur esse de mente Aret. in d. Authen.Præterea, num.2. dum dicit, quòd ista æquiparantur ad beneficium consequendum, nihil habere, & minimum habere. Idẽ videtur etiã de mente Matthes. vbi supra, vbi dicit, paria sunt non habere dotem,vel habere, & valdè modicam; paruã autem dotem dicebant Domini non videri in quæstione proposita in 200. scut. & donatione prædicta de 50. duc. per prædicta addebant aliqui Domini in fortioribus terminis, ꝙ
13 in muliere,quę 300. lib.tantùm in dotem habebat, & † cui ex testamento per maritum erat factum legatum,ex quibus omnibus ipsa se alere poterat, cessat dispositio d. Auth. dictum

Rim. conſ. 114.nu. 7. cum plurib. ſeq. maximè num.14.15. lib. 2. vbi vult, quòd ceſſante inopia, & quomodocunque habeat alimenta vxor, puta, quia habeat patrem diuitem, vel per legatum ſimile, ꝙ ſemper cenſeatur ceſſare diſpoſitio d. Authen. à ratione ceſſante, & mente d. Authen. Præterea; quia tamen quòd legatum faciat ceſſare d. Auth. videtur contra illum tex. & contra Doct. prędictos, licet aliquibus Dominis placerẽt reſpõſiones, quas idẽ Rimin. in fine accommodat; tamen ſuper hoc ſolo Domini non ſe fundarunt; ſed iungẽdo cum qualitatibus pręnarratis, videtur eas adiuuare, & confirmare, placebat etiam ad idem Ceph. conſ. 224. nu. 10. 11. 12. & 13. 2. par. q in ſpecie loquiť in caſu noſtro, in legato facto vxori, ex quo ſe poteſt alere ea ratione quia, cum dies legati cedat à morte mariti, eo tempore impoſsibile etiã videtur eam dici inopem, ꝙ etiam pluribus rationibus hoc ipſum comprobat, vbi omnino vult ceſſare d. Auth. vbi tantũ habet, quòd non cogatur mẽdicare quomodocunque habeat, & tantò magis ſi habeat ex legato à viro, Ceph. refert, & ſequitur Rimin. d. conſ. 114. & multis deductis in contrariũ reſpõdet, & quòd ceſſante inopia vxoris ſuperſtitis, quaſi ceſſante cauſa finali d. Auth. Præterea, ceſſet d. Auth. placuit, Dec. conſ. 24. ante num. primum, vbi apoſtil. ex quibus dato

14 etiam, quòd † paupertas vxoris non tempore contracti matrimonij, vt quamplures exiſtimant, ſed mortis attendẽda eſſet, vt communem eſſe refert Rolan. à Vall. conſ. 15. num. 5. lib. 3. qui plures rationes, & auctoritates refert, & cõprobat, & videtur eſſe de mente tex. in d. Auth. Præterea, & d. §. quoniam, &. §. fin. de exhib. reis; quàm dixerunt Domini eſſe latiſsimam quæſtionem, vt per eundem Roland. d. conſ. 15. qui latè diſputat, & innumeros vtrinque congerit, tamen attenta prædicta conſideratione legati cedentis à morte tolli, immò retorqueri videtur, de cuius tamen dicti veritate non eſt viſum Dominis neceſſarium in hoc caſu plenè agere, ſtantibus ſupra conſideratis, cum an quis poſsit dici diues, vel pauper in terminis Auth. Præterea. C. vnd. vir. & vx. ſtetur arbirrio Iudicis, iuxta gloſ.

glos.ordinaria in d. Auth.Præterea, quàm communiter approbatã post scrib.ibi refert Socin. cons.nu.2. ex mente DD. in prædicta Auth.& Bart.in l.si constante in 7. quæst. princ. arbitrati sunt Domini in questione prædicta mulierem nõ esse dicen. pauperem ad effectum, vt intret prædicta Auth. de
15 qua agitur, † cum prædicta eius dos fuerit congrua,tàm respectu dantis, quàm recipientis,& cum ipsa sit vilis, & in matrimonio, & post operari solita esset,maximè placebat in hoc Socin.cons. 121.nu.45. cum seq. lib.4. vbi loquitur in nobili Senensi,& vult,ꝙ operari debeat, quando ex consuetu. nõ est dedecus. Et vltra supra deducta, & pro cõfirmatione ꝑdictorũ placebat Dñis pulcra ratio etiã planè in terminis,an quòd
16 dos sit † parua, vel congrua ad effectum, vt in ista materia aliqua dicatur indotata non est receden. à reg. iuris communis quę volunt, vt habeatur ratio temporis constitutę dotis, quæ dos cõgrua succedit loco legitimę per vulg.in tantùm,vt nec augeatur auctis facultatibus patris, si tempore quo fuit assignata fuit congrua, quando sit iussa à statuto esse contenta dote congrua, Bald. Auth. res quæ, nu.16. C. communia, de leg. Ruin. in l. Gallus.§. & quid si tantùm num.174. de lib.& posthum,& cons.56.num.14. lib.3. latè per Moder. allegantes,Aymo.cons.11.nũ.14. & in tantùm est verum,vt si extet
17 † Statutum,quòd extantibus masculis,fœminę sint contentæ dote data,quo casu solet quæri an possint infra legitimã dotari,et communiter dicunt Doct. quòd sic,vt per Bald.d.Auth. res quæ,num.16. cum latè congestis per Moder.alleg. tamen si dos esset exigua,vt constare posset filiam esse enormiter læsam,tunc posset conqueri ; sed hæc læsio est consideranda non secundum tempus mortis patris,sed secundum tempus dotis constitutę,vt per Modern.alleg. sic in casu proposito in Iudicando an dos sit talis,quæ ęquiparetur non doti, inspiciendũ est tempus dotis constitutæ, quo casu non est dubiũ tunc fuisse congruam,& decentem,plura similia puta,in legitima in lęsione ex contractu,in donatione inofficiosa, quæ considerantur secundum sua tempora, ponunt ibi Modern. præallegati,

qui plura ad hoc congerunt, ex quibus omnibus, vt dixi, simul consideratis, fuit conclusum in casu proposito Dominã Antoniam non potuisse vocari indotatam, nec inopem, nec si viueret, posse hanc quartam in bonis mariti prędefuncti consequi ter nec hodie per eius hęredẽ posse eam cõsequi, & in effectu non intrare in casu de quo agitur dispositionem. §. quoniam verò, Auth. de exhibend. reis nec sæpè allegatam Auth. Præterea C. vnd. vir. & vxor.

18 Pręsupposito † quòd Io. Maria de Belestrerijs fuerit vilis persona, & ignobilis, natus in villa Acciolę Parmensis Diœcesis.

Et quòd fuerit Vinearolus, postquàm ad Vrbem venit, laborator, & putator vinearum, Caupo, & tenuerit lectos locandos, & mensurator salis in Capitolij salaria vltimo vitæ suæ tempore.

Et quòd aliquas pecunias secum exportauerit, quando ad vrbem venit.

Et quòd Antonia eius vxor fuerit prima vxor alterius Viniaroli, & etiam Ancilla cuiusdam Hispani, & quòd nupserit eidem Io. Marię, dederitq; scutos ducentos in dotem, & sunt ferè xxxv. anni, & sic fuerit congruè dotata. Et quòd Io. Maria eius industria, ac parsimonia constante matrimonio fecerit patrimonium sex, vel septem millium ducatorum.

Et quòd paulò ante eius obitum condiderit Testamentum in quo hæredẽ vniuersalẽ instituerit Alex. Lodium Parmensẽ, sed non in aliquo vinculo cognationis sibi coniunctum, & reliquerit D. Antonię eius vxori scuta xxx. quolibet anno eius vita durante. Itẽ quattuor Butilia Vini. Itẽ duos lectos finitos, cum duobus paribus linteaminum pro quolibet lecto, cũ vsu cãtinæ domus ipsius Testatoris quo ad ipsa vixerit. Item omnia apparamenta, tàm linea, quàm lanea cum medietate credentiarum, ac capsarum in domo prędicta existentium, licet vsum omnium aliarum massaritiarum communem cum prædicto hærede quò ad ipsa vixerit, cum vsu, & habitatione in Domo ipsius Testatoris, & duas Cameras ad electionẽ D. Antonię, cum hoc, quòd D. Antonia valeat in eius aula superiori

ri retinere duo lecta ad beneplacitum ipsius D. Antoniæ, vt patet ex testamento, cuius copia datur.

Item, quòd D. Domina Antonia transegerit cum Alexandro Lodio die 13 Maij 1569. quòd se obligauerit vltra legata etiam suis sumptibus alere, & ei dare singulis annis scuta quindecim vsque quo illa viueret, & centum alios scutos in contantis, & in euentum in quem instrumentum dotale reperiretur, promisit vltrà scutos centum ei dare vsque ad summã scutorum 250. ad quàm dos, & donatio propter nuptias ascẽdit, vt apparet, ex instrumẽto transactionis, cuius copia datur.

Item, quòd acceptauerit legatum relictum sibi à marito, & de eo fecerit quietãtiam Alexandro Lodio hæredi die quarta Iulij 1570.

Et quòd Antonja non obstãte legato sibi relicto à marito, & transactione inita, & legati acceptatione, intentauerit remedium Auth. Prætereà. C. vnd. vir. & vx..

Et quòd ferè cepto iudicio mortua, instituerit sibi hæredẽ vniuersalẽ D. Petrũ Mancinum illi prorsus extraneum, quòd ab ea ceptum iudicium prosequutus sententiam ad sui fauorem reportauit.

An stantibus prædictis Domina Antonia potuerit vocari indotata, & consequenter inops, ad effectum vt illa si viueret, vel eius hæredes possint habere quartam in bonis mariti præ defuncti, & ineret. §. quando verò Auth. de exhib. reis, & Authen. Præterea. C. vnd. vir. & vxor.

# CONSILIA PRO ACTRICE.

## CONSILIVM PRIMVM.

### SVMMARIVM.

1 MVLIER quæ potest operari, & sibi victum quærere, non videtur habere beneficium Auth. Præterea. C. Vnd vir. & vxo. secundum vnam opin.
2 Senes, & aduersa valetudine laborantes, non dicuntur posse operari.
3 Mulier congruenter dotata excluditur à beneficio Auth. Præterea.
4 Auth. Præterea, habet locum in muliere incongruè dotata, & est communis.
5 Dos congrua, vel incongrua, arbitrio iudicis terminatur.
6 Iudex inspectis facultatibus, & dignitate viri, & mulieris, & consuetudine loci, & qualitate, & varietate temporum, arbitrabitur quantitatem dotis.
7 Quo ad Auth. Præterea, dos incongrua illa dicitur, quæ non sufficit ad alendam mulierem.
8 Alimenta ex fructibus debent haberi, nec proprietas vendenda.
9 Dos, quæ tempore contracti matrimonij erat congrua, tempore mortis mariti potest esse incongrua.
10 Alimenta præstantur secundum qualitatem personarum inspecto tempore, quo præstantur.
11 Dignitate personarum aucta, augenda sunt alimenta.
12 Dignitas transuersalium nobilitat omnes transuersales vsque ad quartum gradum.
13 Dotis congruitas an consideranda, inspecto tempore contracti matrimo-

trimonij, an tempore mortis mariti?

14 Auth. Praterea, fundatur in hac ratione, ne mulier in dedecus transacti matrimonij, cogatur mendicare.

15 Exemplis non iudicandum.

16 Minima variatio facti, maxima variatio iuris.

17 Frater diues tenetur alere sororem inopem.

18 Cessante causa priuilegij, cessat priuilegium.

19 Mulier quæ aliundè habere potest alimenta, non habet beneficium Auth. Præterea, secundum vnam opin.

20 Coniuges habent beneficium inuicem petendi alimenta, quod cessat si aliundè possunt ali.

21 Mulier sciens operari, & lucrari, non habet beneficium Auth. nostræ secundum vnam opin.

22 Auth. Præterea remedium subsidiarium, quando aliundè non potest mulieri succurri.

23 Quis magis à coniunctis, quàm ab extraneis alendus est.

24 Mulier habens patrem diuitem excluditur à beneficio Auth. Præterea, secundum vnam opin.

25 Paria sunt quem teneri ex dispositione testatoris, vel legis.

26 Mulier habens patrem diuitem, non excluditur à beneficio Auth. nostræ. secundum aliam opin.

27 Mulier non excluditur à beneficio Auth. Præterea, licet aliundè possit habere alimenta, secundum aliam opin.

28 Mulieri debetur quarta ex d. Auth. quàmuis habeat filios diuites.

29 Matri debētur alimēta à filijs, vti filijs, nō vti ab hæredibus patris.

30 Quarta quæ debetur ex hac Auth. non succedit loco alimentorum.

31 Quarta ista debetur mulieri, etiam quādo est factum legatum mulieri sufficiens ad alimenta.

32 Mulier videtur repelli ab ista quarta si habet propriam substantiam, non si aliundè potest ali.

34 Quis non debet ire mendicando alimenta, per manus aliorum.

35 Mulier quàmuis habeat fratres diuites, tamen dicitur in casu necessitatis constituta, si non habet propria bona.

36 Mulier habet electionem petendi, vel alimenta à fratre diuite, vel quartam vigore Auth. Præterea.

Reme-

37 *Remediũ petendi quartã, præponderat remedio petendi alimẽta.*
38 *Remedium quod plenius prouidet, præfertur.*
39 *Verbum aliundè, quid importet.*
40 *Officium iudicis non præsupponit obligationem.*
41 *Statutum potest auferre beneficium dotis, & legitimæ, quando filij habent vnde se alant.*
42 *Longè melius est mulieri habere patrem diuitem, quàm fratres.*
43 *Mulier quæ habet actionem ex testamento ad alimenta, dicitur habere propriam substantiam.*

EX ijs, quæ in facti narratione deducuntur, colligitur multipliciter opponi, & excipi aduersus hanc mulierem petentem quartã in bonis secundi mariti defuncti ex beneficio Auth. Præterea. C. vn. vir. & vx.

Duæ sunt exceptiones ab ijs, quæ in facto
1 præsupponuntur, penitus elisæ; illa scilicet, quòd hæc † mulier operetur, & ex operis suis victum quærat; etenim præsup-
2 ponitur probatum eam non posse operari, tum propter † senectutem, tum propter aduersam corporis valetudinem, & præterea ex infra dicendis apparebit, nec etiam decere, quod operetur. Item altera illa exceptio ex bonis primi mariti quartam petere posse; præsupponitur enim primum maritum decessisse pauperem, & propterea has duas exceptiones sub silentio præteribimus.

Remanent duæ aliæ exceptiones, super quibus versabitur præsens nostra hæc consultatio.

3 Prima exceptio est, mulierem hanc habere † dotem congruam; & propterea excludi à beneficio Auth. Præterea, quæ & si loquatur in muliere indotata, extenditur, vt habeat lo-
4 cum etiam in muliere dotata, sed † habente modicam dotem, & incongruã dotem, vt ibi per Bal. Paul. de Castr. Alex. Dec. & cæteros, & hanc esse communem opinionem testantur ibi Dec. & posteriores, & Rol. cons. 14. num. 34. in 3. vol.

Quòd attinet ad primam hanc exceptionem, præmittendum

dũm est priori loco, quòd & si Iudicis arbitrio committendũ
5 videatur, † quæ dos congrua, vel incongrua dicatur, ex sententia multorũ, inter cæteros Soc. sen. cons. 288. col. 8. in 2. Ruin. cons. 52. num. 13. in 2. Curt. iun. in Auth. res quæ, num. 11. C. com. de legat. & Tiraquel. in l. si vnquam in verbo omnia, vel partem, num. 31. C. de reuocand. donat. qui Iudex arbitrari
6 debebit dotem congruam, vel incongruam † pro modo facultatum, & pro dignitate viri, & vxoris, iux. tex. in l. quæro, in l. cum post. §. gener ff. de iur. dot. & in l. si filiæ deleg. 3. & tradit Afflict. decis. 337. nu. 9. Cõsiderabit etiam loci, regionisq; consuetudinem, vt per Grammat. post alios decis. 101. nu. 69. & præterea temporis qualitatem, & varietatem, vt per Soc. sen. cons. 57. num. 31. in 4. tamen in proposito (& sic vbi agitur de consequenda quarta in bonis mariti defuncti, & bene-
7 ficio Auth. Præterea) † dos modica, & incongrua dicitur illa, quæ non sufficit ad alendam mulierem, & ex qua mulier viuere non potest, ex sententia Bal. in præcitata Auth. Præterea, quem ibi sequuntur posteriores, & esse communem Doctorum, sententiam testatur ibidem Fabian. & Soc. Sen. consil. 30. num. 20. in 4. & intelligitur, quòd fructus dotis non suf-
8 ficiant, † quia alimenta ex redditibus præstantur, nec pro eis rerum proprietates alienari debent, l. 3. §. modum ff. vbi pupill. educari deb. l. Imperator. ff. ad Trebel. Bar. in l. pen. ff. de alim. & cib. legat. cum simil. vt per Crauet. cons. 199. num. 11. & cons. 219. num. 9.

Secundo, & posteriori loco prætermittẽdum est mulierem
9 hanc, si quidem spectamus † tempus contracti matrimonij, videri habuisse congruam dotem, etenim filia artificis nupta prius cuidam Pistori cum dote lib. 450. Bonon. nupsit secundo viro pariter Pistori cum dote lib. 1350. si cum spectamus tempus mortis mariti habere modicam, & incongruam dotem, eius enim vir locuples dimissa arte per plures annos ante mortem continuò cum eius vxore honorificè vixit ex redditibus prædiorum, habitando ædes nobiles à se emptas, & retinendo seruientes, equum, & similia, & sic coniuges isti, qui

tempo-

tempore contracti matrimonij videri poterant vilis cōditio
nis effecti, fuerunt personæ honorabiles, & honestæ con
ditionis, quò fit dici non posse dotē sufficere ad alendam hanc
mulierem, etenim inspecto tempore mortis mariti debentur
10 alimenta, † vti mulieri honorabili, & honestæ conditionis ali
mēta enim præstari debent secūdùm qualitatē, & conditionem
personarum, l. 2. & 3. ff. vbi pupill.educ. debeat: & per Bal.
11 cons.221. in 4.& † aucta dignitate personæ, alimenta etiam
augeri debent, sicuti augentur aucta persona pupilli, l.cum
vn⁹. §. vlt.ff.de alim.& cibar.legat.& post alios tradit Gozad.
cons.95. nu.4. & istius mulieris conditio ex eo honorabilior,
& honestior existimari debet, quia post contractum matrimo
nium nacta fuit duos fratres patrueles Reuerendissimos Epi
scopos, alterum Episcopum Regiensem, alterum Episcopum
12 Venusinum; † nobilitas enim transuersalium transit tàm in
masculos, quàm in fęminas vsque ad quartum gradum, vt scri
bit Tiraquel.de nobilitate cap.17.& 18. neque dubitandum,
quando etiam in casu, de quo agitur, arbitrio Iudicis commit
tendū esset, quæ dos congrua, vel incongrua dicatur, vt voluit
Rol.cons.14.num.35.in 3.quia inspecto tempore mortis ma
riti, quilibet bonus Iudex esset arbitraturus, stantibus prædi
ctis, hanc esse modicam, & incongruam dotem.

Modò his ita præmissis, difficultas circa hanc primàm ex
ceptionem redigitur ad hunc punctum, an scilicet quo ad effe
13 ctum excludendi mulierem à beneficio Auth.Præterea, † con
gruitas dotis considerari debeat, habito respectu ad tempus
contracti matrimonij, an verò habito respectu ad tempus mor
tis mariti, Soc. sen. cons.30. in 4. ex pluribus nititur probare
esse considerandam dotis congruitatem, habito respectu ad
tempus cōtracti matrimonij, opinionem Soc. sequutus fuit ex
ijsdemmet considerationibus Fabian. eius discipulus in Auth.
Præterea, num. 110. probant etiam Alc. cons.262. & Hier.
Gabr. cons. 142.

Contrarium scilicet dotis congruitatem etiam consideran
dam, habito respectu ad tēpus mortis mariti voluerūt Andr.
Sicul.

Sicul.conſ.74. col.3 .in 4. Corn.conſ.4. col.vlt. & conſ.224. col.1. in 4.Dec.conſ.24.col.1. & 2. & in Auth. Præterea,Benedict. in cap.Raynutius in verſ.vxorem nomine Adelaſiam, num.244.de teſt.Curt.iun.in Auth. Præterea, Tiraq. in tract. ceſſante cauſa, in 4.limitatione num.12.& Rol. referens prædictos conſ.15.in 3.quibus accedere videntur , Alciat.lib. de verb.ſign.nu.80.Rim.ſen.conſ.114.in 1.& Cephal.conſ.244.

Nos probamus , & amplectendam eſſe putamus posteriorē hanc opinionem , tum quia eſt communis opinio , vt conſtat ex præallegatis , tum quia in puncto iuris eſt probabilior , & verior opinio,quod quidem pluribus ſolidis fundamentis demonſtrarunt Andr.Sicul.in præalleg.conſ.74. in 4. & Rol. in præalleg. conſ. 15. in 3. quæ hic tranſcribere ſuperuacaneum duximus. Illud autem videtur præcipuum; videlicet ratio,ſuper qua fundatur diſpoſitio Auth. Præterea , quam rationem
14 omnes prędicant fuiſſe,† vt ſubueniatur inopię ſuperſtitis cōiugis , ne cogatur in opprobrium tranſacti matrimonij mendicare,& egeſtate,& famæ laborare, & in ſpecie omnes ita dicere circa hanc rationem ſcribit Soc.ſen.conſ. 121. ſub num. 32.in 4.& eſſe communem Doctorum ſententiam teſtatur,referens per multos Rol.conſ.15.ſub num.5.in 3.

Quod vero attinet ad fundamenta eorum, qui ſententiam contrariam amplexi fuerunt,Rol.loco præcitato ſatis,ſuperq; ſatisfacit ſingulis argumentis, & conſiderationibus , Soc. Fabianiq;, Alciati verò, & Gabriel. argumentationes ſtante ratione fundamētali ſupradicta ab omnibus recepta diſpoſitionis Auth.Præterea, nihil faciunt,& à ſeipſis corruunt;ita vt ſuper eis inſtare non expedire iudicauerimus.

Cæterum non prætermittemus , quòd attinet ad primam hanc exceptionē non eſſe faciendum vim ſuper eo,quod nonnulli teſtati fuerint, alias mulierem habentem dotem ſolummodo lib.300.fuiſſe excluſam à beneficio Auth. Præterea, & excluſam fuiſſe pariter aliam mulierem habentem dotem ſcutorum ducentorum : vnde videtur eſſe multò magis excludendam hanc mulierem, quæ primo habuit dotem lib.450.deinde au-

de auxit dotem vſque ad ſummam lib. 1350. quia dicitur primo † exemplis non eſſe iudicandum, l. nemo C. de ſent. & in-
15 terlocut. omn. Iud. Secundo dicitur eſſe animaduertendum, quia † minima variatio facti, eſt maxima variatio iuris, l. ea
16 eſt naturam cauillationis. ff. de reg. iur. & vltimo dicitur non debere attendi, quòd factum fuit in præteritum, ſed quòd de iure fieri debuit, cap. cum cauſam, & ibi Doct. de elect. Et hæc quod attinet ad primam hanc exceptionem.

Altera exceptio eſt mulierem hanc habere fratres diuites, à quibus alimenta petere poteſt; etenim tenetur † frater ale-
17 re ſororem inopem, l. qui filium. ff. vbi pupill. educ. debeat, ſicut & ſoror tenetur alere fratrem inopem, l. quamuis. ff. ſol. matrim. & frater alterum fratrem, etiam naturalem, Auth. licet. C. de natural. liber. per gloſ. & Bar. in l. ſi quis à liberis. §. vtrum. ff. de lib. agnoſc. per Alex. & cæteros in l. 1. ff. ſol. matr.

Prima facie dicendum videretur, exceptionem huiuſmodi eſſe efficacem ad excludendam hanc mulierem ex pluribus: & primò, quia ratio, propter quàm introductum fuit beneficium Auth. Præterea, quàm diximus fuiſſe, vt ſubueniatur inopiæ mulieris, ne cogatur in opprobrium tranſacti matrimonij mendicare, & egeſtate laborare, ceſſare videtur, cum petendo alimenta à fratribus, qui ea præſtare tenentur, ſibi ſubuenire poſſit; & † ceſſante cauſa priuilegij, ceſſat & priuilegium, l. Titia
18 Seio. §. vſuras de leg. 2. Et hoc eo magis eſt dicendũ, quia tex. in §. quoniam verò, in Auth. de exhib. reis, ex quo ſumpta eſt Auth. Præterea, loquitur de inopia mulieris nouiſſima, quod verbum nouiſſima ſignificare videtur inopiã illam, quando mulieri non poteſt eſſe aliundè conſultum, vt in ſimili ſcribit Bart. in l. ſi quis à liberis. §. itẽ reſcriptũ. ff. de lib. agnoſcen. declarando verba illa in ſummam egeſtatem.

Secundo nedum ceſſare videtur ratio beneficij Auth. Præterea, ſed etiam expreſsè caueri videtur, † mulierem aliundè
19 habentem, vnde inopiæ ſuæ conſulere poſſit non admitti ad beneficium quartæ, vt in §. quoniam verò, in Auth. de exhib. reis, in illis verbis; nam ſi aliundè forſan non offerrentem dotem,

tem, aut non dantem propter nuptias donationem, nõ erit iustum grauare filios per successionem; facit etiam idemmet tex. in princ. in illis verbis; attamen quòd non sit facta dos, neque ante nuptialis donatio, nihil habere valentes: inferri enim ex eis videtur, intentionem Imperatoris fuisse prouidere de quarta nihil habere valentibus, sic in simili beneficium,
20 † quòd habent coniuges petendi inuicem alimenta cessat, vbi aliundè possunt ali, vt per Bar. in l. quod in vxorem. C. de negot. gest. & in tract. de alim. col. vlt. & per Alex. in l. si cum dotem. §. sint autem in ęquissimo. ff. sol. matrim. sic filijs beneficium dotis, & legitimæ, quando aliundè habent vnde se alant, per statutum aufertur, vt per Abb. in cap. Raynutius num. 12. de testam. Didac. in Epitome de sponsal. in 2. parte cap. 8. §. 6. sub num. 5. & Rol. cons. 54. num. 50. in 2.

Tertio facit declaratio Butrig. ad Auth. Præterea, cum ibi
21 notat. dicit enim, quòd † si mulier habet modicam dotem, & scit operari, & lucrari proprijs manibus, ita vt ex dote, & operis inopiæ suæ subuenire possit, hæredes mariti in quarta molestari non debent, & scribit Soc. sen. cons. 120. sub num. 45. in 4. se alias ita consuluisse in Ciuitate Senarũ, & illi cons. Corn. subscripsisse, & sequitur Fabian. in d. Auth. Præterea, num. 83. & seq. multò minus, ergo videtur, quòd molestari debeãt hæredes mariti, quãdo mulier sine labore, & saluo honore trãsacti matrimonij ab alijs alimenta consequi potest.

Quarto accedat illud, quòd etiam ex prædictis inferri, & probari videtur, & pro regula generali tradunt scribentes, vi-
22 delicet † beneficium Auth. Præterea, esse remedium subsidiarium, atque ita competere in subsidium, quando aliundè succursum esse non potest, vt per Dec. in d. Auth. nu. 4. Fab. ibidẽ. num. 85. Cum. cons. 132. num. 2. Soc. sen. cons. 121. nu. 36. in 4. Natt. cons. 648. num. 15. & Cephal. cons. 244. num. 25.

Quinto argui potest, hæredes mariti sunt extranei huic mulieri petenti quartam; fratres autem ipsius mulieris sunt ei sanguine coniuncti, & proximi: ergo dicendum, quòd potiùs alimenta à fratribus petere debeat, quàm ab hæredibus mariti quar-

quartam,& hoc ex pulchra decis. Bart. in l. si quis à liberis.§. item rescriptum.ff.de lib.agnosc.ibi enim determinat,quòd si pater egenus habet fratres,& præterea habet heredes filij ex-
23 traneos potius† à fratribus, quàm ab heredibus filij extraneis alimenta consequi, & hoc per illum tex. qui considerat summam egestatem,sicut etiam in proposito consideratur inopia mulieris nouissima, vt dictum fuit superius.

Sexto adducitur decisio Raph.Cum.in l.in suis ff. de lib.&
24 posthum.& cons.132. nu.2. qui firmat † mulierem habentem patrẽ diuitẽ,à quo alimenta cõsequi põt, excludi à beneficio Auth.Preterea, idem ergo,& in muliere habente fratrem diuitem, & decisionem Cumani sequuti fuerunt Alex. & Corn. in d.Auth.Præterea,Soc.sen.cons.30.num.4. & cons.121.nu. 49.in 4.cum alijs,vt ibi per eum Rim.sen. cons.114. num.16. in 1.Cephal.cons.244.nu.20.& Hier.Gabr.cons.142. nu. 30. & esse communem opinionem testantur in d.Auth. Præterea, Dec. añ.num.20.& 21.& Fabian.añ.num.23. & 26.

Septimo confert altera Decisio Natt.cons.648.num.12.& 15.& Cephal.cons.621.sub num.20. mulieri habenti modicã dotem,præstanda erant à fratre alimenta, ei tamen relicta in testamento communis patris, volebat hæc mulier vti habens modicam dotem habere quartam in bonis mariti, excipiebatur eam præter modicam dotem habere alimenta præstanda sibi à fratre,& propterea esse excludendum à beneficio quar-
25 tæ, determinant esse excludendam; & † quamuis illo in casu alimenta essent præstanda à fratre ex dispositione testatoris, idem videtur dicendum, quando nulla adest dispositio testatoris,sed tenetur frater præstare alimenta ex dispositione legis, cum dispositio legis, & testatoris æquiparentur. §. disponat. in Auth. de nupt.

Octauo,& vltimo, in indiuiduo hanc opinionem, quòd mulier habens fratres diuites, à quibus alimenta petere potest, excludatur à beneficio Auth.Pręterea,habuerũt Rol.cons.14. in 3.Decian.cons.70.in 2.Hier.Gabriel. cons. 142. & Ioseph. Ludouic.concl.635.in 2. limitatione.

Cæte-

Cæterũ his minimè obstãtibus, contrariã opinionem in puncto iuris esse veriorem, & propterea amplectendam putamus, quam opinionem habuerunt Flor. de Sancto Petro cons. 21. sub num. 29. Gozad. in Auth. Præterea, num. 82. est etiam de mente Ias. & Dec. in ead. Auth. Præterea. Cum enim teneant
26 contra Cum. & alios eiusdem opinionis † mulierem habẽtem patrem diuitem, non excludi à beneficio Auth. Præterea, multò magis respondissent non excludi mulierem habentem fratres diuites, si de hoc interrogati fuissent, quinimmò Raph. Cum. & qui eum sequuntur tenentes mulierem habentem patrem diuitem excludi, ipsi sentire videntur hanc opinionem, ex eo quod faciunt mentionem, & dubitant solummodo de patre, & hoc erit primum fundamentũ alterius opinionis; sunt enim ꝓ hac opin. Doctor. nu. plures, & auctoritate grauiores.
27 Secundo altero fundamento huius opinionis dicitur † ad excludendum mulierem à beneficio Auth. Præterea, non haberi in consideratione à iure, mulierem posse aliundè consequi alimenta; & in ipsa quarta à iure nõ haberi rationem alimentorum, licet congruitas dotis consideretur, habito respectu ad alimenta, vt dictum fuit superius, & dicit Ias. in d. Auth. Præterea, sub num. 1. se credere, & ponere hoc pro constanti, decisionem illius Auth. non esse factam propter alimenta, nec consideratione alimentorum, & hoc quidem efficaciter probatur ex pluribus.
28 Primo quia † mulieri debetur ipsa quarta, etiam si habeat filios, à quibus alimẽta cõsequi potest, vt habetur in d. Auth. Præterea. Responsio autem illa non haberi in consideratione, hoc in casu alimenta præstanda à filijs, quia tempore quo defertur quarta filij nondum sunt hæredes, & possent abstinere ab hæreditate paterna nullius est momenti, quia alimenta
29 matri debentur † à filijs vti filijs, non autẽ vti hæredibus; præterea cum præsupponemus patrem decessisse diuitem, vanũ est considerare abstensionem, quæ vix dari potest hoc in casu, insuper si beneficium abstensionis, quod est introductum in fauorem filiorum. §. sui auth. Inst. de hæred. qual. & differentia

M opera-

operaretur admissionem matris ad quartam retorqueretur in odium ipsorum filiorum contra l. quod fauore. C. de legibus, quia vtilius esset alimenta præstare matri, & beneficium abstensionis debet considerari, quando agitur de commodo filiorum, non etiam quando agitur de commodo aliorum: argumento eorum quæ habentur, & traduntur in l. qui in vtero ff. de stat. hom. minus etiã obstabit si dicatur, quartam deberi non obstãtibus alimẽtis, quia debetur ipsa quarta ex eiusdem bonis ex quibus alimenta, & succedit loco alimentorum: nam replicando dicitur cum alimenta matri debeantur à filijs vti filijs, bona respectu alimentorum esse considerandam vti propria ipsorum filiorum, & sic debentur alimenta ex diuersis bonis. Præterea quando etiam quarta deberetur ex eisdẽ bonis, ex quibus alimenta debentur, iure multum diuerso, ipso enim iure debetur iure successionis, alimenta autem à filijs iure naturæ matri præstari debent, & ex hac diuersitate iurium
30 † dici non debet quartam succedere loco alimentorum.

Secundo probatur, quia mulieri debetur ipsa quarta, etiam si à marito fuerit ei legatum relictum, d. Auth. Præterea, & tamen legatum potest esse huiusmodi, vt in magna quantitate excludat alimenta; interpretatio autem nonnullorum qui dicebant legatum non excludere mulierẽ à quarta, quando non est sufficiens ad alimenta, secus autem quando est sufficiens, violat tex. in d. Auth. Præterea, quinimmo impugnat tex. ex quo sumitur, scilicet §. quoniam verò, in Auth. vt lic. matri, & auiæ; qui tex. vt mulieri, cui relictum fuit legatum debeatur
31 quarta hoc solummodo considerat, quòd legatum sit † minus à quarta, non autem quod non sit sufficiens ad alimenta, secus autem quando est sufficiens, violat, tex. in d. Auth. Præterea, quinimmò impugnat tex. ex quo sumitur, scilicet §. quoniam verò, in Auth. vt lic. matri, & auiæ, qui tex. vt mulieri cui relictum fuit legatũ debeatur quarta, hoc solùm considerat, quòd legatum sit min. à quarta, non autem quod non sit sufficiens ad alimenta. Præterea interpretatio huiusmodi videtur irrationabilis, cur enim mulierem habentem legatum sufficiens ad

ad alimenta excludere à quarta, habentem verò legatum paulò minoris quantitatis admittere ad integram quartam?

Vltimo probatur ex eo, quia Imperator in §. quia verò 2. in Auth. vt lic. matri, & auiæ, ſtatuit poſſe hanc quartã aſcendere ad libras centum auri, ſi enim conſideraſſet alimenta reſtrinxiſſet ad minorẽ quantitatem, & alio modo taxaſſet hanc quartam. Cũ ergo ad excludẽdam mulierẽ à beneficio Auth. Præterea, à iure non conſideretur, quòd aliundè alimentari poſſit, & in ipſa quarta non habeatur ratio alimentorum, vt ex prædictis remanet efficaciter comprobatum non offici, & huic mulieri petenti quartam, eam habere fratres diuites, à quibus alimenta conſequi poteſt; & hoc erit ſecundum fundamentum huius opinionis.

32 Tertio iura nedum non conſiderant,† mulierem aliundè poſſe alimentari ad eam excludendam, ſed cauere videntur eam ita demum excludi debere, ſi habent propriam ſubſtantiam, vt videtur elijci ex tex. ſi diligentiùs perpendatur in §. quoniam verò, in Auth. de exhib. reis, ibi enim dicitur primo mulierem non habentem dotem admitti ad quartam, deinde dicitur, quod ſi quidem hęc mulier non habens dotem, quæ propterea admittitur ad quartam, habeat quaſdam res proprias in domo viri, aut alibi repoſitas, & ſic paraphernalia, vt ibi per glo. debet habere earum actionem imminutam, & hoc intelligendum eſt, quando illa bona propria non ſufficerent ad ſubueniendum eius inopiæ; quando enim ſufficerent, excluderetur à quarta, vt eſt de mente omnium. Sentit ergo, & vult iſte tex. mulierem ita demùm excludi à quarta, ſi habeat dotem, quę dicitur proprium mulieris patrimonium, l. 3. §. ſed vtrũ. ff. de min. vel alia bona paraphernalia, & ſic ſi habeat ꝓpriã ſubſtantiã, quando ergo nõ habet propriam ſubſtantiam, non erit excludenda, licet alimenta aliundè petere poſſet.

Quarto multũ cõfert ſingularis deciſio Abb. conſ. 17. in 1. ſtatuto cauebatur mulierem habentem filios,† vel nepotes non poſſe diſponere, niſi de quarta parte bonorum ſuorũ, excepto tamen caſu neceſſitatis, vel victus, quædam mulier habens

nepotem, & pauca quædam in bonis, cum non haberet aliter vnde viueret donauit, quæ habebat quibusdam attinentibus suis hac conditione, vt eam regerent, dicebatur hanc donationem fieri non potuisse in præiudicium nepotis, & allegabatur nō fuisse factam donationem in casu necessitatis victus, quia mulier habebat nepotem à quo alimenta petere poterat; respondit Abb. quinimmò factam fuisse donationem in casu necessitatis victus, neque obstat mulierem habuisse nepotem,
34 à quo alimenta petere poterat; † quia non debebat mulier ire mendicādo alimenta sua per manus aliorum, nec propriè dicitur sine necessitate, qui per mendicata suffragia habet quærere alimenta. Modo applicando decisionem Abb. ad casum nostrum, ita eam inducimus, sicut in casu Abb. mulier in casu necessitatis victus ex statuto habet potestatem disponendi de bonis suis, ita etiam in casu nostro mulier in casu necessitatis victus, quando scilicet non habet dotem, nec alia bona sufficientia ex iure communi habet potestatem consequendi quartam in bonis mariti defuncti. Item sicut in casu Abb. mulier habens à quibus alimenta petere posset, non dicitur constituta extra casum necessitatis, quominus vti possit beneficio sta-
35 tuti disponendi de bonis suis, ita etiam in casu nostro† mulier habens fratres diuites, à quibus alimēta petere posset, non dicetur constituta extra casum necessitatis, quominus vti possit beneficio iuris communis consequendi quartam in bonis mariti; stat.n.illa Abb.consideratio, quod non debet quis ire mēdicando alimenta per manus aliorū, & quod non dicitur propriè sine necessitate, qui per mendicata suffragia habet quærere alimenta à fratribus, vel ex eo, quia ad illa consequenda datur solummodo officium Iudicis, iuxta not.in l.si quis à lib. ff.de lib. agnoscen. quod officiū debet implorari misericorditer, quia illud, quod facit Iudex, facit ex sua gratia, & ex sua misericordia, vt per glo.in Rubr.ff.de interrogat.act.per Bar. & Doct. in l.1.ff.de iurisd.omn.iud.

Quintò, & vltimò, cum in proposito considerabilia sint duo remedia alterum petendi quartam ex beneficio Auth. Præterea,

rea, alterũ petendi alimenta à fratribus diuitibus dicimus pro vltimo fundamento, huius opinionis, quòd vel debet eſſe in electione mulieris intentãdi, quodnã ex his duobus remedijs maluerit, vel negata electione remedium petendi quartã, de-
36 bet præponderare remedio petendi alimenta, quòd † debeat eſſe in electione mulieris intentandi remedium, quod maluerit; probatur, quia generalis regula eſt, quòd vbi competunt alicui plura remedia, & plures actiones eſt in eius facultate eligere quo remedio, & qua actione vti maluerit, l. quod in hæredem.§.eligere. ff.de tribut. vbi Doct. l.de illo, cum legibus ſeq.ff.de noxal.&.l.1.C.de furt.& poſt electionem amplius variare non poteſt, l. ſi fundus.§.eleganter. ff.de l.commiſ.traditur in l.edita.C.de edendo, quòd aũt negata electione debeat
37 † remedium petẽdi quartã præponderare remedio petendi alimenta; probatur, quia & ſi remediũ petendi alimenta, & ipſum ſit ſubſidiarium, vt per Alex. nu. 23. & 24. & cęteros in l.1. ff. ſol. matr. tamen eſt magis ſubſidiarium hoc remedium petendi alimenta, quàm ſit remedium petendi quartam, quod ex duobus facilè demonſtratur. Et primò, quia ad petendam quartam datur actio, vt traditur in Auth.Præterea, ad petenda alimenta datur ſolummodo officium Iudicis, vt traditur in l. ſi quis à liberis. ff.de lib. agnoſcen. Item & ſecundò, quia pleniùs mulieri prouidetur per ipſam quartam, cum poſſit lõgè excedere alimenta, & debeat mulier etiam rerum proprietates habere, vt in d.Auth. Præterea, & ſic prouidetur mulie-
38 ri vltra ſubſidium, & quidem multum vltra ſubſidium,† & remedia, quæ plenius prouident, præferuntur, iuxta not. in l.in prouinciali.§.1.ff.de oper.nou.nunc.& in c.ex parte. el primo de reſcriptis.

Supereſt, vt adductis ſuperius in contrarium, paucis reſpõdeamus; ad primum, quòd in caſu, quando mulier habet fratres diuites, à quibuis alimenta petere poteſt, ceſſare videtur ratio, propter quam introductum fuit beneficium Auth. Præterea, vt ſubueniatur inopiæ mulieris, ne cogatur mendicare, & egeſtate laborare, cum petẽdo a limenta à fratribus ſibi

subuenire possit. Respondetur primò, rationem non cessare, cũ debeat mulier ire mendicando alimenta per manus aliorũ, & opus sit ei habere alimenta per mendicata suffragia, & deductum fuit superius in penultimo fundamento.

Secundò dicitur, quòd & si inopiæ mulieris subueniri videatur, si ab alijs aliméta consequi potest, satis non est ad excludendum mulierem à beneficio quartæ, quod ab alijs alimenta petere possit; immò opus est, quod habeat propriã substantiam, vt ostensum fuit superius in secundo, & in tertio fundamento; & quamuis tex. in §. quoniã verò. in Auth. de exhib. reis, consideret inopiam mulieris nouissimam, inopia nouissima in proposito intelligenda est ex prædictis, quando mulier non habet propriam substantiam, & nihil habet à seipsa.

Ad secundum caueri mulierem aliundè habẽtem vnde suæ inopiæ consulere posit non admitti ad quartam, vt in §. quoniam verò, in Auth. de exhiben. reis. Respondetur, quod & si tex. ibi dicat. nam si aliundè forsan habeat, non erit iustum
39 grauare filios per successionem; illud † verbum aliundè importat, quando mulier habet propriam substantiam sufficientem: & ita intelligit ibi gl. in verbo forsan habeat, scilicet sufficientem substantiam: Vnde ille tex. retorquetur; & eum retorquet Dec. in Auth. Præterea, col. pen. & vlt.

Præterea & secundo, quando etiam illud verbum aliundè respiceret tertiam personam, deberet intelligi, quando habet aliundè iure actionis, non autem officio Iudicis: non .n. dici potest, ꝙ quis habeat, quando competit solũmodo officiũ Iu-
40 dicis. † cùm officium Iudicis nullam præsupponat obligationem, l. qui per collusionẽ. ff. de act. empt. l. quintus. ff. de ann. legat. & l. deducta in princ. ff. ad Trebel. similiter verba illa, nihil habere valentes, posita in princ. tex. exponen. sunt nihil habere valentes, scilicet ꝙ sit propriæ substantiæ stantibus supra deductis, illud autem simile de beneficio, quod habent coniuges petendi inuicem alimenta, quod cessat vbi aliundè possunt ali parum facit, quia in proposito non agitur de alimentis hincinde, sed de quarta ex vna parte, pro qua datur actio ex

ex altera parte de alimẽtis, pro quibus competit ſolummodo officiũ Iudicis: & propterea ius quartæ eſt potentiùs, & præponderare debet, vt diximus ſuperius iu vltimo fundamento,
41 † alterum ſimile de beneficio dotis,& legitimæ, quod per ſtatutum aufertur, quando filij habent vnde ſe alant, nihil facit, quia in eo tractatur ſolummodo de poteſtate ſtatuti, & dicitur per ſtatutum poſſe auferri beneficium dotis, & legitimæ, quando filij habent vnde ſe alant.

Ad tertium, quòd ſi mulier habens modicam dotem, ſciat operari, & lucrari proprijs manibus, atque hoc pacto inopiæ ſuæ ſubuenire poſſit, hæredes mariti in quarta moleſtari non debẽt ex ſententia Butrig.& Soci.multò minus ergo moleſtari debebunt; quando mulier ſine labore,ſaluo honore tranſacti matrimonij alimenta à fratribus conſequi poteſt. Reſpõdetur primò contra Butrig.& Soc. ſenſiſſe Dec. in Auth.Præterea, nu. 21. Secundò, admiſſa ſententia Butrig. & Soci. illo in caſu mulierem à ſeipſa ſubuenire propriæ inopiæ.

Ad quartum etiam remedium ſubſidiariũ beneficium Authen. Præterea, atque ita competere in ſubſidiũ, quando aliũdè ſuccurſum eſſe non poteſt. Reſpondetur & remedium petẽdi alimenta eſſe ſubſidiarium,& magis ſubſidiarium, quàm ſit remedium petendi quartam; & propterea præponderare debet remedium petendi quartam,vel debet eſſe in facultate mulieris eligendi, quòd remedium maluerit, vt adductum fuit ſuperius in vltimo fundamento.

Ad quintum ex deciſione Bart. in l. ſi quis à liberis. §.item reſcriptum.ff.de lib. agnoſc.quæ habet patrẽ egenum, debere alimenta conſequi potiùs à fratribus, quàm ab hæredibus filij extraneis.Reſpõdetur, non eſſe pares terminos inter caſũ deciſionis Bart.& caſum noſtrum; namq; in caſu deciſionis Bar. ex vtraq; parte agebatur ad alimenta,& competebat officium Iudicis. In caſu autem noſtro ex vna parte agitur ad quartã, pro qua cõpetit actio, ex altera agitur ad alimenta, pro quibus competit officium Iudicis, & ius actionis eſt potentiùs, & efficaciùs, quàm ſit officium Iudicis.

Ad ſextum, ex deciſione Raph. Cum. in l.in ſuis. ff.de lib. & poſth. & conſ.132. nu.2. quæ habet mulierem habenté patrem diuitem, à quo alimenta conſequi, poteſt excludi à beneficio Auth. Præterea. Reſpondetur primò, illam deciſioné non procedere abſq; magno dubio, vt conſtat ex ijs, quæ ſcribũtur à Fabiano in d. Auth.Præterea, à nu.22. vſq; ad nu.26. quinimmò referunt nonnulli contra eam fuiſſe pronunciatũ.

Secundò, quoniam illa deciſio videtur magis communiter recepta, debet eſſe maximam diuerſitatis rationem inter ca-
42 ſum, † quando mulier habet patrem diuitem, & caſum quando mulier habet fratres diuites, vt apud Soc.ſen. conſ.30. ſub nu.4. in 4. & cum Doct. ponant quæſtionem in muliere habéte patrem diuitem, ſentire videntur aliud eſſe in muliere habente fratres diuites.

Ad ſeptimum, ex deciſione Natt. conſ.648.& Cephal.cóſ. 671. quæ habet mulieré habentem modicam dotem, & aliméta ſibi à fratre præſtanda relicta in teſtamento communis patris excludi à beneficio quartæ, dicitur, quòd illo in caſu alimẽta erant præſtanda à fratre iure actionis, quia relicta in te-
43 ſtamento. Et † propterea dici poterat mulierem habere propriam ſubſtantiã, in caſu aũt noſtro alimenta debentur ſolummodo officio Iudicis, vnde opus eſt huic mulieri ire mendicádo alimenta per manus aliorum, & quærere alimenta per médicata ſuffragia.

Ad vltimum fuit reſponſum ſuperius in primo fundamento; Et hæc, quòd attinet ad alteram hanc exceptionem.

Ex quibus omnibus mulierem hanc non obſtantibus exceptionibus hæredum mariti admitti debere ad quartam ex beneficio Auth. Præterea. Reſpondemus Nos Iur. V. Doctores ſacri Collegij Patauini, ſaluo ſaniori iudicio.

Ad laudem ſummi Dei, Beatiſſimæ Virginis Mariæ, Sanctorum Proſdocimi, Iuſtinæ, Danielis, & Antonij, Protectorum noſtrorum.

*Collegium Patauinum.*

SVM-

# CONSILIVM SECVNDVM.

## SVMMARIVM.

1 TRIA requiri ex mente Cornei, vt Auth. Præterea, habeat locum.
Primò, quòd matrimoniũ contractum fuerit sine dote.
Secundò, quòd coniux mortuus fuerit locuples.
Tertiò, quòd superstes verè sit pauper.
2 Dos etiã tenuis, & modica est in causa, vt locus sit Auth. Præterea.
3 Dos tenuis dicitur illa, ex redditu, cuius mulier ali non potest.
4 Dos an tenuis sit consideranda secundùm tempus contracti matrimonij, secundùm aliquos. Sed secundùm veriorem, secundùm tempus mortis mariti.
5 Mulieri licet post mortem mariti ex aliquo felici euentu eueniant bona, tàm quarta ex Auth. nostra debetur.
6 Mulier non habet beneficium Auth. Præterea, si legatum amplum sit ei factum à marito, quàmuis tenuem dotem habuerit.
7 Verbum inueniatur, denotat inuestigationem, & tempus futurum.
8 Quæ gratia vxoris erunt parata, scilicet tempore mortis, vt à tẽpore verbi terminetur.
9 Lego Titio centũ, & si decesserit sine filijs, grauo te tẽpore mortis, si nõ habet filios, erit locus grauamini, quàmuis prius habuisset.
10 Quid si mulier inueniatur congruè dotata; scilicet quando moritur maritus.
11 Quæ considerantur in marito respectu vxoris, considerantur in vxore respectu mariti.
12 Mulier in viduitate persistens, dicitur in matrimonio.
13 Donatio propter nuptias regulatur à dote, & secundùm tempus constitutæ dotis, consideratur.
14 Prouisio hominis, facit cessare prouisionem legis.
15 Argumentũ sumendũ à ratione, & verbis, & non à verbis tantùm.
Dos consideratur an congrua fuerit tempore matrimonij, quo ad qualitatem mariti, & patrimonium mulieris; quo ad egestatẽ mulieris, ne fame laboret, tempus mortis mariti consideratur.

Quis

*16 Quis dicatur pauper, & inops arbitrio Iudicis.*
*17 Pauper est, qui ex redditibus viuere non potest.*
*18 Muliere viduã decet viuere honorificè, sicut tempore matrimonij.*
*19 An mulier, quæ aliunde potest habere alimenta, excludatur à beneficio Auth. Præterea?*
*20 Alimenta magis debentur à patre filio, quàm è conuerso.*
*21 Maritus constante matrimonio tenetur alere vxorem, & post solutum matrimonim hæredes.*
*22 Diuitiæ patris dicuntur filiorum, non fratris aliorum fratrum.*
*23 Mulier inops cũ filijs eiusdẽ matrimonij succedit in quarta vsumfructum, cum alijs in proprietatem.*
*24 Filius tenetur iure naturæ alere parentes, & frater sororem iure positiuo.*
*25 Si mulier debet habere quartam ex Auth. nostra, quando habet filios diuites, multò magis etiam, quando habet fratres diuites.*

CVM præstantissimo, eruditissimoq; Garziareo, quem honoris causa nomino, iure sentio assignandam esse quartam bonorum D. Prosperi partẽ D. Catherinæ eius olim vxori ex dispositione Auth. Præterea. C. vnde vir, & vxor. Quandoquidem concurrunt hic requisita illa omnia, quæ adesse debent, vt
1 illi constitutioni sit locus. † Requiri tria, respondit Corn. in cons. 249. nu. 1. in fine lib. 3. hoc est, quòd matrimonium fuerit contractum sine dote, & donatione propter nuptias, quòd coniux defunctus fuerit locuples, & quòd superstes verè inops idem de eademmet facti specie, cum Corneo interrogatus cẽsuit Soci. sen. in cons. 121. nu. 45. lib. 4. qui & eodem in lib. 4. cons. 30. nu. 1. idem scripserat. Quatuor verò esse requisita docuit Fabian. Pepius in d. Auth. Præterea, nu. 4. Verùm primum, & secundum requisitum vnum tantùm est. Illud requisitum, quòd coniux defunctus fuerit diues, & locuples nostro in casu clarissimum est. Cùm D. Prosper multas opes reliquerit. Concurrit etiam illud requisitum, nempè nulla dos. Nam etsi

etſi ſtatuerit Iuſtinianus in d. Auth. Præterea, ſeu in §. quoniã verò, in Auth. de exhib. reis, vxorem conſequi debere quartam partem bonorum mariti, quando nullam conſtituit dotẽ
2 ipſi marito, † attamen idem eſt dicendum, cum dos tenuis, & modica data fuit, ſicuti ſcribunt Bald. in d. Auth. Præterea, in fin. & ibidem Dec. nu. 4. & Pepius nu. 10. communem eſſe ſententiam teſtantur. Idem affirmauit Roland. in conſ. 14. nu. 34.
3 lib. 3. † Porrò tenuis dos illa dicitur, ex cuius redditibus mulier ali non poterit, vt docuit Bald. præcitato in loco, & ibidẽ Dec. nu. 5. verſ. & retenta communi. Soci. ſen. in conſ. 30. nu. 8. & in conſ. 121. nu. 40. lib. 4. & alios quamplures refert, & ſequitur Decian. olim compater, & collega meus in conſ. 70. num. 12. verſ. Tertiò, & vltimò. lib. 2. qui inter alios refert Celſum Hugonem in conſ. 4. nu. 15. atteſtantem ita fuiſſe Cataloniæ iudicatum. Et illis accedunt Alciat. in reſpon. 252. nu. 5. ſecũdùm impreſſionem antiquam Lugdunenſem. Crauet. in conſ. 199. nu. 7. Hieron. Gabr. in conſ. 142. nu. 3. & Lancellot. Gallia. in commentarijs ad conſuetudines Alexandriæ, in verbo ſolidos. nu. 96. Nec repugnat, quòd obijcitur, dotem hanc dici non poſſe tenuem, ſi tempus contracti matrimonij inſpicia-
4 tur, † ſicut tempus illud eſſe inſpiciendum, & conſiderandũ, an. ſ. tunc dos fuerit congrua, vel tenuis affirmarunt Soci. ſen. in conſ 30. nu. 10. lib. 4. Pepius in d. Auth. Præterea. num. 110. Alciat. in d. reſpon. 252. nu. 6. & Hier. Gabr. in conſ. 142. num. 12. Nam reſpondetur aduerſus prędictos, receptam magis eſſe aliorum ſententiam, quòd immò inſpici debet tempus mortis mariti ad iudicandum, an dos eiuſmodi ſit, vel non ſit, vt poſſit, vel non poſſit vxor conſequi quartã hanc. Ita ſanè reſpõderunt Barbat. in conſ. 74. col. 3. lib. 4. Corn. in conſ. 4. col. vlt. verſ. & licet. & in conſ. 224. col. 1. lib. 4. & Dec. in conſ. 24. col. 1. verſ. ſecundo, nam ſi, & col. 2. verſ. octauò, & vltimò.
5 Et toto illo in reſponſo contendit Deci. quòd licèt † mulieri poſt mortem mariti ſuperuenerint facultates, & bona ex aliquo fœlici euentu; nihilominus conſequi, & retinere poſſit quartam ex d. Auth. Præterea ſibi debitã: cum ſufficiat, quòd tem-

tempore mortis mariti habuerit tenuem dotem. Et idem sentit Corneus in conſ.249.num.3. lib.3. qui de eadem facti specie, & ipſe reſpondit cum Dec.in d.conſ.24. Conſiderauit n. Corn.nouiſſimam paupertatem,& inopiam mulieris. Et Dec. eſt ſequutus Alciat.lib.1. de verb.ſign.nu.80. Eandem ſententiam probarunt Guiel.Benedict. in cap. Raynut. de teſtam. in verbo vxorem nomine Adalaſiam.nu.244:& Roland.in conſ. 15.num.25. verſ.quartò, & vltimò.lib.3.relatis ferè omnibus prædictis, auctoritatibus idem cenſuit. Eandem ſententiam viſus eſt probare Rimin. ſen. in conſ.114.num.12.& 13.lib.1. Cùm dixit, inopiam mulieris magis conſiderari, quàm doté, vt locus ſit d.Auth.Præterea. Et ſuo illo in caſu reſpondit mulierem illam conſequi non poſſe quartam hanc: quia et ſi dos eius fuerit congrua tempore dotationis, ſed modici redditus
6 tempore mortis mariti: † attamen quartá petere non potuit, ob id, quòd maritus amplum ſatis legatum ei fecerat. ſenſit itaq; Riminal. quod ſatis non fuiſſet congrua illa dos tempore matrimonij data ad excluſionem ab illa quarta, niſi ei feciſſet legatum maritus. Et Riminal. ſequutus ſimili omninò in caſu reſpondit Cephal.in conſ. 244. lib. 2. Et hæc quidem recepta ſententia probatur eo tex.§.quoniam verò. verſ. hæc itaque illis in verbis. ſi coniunctorũ alter dotem, aut ante nuptialem donationẽ non faciens, inops aut vir, aut mulier inue
7 niatur. Perpenditur hic primo illud verbum, † inueniatur, q ſignificat quandam inueſtigationem, Angel. in l. poſſideri.§. Neratius. ff. de acquir. poſſeſ. Et propterea præſupponit dubium ante inueſtigationem, an ſcilicet ſit inops, vel non? id quod tempori futuro,ſicq; morti mariti conuenit: non autem tempori matrimonij cõtracti, ſicq; præterito, quod certitudinem habet. Perpenditur & ſecundò illud verbum inueniatur, quòd quidem ſignificat tempus,à quo diſpoſitio ſumit effectũ: & cum ſit futuri temporis, requirit, quòd tempore mortis mariti, adſit hæc qualitas inopię, etiam ſi antea non fuerit. Hęc conſideratio probatur egregia traditione Bart. in l. ex facto. col.2.verſ.ſecundò oppono.ff.de vulg.& pupil.ſubſt.in 2.caſu, qui

qui visus est afferre duo exempla, quę & casui nostro possunt adaptari; quorũ primũ est, si testator ita dixit; Relinquo, quæ
8 causa vxoris erunt parata.† Illa qualitas vxoris respicit verbũ erũt; & ab eo determinat̃. Et propterea cũ verbum erunt, sit futuri tẽporis requirit, quòd tẽpore mortis vxor sit; nec sufficit, quod antea fuerit l. 2. ff. de aur. & arg. leg. Secundũ exẽplũ est; si
9 testator ita dixit; † Relinquo centum Caio, & si Caius ipse, decesserit sine liberis, & respicit tempus mortis Caij grauati, qui quidem, si eo tempore non habet liberos, etiam si ante habuisset locus est restitutioni, l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebell. quem tex. sic explicare voluit pręcitato in loco Bart. vt clarius eum sequutus exposui in cons. 97. nu. 107. & in cõs. 106. num. 106. Ita ergo nostro in casu, cum illud verbum inueniatur, sit futuri temporis, sicq; respiciat tempus à quo dispositio sumit effectũ dicendum est; quod non sufficit, & quòd
10 mulier † habuerit dotem congruam tempore contracti marimonij: sed requiritur quod etiam habeat congruam, idest ex qua possit viuere tempore mortis mariti. Non enim consideratur, quod dos fuerit congrua tempore contracti matrimonij, sed consideratur inopia ipsa, ob quam Iustinianus quartam detulit. Quæ sentẽtia, vel ex eo nobis manifestè probatur, quod Iustinian. in d. §. quoniam verò. statuit, etiam maritum tempore mortis vxoris inopem consequi debere quartã hanc ex bonis ipsius præmortuæ vxoris diuitis. Ita enim eo in tex. legitur. Hæc itaq; dicimus, si coniunctorum alter dotem, aut ante nuptialem donationem non faciens inops, aut vir, aut mulier inueniatur, & moriens quidem aut vir, aut mulier locu-
11 ples sit: ille verò, vel illa superstes pauper existat, &c.† Porrò cum in viro considerari non possit dos, vel donatio ante nuptias ad sui commodum tempore nuptiarum: sed solùm consideretur eius inopia tempore soluti matrimonij, morte vxoris; sequitur pari ratione dicendum, quòd inopia mulieris cõsiderari debeat tempore mortis mariti. Ita in specie considerationem hanc fecerunt Barbat. in d. cons. 74. col. 3. & Rolan. in d. cons. 15. nu. 21. lib. 3. Præterea communis, & recepta est

Doct.

Doct. sententia, Iustin. edidisse constitutionem illam, vt consuleret inopiæ mulieris, vel viri superstitis, ne egestate, & fame laborent; sicuti per multos Doct. sic affirmantes recenset Rol. in d. cons. 15. nu. 5. Et illis accedunt Dec. in cons. 70. nu. 11. lib. 2. & Ceph. in cons. 244. nu. 16. lib. 2. Est ergo spectandum (vt dicebat Rolan.) tempus mortis. Hoc. n. constitutum est in ho-
12 norem, & decus præteriti matrimonij, in quo † quidē mulier, & maritus in viduitate persistentes durare dicuntur, sicuti latè probat post relatos Rol. in d. cons. 15. nu. 7. & præter eum Tiraq. de nobilitate c. 18. nu. 9. & Arius Pinel. in l. vlt. nu. 4. de bonis mater. Et propterea si spectandum esset solùm tēpus contracti matrimonij, sequi posset absurdum (vt dicebat Rol. in d. cons. 15. nu. 6. vers. Præterea) & inconueniens. Nam si mulier dedisset dotem centum aureorum marito, quæ eo tempore inspecta conditione mariti, & ipsius vxoris fuisset congrua, & deinde maritus ob adeptam dignitatem, puta comitatus, marchionatus, vel doctoratus, acquisiuisset amplum patrimonium viginti, aut triginta millia aureorum, quod ipsa mulier deberet esse contenta tenui illa dote, cuius redditus non sufficerent etiam ad victum vnius mensis; Id quod esset inhumanum, & in summum transacti matrimonij dedecus. His intelligimus minus rectè respondisse Soc. sen. Alc. & Gabr. Nec rationes, & argumenta eorum subsistunt, Rol. enim in d. cons. 15. col. pen. & vlt. diligenter, & accuratè confutauit Soc. considerationes. Nō hic ea repetam, ne multus sim. Illis verò argumentis, quibus vsus est Alciatus in d. respon. 252. nu. 11. quantum per me licebit, satisfaciam. Perpendit primo Alc. tex. d. §. quoniam verò, vers. attamen non fit, in Auth. de exhiben. reis, vbi constituta dote ab vxore, constitui debet donatio propter nuptias à marito eiusdem quantitatis, cuius est dos, vt probatur in Auth. de
13 æqualitate dotis in prin. † Illa autem donatio regulatur secundum dotem datam. Et sic ad tempus matrimonij refertur, non ad tempus mortis. Cæterum respondet esse verum, quòd in cōstituenda donatione propter nuptias consideratur tempus dotationis, vt cum ipsa dote commensuret? sed hic non est casus

noster

noſter. Nos enim diſputamus, an dos ſit tanta, vt mulier non egeat, & viuere poſſit. Et ideò non tempus dotationis, ſed mortis mariti debet ſpectari, vt diximus ſupra. Secundò motus eſt Alciat. in d.reſpon.252.nu. 11.verſ. confirmatur etiam ea ratione, quòd quando dos eſt data congruens ſecundùm tépus matrimonij dici non poteſt, quòd maritus duxerit vxoré ſolo affectu: ſed etiam contemplatione dotis: vnde lex, quæ prouidet de quarta, quando ducta eſt mulier ſolo affectu, non poteſt extendi ad hunc caſum, in quo partes per dotem con-
14 gruam ſibi conſulerunt. † Et propterea hæc prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, l.maritus. C.de procurat. & l. vlt.C.de pactis conuen. Verùm reſpondetur argumentum ita ſumi non poſſe, cum nulla data eſt dos quarta debetur mulieri, ergo à ſenſu contrario, quando eſt data dos quarta non de-
15 betur. † Non enim ita poſſumus argumentari, quia repugnat ratio illa egeſtatis, ſi dos non ſufficit pro victu. Eſt enim ita ſumendum argumentum: Cum nulla data eſt dos, quarta debetur mulieri, ne indigeat,fameq; laboret: Ergo à ſenſu contrario, quando data eſt dos, qua indigere, & fame laborare non poterit, quarta non debetur. Prouidere quidem voluit Iuſtinian. mulieri ſolo affectu maritali ducta ſine dote. Et id quidem ne egeat, ſed tamen non negauit hanc prouiſionem mulieri dotatæ, ſi ea dote viuere non poterit: quia vtroq; in caſu locum habet eadem ratio euitandæ egeſtatis, & opprobrij trã ſacti matrimonij, quod inde ſequeretur, ſi mulier mendicare cogeretur. Tertiò argumentabatur Alciat. in d. reſpon. 252. nu.11.verſ.ad idem ea ratione, & argumento: quod hoc onus legitimæ,ſeu quartę dandæ vxori dicitur impoſitum à lege cõtra voluntate teſtatoris, detur mulieri indotatæ. Atq; indotata dici non poteſt, quæ habuit dotem congruam tempore cõtracti matrimonij, quòd tempus attenditur: quia participium illud cohærens mulieris indotatis, propriè ad tempus, quo dotata eſſe incipit refertur, iuxta doctrinam Bart. in l. ex facto. col.2.verſ. ſecundo oppono.ff.de vulg.& pup.ſubſt. Non ergo tempus mortis mariti ſpectari debet. Reſpondetur duo tempora

pora considerari nempè matrimonij, & mortis, quo ad tempus matrimonij illa dicitur esse dos congrua, quæ pro qualitate mariti, & quantitate patrimonij mulieris constituitur, l. cum post. §. gener. ff. de iure dot. & copiosè disserui in commétarijs de arbitrarijs iudicum lib. 2. casu 149. num. 25. Et ideo quo ad effectum dotationis tempus illud matrimonij inspicitur. Quo verò ad tempus mortis mariti consideratur ipsa egestas vxoris, ne fame laboret: & propterea qualitas dotationis debet considerari secundùm hoc tempus, in quo dispositio legis suum sumit effectum; quemadmodum supra exposui, declarando præcitatam doctrinam Bar. in d. l. ex facto. Hæc quę hactenus scripsimus si diligenter perpẽdatur, apparebit satisfactum, etiam esse considerationibus Gabriel. in d. cons. 142. Constat etiã ex prædictis hic pariter concurrere postremùm illud requisitum; nempè D. Catherinæ inopia. Cùm enim eius dos sit solummodo librarum 1350. bononenorum: & ipsa sit senex, & valetudinaria manifestè apparet, eam laborare inopia; quia nullo modo ex solis illis redditibus viuere posset.

16 † Et quamquã iudicis arbitrio relinquantur, quis dicatur pauper, & inops; sicuti post Dec. & alios ĩ d. Auth. Præterea, scripsi in lib. 2. de arbitrarijs iudicum, casu 65. Attamen non dubito, quin nostro in casu quilibet sapiens, & prudens iudex æstimaturus sit, hanc D. Catherinam dici inopem, & ex solo illo red-

17 ditu bonorum 1350. viuere non posse. † Nõ enim dicitur quis habere vnde se alat cum suis ex redditibus viuere non potest, ex quo proprietatem vendere nõ tenetur: vt post Bald. in cõs. 30. lib. 2. respondit Natta in cons. 605. nu. 12. Decian. in cons. 70. nu. 16. vers. non obstat tertium lib. 2. Quibus accedũt Socin. in l. diuortio, in fine principij. ff. solut. matrim. & Brun. in cons. 209. Et ex prædictis cessat id, quòd obijcitur, nempè D. Catherinam posse commodè viuere, si suas operas iungat cum redditibus dotis, sicuti operas ipsas in specie considerãt, Corn. in d. Auth. Præterea. nu. 8. & ibidem Pepius. nu. 83. & Hier. Gabr. in d. cons. 142. nu. 27. Cessat inquam hæc obiectio aduersus D. Catherinã, quæ operari, nec potest, nec si posset, debet.

Non

Non poteſt,quia(vt diximus)ſenex eſt,& valetudinaria: & ob id operæ conſiderari nõ poſſunt,vt ſcribũt Pepius in d. Auth. Præterea,nu.86.in fine,& Crau.in conſ.199.nu.7. Non etiam
18 ſi poſſet operari deberet illas quæſtuoſas operas, quas ſolent exercere illi,qui panem inde quærunt: † quia id eſſet dedecus præteriti matrimonij, in quo dum verè eſſet honorificè viuebat.Ita in ſpecie reſponderunt Barbat. in conſ.74.col.5.lib.4. Rol.in conſ.14.nu:45.lib.3.& Decian.in conſ.70.nu.17.lib.2. Non etiam obſtat,quòd D.Catherina habeat fratres diuites,à
19 quibus poteſt habere alimenta: † & quòd propterea ceſſat diſpoſitio d.Auth.Præterea,vt reſponderunt Rol.in d. conſ.14. nu.53.lib.3.Decia.in d.conſ.70.nu.17.lib.2. & Hier. Gabr.in d.conſ.142.nu.30.& idem ſcripſit Ioſeph Ludouic. in cõcluſ. 35.in 2.limit.Nam reſpondetur primò,non conſiderari in terminis noſtris rationem,quòd mulier aliundè habere poſſit alimẽta,vt impediatur ſucceſſio in quarta bonorum mariti. Hoc probat tex.d.Auth.Præterea,& apertiùs tex.d.§.quoniam verò, in Auth.de exhib.reis;è quo deſũpta eſt d.Auth. Præterea, Eſt.n.certum,quòd filius tenetur alere matrem inopem, vt infra dicemus; & tamen filijs ipſis exiſtentibus, & ſuccedẽtibus ipſi patri, mater conſequitur hanc quartam ex bonis mariti, quam quidem non conſequeretur, ſi aliundè habens alimenta non ſuccederet:quia hæc mater eſſet habitura alimenta ab ipſis filijs.Et his intelligimus veram non eſſe traditionem illam Rol.Gabr.Decia. & Ludou. qui dum per tranſennam (vt dici ſolet)& inconſideratè locuti ſunt,nec lege,nec ratione, nec auctoritate,quę ad rem faciant moti ſunt.Rolan.n.in d.conſ.14. num.53.allegauit ſolùm auctoritatem Caccialup. in l.frater à fratre,nu.107.ff.de cond.indeb.qui ſolùm ſcripſit,quòd quando quis habet patrem, & filium diuites prius alimenta conſequi debet à patre,quàm à filio. Ea ratione vſus eſt Caccialup.
20 †qa alimẽta magis debita sũt à patre filio,quàm è cõtra à filio patri.Et Caccialup.ſequuti ſunt alij cõgeſti ab Ant. Corduba in.l. ſi quis à liberis, in princ.num.7.& num.36.ff. de liberis agnoſc.Ergo idem in caſu noſtro. Hæc doctrina,e iuſq; ratio

 non

non cōuenit casui nostro, cum verùm non sit fratrē magistenere alere sororem, quàm maritus, vel eius hæredes vxorem.
21 † Nam si maritus omnino tenetur constante matrimonio alere vxorem, vt scribunt omnes in l. 1. ff. solut. matrim. ita etiam tenentur hæredes post mortem mariti ipsa muliere viuente in viduitate. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. actio. & scribunt, Bald. & alij in l. vlt. C. de bonis mater. & Marsil. in l. vnica, nu. 257. C. de raptu virg. Et tamen frater non tenetur alere sororem, nisi in subsidium, vt dicemus infra. Non etiam conuenit illa traditio, quæ à prædictis allegatur ex sententia Comens. in l. in suis. ff. de lib. & posth. & in cons. 132. nu. 2. Cum dixit, quòd quando mulier habet patrem diuitem à quo consequi potest alimenta, cessat dispositio d. Auth. Præterea. Et Comensem sequuti sunt Socin. sen. in d. cons. 30. nu. 4. lib. 4. Rimi nal. sen. in cons. 114. num. 16. lib. 1. Cephal. in cons. 244. num 20. lib. 2. & Hier. Cabriel. in d. cons. 142. nu. 30. qui alios refer.. Non inquam conuenit hæc consideratio, cum longa sit differentia inter patrem, & fratrem in hoc onere alimentorum. Nam filius in bonis patris ius quoddam habere dicitur; & propterea patre ipso viuente dicitur quodammodo domi-
22 nus, d. l. in suis. ff. de lib. & posth. & † propterea diuitiæ patris prosunt filio, & eum diuitem faciunt appellare; Non ita est in bonis fratris, quæ sororis aliquo modo dici non possunt; & ideò frater non tenetur indistinctè alere sororem: sed solùm in subsidium, quando scilicet aliundè non habet vnde se alat. Alex. in l. 1. num. 23. & 24. ff. soluto matr. & alios refert Ant. Corduba. in l. si quis à liberis. §. idem rescripsit. num. 92. & in §. si mater, num. 35. ff. de lib. agnosc. cum ergo D. Catherina habitura sit legis dispositione quartam ex bonis mariti, à fratribus ali non debet. Et si dicatur, dispositionem d. Authen. Præterea, esse pariter subsidiariam. Respondetur dispositionem illam pinguius prouidere vxori cum statuerit eam consequi debere proprietatem illius quartæ non existentibus, vt hic filijs eiusdem matrimonij, cum tamen frater præstare teneatur sola alimenta, idest fructus; Et propterea remedium,

quod

quod vtilius prouidet, prȩualere debet, ſicuti dicimus, quòd quando concurrit remedium extraordinarium cum ordinario, anteponitur extraordinariũ, ſi pinguius prouidet. Ita tradunt Bart.in l.Emilius, in fine.ff.de mino.25.ann. Alex.in cõſ. 207. nu.10.lib.7.& latè.Tiraq.in l.ſi vnquàm in verbo libertis, num.114.C.de reuo. donatio. Præterea, quòd vera non ſit illa Rolan.Decian.Gabriel.& Ludo. traditio, manifeſtè conuincitur ex diſpoſitione d. Auth. Præterea, ſeu ex d.§. quoniã
23 verò, qua Iuſtin. (vt etiam attingimus ſupra) ſtatuit, † quòd quando mulier eſt inops, ſuccedit in quarta vnà cum filijs; ſi ſunt eiuſdem matrimonij, obtinet quartȩ vſumfructum; ſi alterius matrimonij proprietatem; & tamen certum eſt, quòd ſiue conſideramus debitum filij erga matrem, & fratris erga ſororem reſpectu ſucceſſionis, quòd à pari procedunt, cũ hodie æquè ſuccedat mater in bonis filij, vt ſoror in bonis fratris; ex quo mater, & ſoror concurrunt in ipſius filij, fratriſq; ſucceſſ. Authe. defuncto.C.ad Tertull. ſiue etiam conſideramus debitum vtriuſq; reſpectu alimentorum, certum adhuc eſt, quòd maior eſt obligatio filij erga matrem, quàm fratris erga ſoro
24 rẽ; † Nam filius tenetur ratione naturali alere parẽtes, vt ſcripſit Ant.Corduba in d.l.ſi quis à liberis, in princ.num.6.verſ. in propoſita.ff.de lib.agnoſc. Nó ita eſt in fratre, qui ſolùm in ſubſidium, iure poſitiuo ita ſtatuente, tenetur alere ſororem. Cordub.in d.l.ſi quis à liberis.§. idem reſcripſit, nu.83. & 84. & propterea ſi mater haberet filios, ac etiã fratres à filijs magis, quàm à fratribus eſſet alenda. Si ergo ſtatuit Iuſtinianus, quòd habeat hanc quartam in bonis mariti, etiam ſi extant filij, quorum diuitiæ proſunt quidem quo ad alimenta matris; ſed tamẽ non efficiunt, quin dicatur in hac ſpecie laborare inopia, vt declarando d.Anth. Præterea, ſcripſit Corduba in d.l. ſi quis à liberis.§.ſi mater, num.33. Ita à fortiori dicendũ eſt, mulierem conſequi debere hanc quartã, & ſi habet filios diuites à quibus poſſet conſequi alimenta, & in ſpecie hanc ſententiam admittit Gozad.in d.Auth.Præterea, num. 82. cũ dixit, quòd mulier inops, & patre carens, conſequitur hanc

quartam tametsi ab alijs in subsidiũ alimenta debentur. Concludo itaq; assignandam esse quartam partem bonorum D. Prosperi huic D. Catherinę eius relictæ vxori.

*Iacob. Menoch.*

# CONSILIVM TERTIVM.

## SVMMARIVM.

1 *Ferro viam aperit, qui per argumentationes procedit.*

2 *Veritas quantò magis oppugnatur, tantò magis in lucem apparet.*

3 *Lex non videtur velle quod non dixit.*

4 *Congruitas dotis an ad tempus contracti matrimonij, an tempus mortis mariti sit referenda.*

5 *Auth. Præterea, & l. fin. C. de repud. Paris terminis videntur procedere.*

6 *Mulier quæ consequi potest quartam in bonis primi mariti, non videtur posse consequi in bonis vltimi.*

7 *Duo potissimum faciunt vt locus sit Auth. nostræ. s. inopia superstitis, & paupertas defuncti.*

8 *Pauper dicitur à parua pecunia.*

9 *Inops dicitur qui nihil habet.*

10 *Pauper, & inops pro eodem in materia nostra.*

11 *Pauper dicitur, qui ex redditibus suarum rerum viuere non potest, nec cogitur proprietatem vendere.*

12 *Quarta Auth. nostræ debetur superstiti coniugi inopi, etiam contra voluntatem defuncti.*

13 *Testator aliquando reuocat legatum in gratiam legatarij.*

14 *Argumentum à ratione legis sumendum.*

15 *Quæ in ratione conueniunt, non dicuntur discrepare.*

16 *Quod venit per identitatem rationis, non venit per extensionem.*

17 Lex

17 *Lex non dicitur omittere casum, qui sub ratione comprehenditur.*
18 *Mulier quæ non habet dotem congruentem ad alimenta, habet beneficium Auth. nostræ secundum communem.*
19 *Inter paruam, & paruulam dotem non est differentia.*
20 *Verba causa demonstrationis posita non considerantur, sed dispositiua.*
21 *Verba legis quæ referunt contingentiam facti, non habent ministerium iuris.*
22 *Maritos cogitur alere vxorem, quam sine dote accepit.*
23 *Ratio finalis Auth. Præterea, est inopia mulieris, non affectio maritalis.*
24 *Aduocati qui vili pretio patrocinium præstant, dicuntur viles.*
25 *Vltimus status hominis consideratur.*
26 *Fama mariti mortui dehonestatur, si vxor sua decenter non viuat.*
27 *Ea dicuntur posse fieri, quæ honestè fieri possunt.*
28 *Quando plura remedia competunt, an vno electo, cessent alia?*
29 *Qui dicit aliquem diuitem debet probare.*

DOMINA Catherina de Lucatellis primo nupsit cuidam Ioanni de Borneis Pistori, cũ dote librarum 450. Deinde eo mortuo, nupsit Prospero de Ferrariensibus pariter Pistori (sed diuiti) cum dote librarũ 1350. per fratres aucta, qui Prosper licet primo testamentum fecisset, in quo magnum legatum fecisset D. Catherinæ importantiæ scutorum 300. aureorum, & vltra; tamen postea coràm septem testibus illud testamentum reuocauit, & declarauit, venientes ab intestato, succedere debere in eius bonis & hæreditate, demumq; decessit relictis nepote, & neptibus duarùm sororum suarum. Quo viso, mota fuit D. Catherina cõtra prædictos prætendens sibi deberi quartam, velut inopi, in bonis mariti diuitis, vigore tex. in Auth. Preterea. C. vnde vir, & vx. & in §. Quoniam verò. in Auth. de exhib. & introd. reis. Quod aduersarij negant: super quo artic. scripsit ad fauorẽ D. Catherinæ clarus causę patronus D. Ferrantes Gargiareus,

 ob

ob eius virtutẽ mihi notus, mihiq; transmissum fuit eius Consilium doctum, & elegans, vt ei iuri consentaneo reperto sub-
1 scriberem; verum † quia ferro viam aperit, qui argumentatur, vt inquit Bal. in l. præcibus col. 9. vers. modò contra. C. de impub. & alijs subst. Cur. Iun. cons. 78. in prin. & in tract. depositi in prin. nu. 9. Rol. a Vall. cons. 47. nu. 7. & cons. 100. nu. 1. veritasq; disputando facilius inuenitur, vt scribit Bar. in l. Muneris §. Mixta. ff. de mun. & hon. Soc. Iun. cons. 128. nu. 176. volu. 1. Corn. cõs. 5. in princ. vol. 3. magisq; in lucẽ venit. c. Graue. 35. q. 9. Alex. cons. 51. in prin. vol. 4. Rol. loco cit. & ego cõs. 232.
2 in prin. † Et quantò magis conteritur, & oppugnatur, tantò clarior in lucem progreditur, sicut aromata magis redolent, quantò magis conteruntur, vt inquit Castr. cons. 23. vol. 1. Cra. cõs. 135. nu. 18. Rol. à Vall. cons. 66. in prin. vol. 2. & ego cons. 16. nu. 35. Igitur animaduersis quibusdam motiuis, & alijs, quibus vtuntur aduersarij, dico dubiam videri intentionẽ d. Dominæ cum. n. 1. & 2. loco fuerit dotata non videntur habere locũ d. iura, quæ loquuntur, quandò matrimonium fuit sine dote, vt in d. Auth. Præterea, ibi, si matrimonium sit sine dote, & in corpore, ibi eo quòd non sit facta dos, & vltra sæpius de muliere
3 indotata loquitur; † si. n. voluisset mulierem dotatam comprehendi hoc expressisset, l. vnica. §. sinautem ad deficientis. C. de cad. toll. & cum per dictionem sine negatiuam, & priuatiuam loquantur illa iura, & per dictionem, si conditionalem, quæ cõditio debet impleri in forma specifica, datur intelligi, quòd excludunt oẽm dotem, licet paruam, prout latius ponderant Fabian. de Pepis in d. Auth. Præterea. nu. 6. cum sequẽ. Et Soc. cons. 121. nu. 38. vol. 4. Secundo posito, quòd d. iura locum haberent etiam quando dos parua fuisset constituta propter auctoritatem, Bal. in d. Auth. Præterea. in fi. attamen adhuc restringi, & intelligi debere videtur, quando dos fuisset paruula notabili paruitate, vt ex quibusdam deducit ille Fabian. nu. 9. & Soc. in d. cõs. 121. nu. 44. moti potissimè per tex. in d. §. Quoniam verò, ibi, nihil habere valentes, sed nouissima viuentes inopia, cum quibus concordat Anch. iun. q. 26. col. 3. vol. 3. At

dos quam habuit hæc Domina 1.& 2.loco fuit congrua,veluti Pistoribus nupta;quorum secundus, licet auxerit patrimonium emendo domum nobilem,vt proponitur, & artem non amplius exercendo,sed ex redditibus prædiorum viuendo,seruientes necessarios,& equum retinendo, sicq; ad meliorem statum,& pinguiorem fortunam redactus decesserit, non tamen dos ab initio contracti matrimonij congrua dici potest incon
4 gruam fuisse tempore mortis dicti secundi viri,† cum congruitas dotis inspiciatur,habito respectu ad tempus contracti matrimonij,non autem ad tempus mortis mariti,vt voluit signãter Soc.cons.30.nu.10.vol.4.per tex.in l.fi.C. de repud. iũcto d.§.Quoniam verò,quos inducit,vt per eum latius, quẽ sequitur Cephal.cons.671.nu.19.& sequenti,& Pepus in d. Authẽ. Præterea.nu.35.licet non citet Socinum.

Tertio dictæ Dominæ videtur refragari ratio, quam considerat Soc.in d.cons.121.nu.41.dicit enim,quòd textus in d.§.
5 quoniam verò,vult,† quòd mulier indotata succedat in quarta ad similitudinem restitutionis,de qua in l.fi.C.de repud. sed illa lex fi. loquitur quando maritus accepit vxorem sine dote, ex affectu solùm maritali,hoc.n.casu videtur velle,quòd vxor illi succedat in quarta; sed quando accepit vxorem dotatam, vt in casu nostro,non videtur verificari simpliciter illa maritalis affectio;sed etiam videtur habitus respectus ad dotem, & sic tantùm ad eius restitutionem,& non ad dictam successionẽ quartæ,meritò non debet habere locum; & hãc rationẽ quoq; sequutus est ad vnguem,Cephal.in alleg.cons.671.num.19.dicens,quòd ad hoc, vt vxor consequatur hanc quartam operæ precium est, quòd vir eam acceperit indotatam per affectum solùm, vt probatur in.§. quia verò, in Auth.vt licc. matri, & auiæ, sed vbicunque maritus ducit vxorẽ dote congrua,nemo sanè dixerit eam duxisse solo affectu, & hoc apud ipsum Cephalum est indubitatum,meritò d.constitutio dicti.§.quia verò,locum habere non debet de quarta in bonis mariti diuitis prædefuncti consequenda per vxorem inopem.

Quartò,cum proponatur, quòd D. Catherina fuerit perso-

na vilis, vt nupta bis Pistoribus artificibus panis, & ob idem operis muliebribus, iunctis fructibus dotis, potest viuere, sic vt mendicare nõ cogatur, vtiq; cessante ratione d.§.quoniam verò.& §.quia verò, cessare quoq; debet illorum iurium dispositio, l. adigere.§.quàmuis.ff.de iure patr. sicq; Soc. argumentatur in d.cons.121.col.fi.in princ.dicens, secũdum hanc, & alias rationes fuisse iudicatum in Ciuitate Senarum secũdum Consilia in ea causa emanata:& ita de muliere paupere, & ignobili, cum prius fuisset pedisequa, loquitur Ceph.cons.244.& concludit sibi quartam non deberi.

Quinto dicitur, quòd hæc Domina habet fratres diuites, & nummularios, à quibus potest ali, prout tenentur l. qui filium; & ibi Bal.& alij.ff.vbi pupill.educ.debet. Et ponit Alex.in d. l.1.nu.23.ff.sol. matr. vndè cessat ratio, quòd laboret inopia consequendo alimenta à fratribus, & per consequens cessare debebunt iura, quæ cõcedunt quartam in bonis mariti diuitis.

Sexto, & vltimo dicitur, quòd hæc Domina petere potest hanc quartam in bonis prioris mariti, tunc enim longè pauperior erat velut minorem dotem habens, quàm tempore secundi mariti, quo fuit aucta; ideò non debet ab hæredibus secundi viri quartam consequi, quia non debetur nisi in subsidiũ, quando mulier non habet aliundè, alias secus, vt in d.§. quia verò, Cephal.cons.671.nu.20.& idem Clarius in cons. 244. nu.22. post Soc.in d.cõs.121.nu.30.vbi dicit vxorem cui quarta debetur ex bonis primi viri, non posse eam consequi in bonis secundi: quoniam cum habeat facultatem eam exigendi ex bonis primi, non dicitur pauper, & ita cessat dispositio d. Authẽ.

6 † Præterea, & hoc etiam si quartam nolit exigere ex bonis primi, cum.n.facere possit, vt sit diues, & non facit, dicitur diues, & vt subdit Soc.nu.36.remedium d.Auth.est subsidiarium, & habet locum vbicunq; vxor aliundè nequit alimẽtari, sed aliundè potest alimenta consequi, quando potest petere quartã ex bonis primi viri, ergo quartam recipere non potest ex bonis secundi viri; & hanc conclusionem latè disputando tenet Fabian.de Pepis in d.Auth.Præterea nu.33.dicens, ita Senis cõsuluisse

fuluisse cũ Soc.& pluribus alijs solemnibus viris, & ex his hæc conclusio negatiua videtur multum probabilis.

Diligentius tamen consideranti mihi magis placet affirma-
7 tiua pro qua moueor,†nam duo potissima requisita faciunt esse locum huic quartæ superstitis vxoris inopia,maritiq; defuncti diuitiæ,vt in d. Auth.Præterea, & in d.§. quia verò, & licet aliqui voluerunt differentiam versari inter pauperem, & ino-
8 pem,†quia pauper dicitur,qui parum habet,vt enim Varro putauit pauper à parua pecunia,seu paruo ære dicitur, hinc Horatius 1.sermonum satyra 1.

Semper ego optarim pauperimus esse bonorum, quod ar-
9 guit quod habuisse licet minimum.†Inops verò dicitur, qui nihil habet, quia dictio illa In,est priuatiua in totum. Ita tenet Archi.in c.quo iure.8.distin.quem sequitur Castr.in l.id quod pauperibus.C.de episc.& cler.& vt refert Dec.in d.Auth.Præterea,sub nu.16.Catolicon approbat hanc differentiam,vbi citat etiam Papiam,& idem sequitur Lucas de Pẽna in l. oẽs.C. de Anno.lib.10.tamen vt concludit Dec. quãdoque ista vocabula confunduntur, per,& pro eodem ponuntur,quod probatur in l.si procuratorem.§.si ignorantes.ff.mand.vers.Quod tamen,ibi si paupertas non permisit, excusata est eorum inopia. Et in terminis nostris in d.§.quoniam verò,vers.si verò, vbi dicitur,si inops vir, aut mulier inueniatur, & statim subdit ille,
10 vel illa superstes pauper, † & sic inops, & pauper in terminis huius Quartæ consequendæ ponuntur pro eodem. Confirmatur nam dicta quarta locum habet quando mulier habuit paruam dotem,vt mox dicam:& tamen eo casu dici non põt vxorem nihil in bonis habere.At hæc domina dicitur inops, siue
11 pauper,quòd idem est licet dos sit summæ librarũ 1350.†quoniam ex fructibus,siue redditibus dictæ summæ viuere nõ posset,quòd in rationem librarũ quinque pro centenario possent ascendere ad scutos xx.cum proponatur esse sexagenaria,clauda,& in aduersa valetudine constituta,seruitijs alienis indigẽs, & vnius famuli, duarumq; mulierum,quibus alimenta quoq; & annua salaria debentur.Propterea dos prædicta cõgrua dici

non

non potest,nec talis,vt non dicatur hæc domina indigere, & inops esse,vt in terminis ferè considerat Andr. Sicul. cons.74. col.1.& 2.vol.4.dicens, quod licet in præteritum dos fuisset congrua,nunc quòd grandeuæ ætatis facta est,quo tempore sibi præstanda sunt alimenta,talis dos non est habilis,vt alimentetur ex illa; propterea quartam habere debet in bonis mariti defuncti.Nec ad euitandũ hoc inconueniens dici debet, quòd vendat proprietatem suæ dotis,si est in immobilibus, & inde viuere;hoc.n.facere non tenetur,l.fi.§.ipsum autem,in fi.C.de bon.quæ lib.vbi dicitur,quòd filij non debẽt vẽdere proprietatem:quia parentes illos alere compelluntur; vnde si hoc est in filio respectu patris,cui filio debentur alimenta Iudicis officio,à fortiori dicendum videtur idem in ista quarta, quæ iure actionis petitur,& ita Dec.argumentatur in d.Auth.Præterea, col.pen.subdens,quòd in iudicando nunquid quis dicatur habere vnde se alat, consideratur,quòd percipere possit alimenta ex redditibus, & non cogitur vendere proprietatem, vt not. Bal.cons.30.sicut dixi vol.2.Idemq; tradit Soc. in l.diuortio, col.fi.ff.sol.matr.Gra.cõs.199.nu.6. Io. de Garonibus in Rub. C.de secun.nup.1.par.nu.42.& Menoch.cons.8.nu. 22. quare cùm lõgè maior summa scutorum xx.mulier hæc indigeat pro se,& familia sua,& sine ea viuere non possit, nisi mendicare cogatur,satis inops censeri debet,& quartam petere potest:& sicut primum requisitum probatum reperitur paupertatis huius Dominæ.De secundo non est dubitandum, quòd maritus suus secundus fuerit diues cum quarta bonorum suorum, vt audiui ascendat ad summam librar.13000.quare facilè concludi potest remedio d.Auth.Præterea,& in corpore locum esse.

Secundo probatur hæc conclusio noua subtili ratione; nos
12 .n.habemus qui ad † hęc quarta debẽ vxori,etiam cõtra volũtatem testatoris,vt ostendunt Soc.cons.108.col.1. & 2.vol.1. Corn.cons.178.col.1.& 2.vol.2.Dec.in d.Auth.Præterea.sub nu.9.vers.& cum debeatur.Et post eum latè Pepus sub nu.17. Cephal.in d.cons.244.col.1.Corn.cons.4.col.2.volu.4.Ruin. cõs.72.nu.17.vol.3.Rol.cons.62.nu.58.& 63.vol.1.Dec.cõs.

76.

76.nu.8.& Io.Petrus Surdus conſ.81. nu.15. at proponitur in facto, quòd maritus huic vxori reliquerat in teſtamẽto ſcutos 300.annuos,& vltra videlicet vſumfructum cuiuſdam poſſeſſionis,& habitationis domus tantum releuantem, quod legatũ non aſcendebat ad redditum fructuum d.quartæ valoris librarũ 13000.ſed aſcendiſſent eius redditus,ſiue fructus ad ſcutos 650.annuos in rationem librarum quinq; pro quolibet centenario,vnde potuiſſet hæc mulier petere dictam quartam, computato in eam d.legato iux.tex.in d.Auth.Præterea, & in corpòre,ſicut.n.maritus expreſsè non poteſt ab iſta quarta vxorẽ excludere. Bald. Caſtr. & Roman.ibi Roman.in l.diuortio.in prin.ff.ſol.matr.Ceph.in d.conſ.244.nu.6.inferens, quòd ita non poteſt tacitè,legatum ſibi relinquendo iux.l.qui ad certũ. ff.loca.& l.cum quid.ff.ſi cert.peta.Propterea maritus hæc cõ-
13 ſiderans (vt puto)teſtamentum† reuocauit,& declarauit veniẽtes ab inteſtato debere ſuccedere,non vt vxorem priuaret hac quarta,quia pœna priuationis non inducitur,niſi vbi reperitur expreſſa.§.optimè in Auth.de non elig.2. nubẽ. ibi nec lex eſt tale,quid dicens.Quem ad hoc allegat Bal.in Auth.ex teſtam. col.antepen.C.de ſecun.nupt. Glo. in c.fi.& poſt eam Abb.de iure patr.Alex.conſ.92.& conſ.112.vol.6.Dec.conſ.90. & cõſil.581.col.4.cum ſimil.per me conſ.23.nu.276.Sed vt potius ſibi dictam quartam, quæ ſibi de iure debebatur ab inteſtato tacitè relinqueret,iux.l.conficiuntur.ff.de iur.codicill.propterea concludi poteſt, hanc quartam per hanc Dominam peti poſſe ex tacita voluntate mariti,& hanc partem tenendo, non obſtant contraria, & in primis,quòd text.in d. Auth. Præterea,& in d.§.Quia verò loquuntur,quando matrimonium fuit ſine dote,& mulier indotata, nos autem de dotata loquimur; ergo ceſſare debent, quia conſideranda eſt eorum iurium ra-
14 tio motiua;† optimum eſt.n.argumentum ſumptum ex ratione legis,& eius identitate,quia vbi eadem ratio, ibi idem ius eſſe debet,l.illud.ff. ad l. Aqui. & ibi Glo.plures concordantes allegat,& vbicunq; ratio legis eſt generalis, dicitur comprehẽdere plures caſus, tanquã genus comprehendit ſuas ſpecies, ut

tradunt

tradunt Petr.& Cyn.in l.nō in singulos.ff.de legib. Bal.in Auth.post fratres.C.de leg.hæred.& in l.data opera,col.8.C.qui accus.dixit idem Bal.ꝙ id videtur expresse cautum in quo eadem ratio reperitur, etiam si materia foret pœnalis, per l. his solis.C.de reuo.don.& in l.fi.C.de indi.iudi.tol.Idemq; Bald. cons.433.vol.3.Anch.cons.96.col.1.Castr.cons.83.colum.2. vol.2.hinc,& Bal.in l.omnes populi col.7.versicu.Quæro,quæ
15 sint.ff.de iust.& iur. dicebat, † quòd non videntur discrepare, quæ in ratione conueniunt;quia ratio est conuentio diuersorū casuum ad eundem finem tendentium,& idem col.pen.vers.2. nota,dicit,quòd vbi est eadem ratio, non propriè dicimus di-
16 spositionem extendi;quia tacitè inest,† & quòd illud quod venit ex identitate rationis, non veniat per extensionem legis, sed ex ipsa lege,probat tex.in l.nominis,& rei.§.verbum ex legib.ff.de verb.sig.Anch.cons.112.col.1.Castr.cons.441.col. pen.vol.2.Corn.cons.90.col.2.vol.3.Alex.cons.75.nu.3.vol. 5.& cons.89.nu.6.vol.6.Ias.cons.141.col.6. vers.in primis volu.2.Dec.cons.301.col.2.& cons.372.col.3.& præcipuè prædicta procedunt,quando ratio generalis est expressa, quia licet lex non ita clarè in singulis casibus disponat, attamen eius dispositio comprehendere dicetur omnes casus,qui comprehenduntur sub generalitate dictæ rationis. Gloss. est nota, quam summè commendat Cardinal.ibi in Clement. vlt. de election. sequitur Bartol. in l. cum pater.§. dulcissimi.ff. de leg. 2. & Socin. cons.89.num.20. volum.4. Et hæc in terminis nostris adducit Decia. respon.70. num. 8. 9. & 10.vol. 2.sicut & Rolan.à Vall.cons.14.num.10. cum sequentib.vol. 3.prẹter quos videri possunt alia, quæ de vi rationis ego posui cons.4.num.9.cum sequentibus,quæ summatim referam, vt ꝙ quando militat eadem ratio sumus in interpretatione intellectiua,& comprehensiua, quæ dicitur in esse, sicuti species dicitur in esse generi:& sic sumus extra materiam extensionis;non enim dicitur lex extendi vbi viget eadem ratio,sed annucleari; nec dicitur quis extendendo nouum casum addere, sed quòd in primo casu in ratione includebatur secundum

æquitatem detegere,siue declarare; quia lex dicitur omne, ꝙ in ratione consistit, nec dicitur casus omissus, vbi est eadẽ ratio, & quòd verbis legis omissum est,non omittetur religione iudicantis;sed vbi est eadem ratio, & eadem mens, dicitur idem casus; nam non est curandum de casuum diuersitate,dũmodo in omnibus casibus sit eadem ratio, hæc in d.cons.4.dixi iuribus,& auctoritatibus,quæ videri possunt, ea confirmãs. At in proposito nostro,vt dicunt Decian.& Rolan.in dd.consilijs,& And.Sicul.in d.cõs.74.ratio dictorũ iurium concedentium quartam vxori fuit indigentia,& inopia illius, quæ manifestè cõstat si apparet indotata,& idem si dotata sit; sed dos non sufficiat ad alimenta,quia pariter hoc casu constat militare rationem legis generalem,ne vxor indigeat, & vt non laboret inopia,vt probatur in d.§.quia verò,ibi, vt inopia coniugis per diuitias saluetur alterius, & in illis inops, aut vir, aut mulier inueniatur, quòd etiam probatur in.§. ꝙ autem,in Auth. vt lice. mat. & auiæ. vbi tex. etiam se fundat in indigentia vxoris;& hanc esse rationem tradunt omnes in d. Authen.Præterea,ne scilicet vxor cogatur mendicare,vel inopia laborare,& præter eos ibi tradit hoc idem Matthesil. in tractat.de success.ab intest. in 4.arti. prin.nu.23.Nicol.de Vbal. in eiusdem tituli tract.4.part.col.fi.vers.& idem.Guil.Bened. in c. Raynut.in vers. & vxorem nomine Adelasiam, in 5. decis.num.244. Et Mantua.cons. 145.vol. 2. Vnde dicit Ioannes Petrus Surdus cons.112.num.84.ꝙ vxor parua dote dotata,habito respectu ad substantiam viri,qui erat diues,idem est ac si fuisset indotata,quoad petitionem dictæ quartæ, secundũ Bal.& alios in d. Auth. Præterea, & præter eos Marsil.cons. 103.num. 24. Tiraq. in tract. de iudic. in rebus exiguis. fol. 113. vers. nono.Natta cons.346.num.6.& Ceph.cons. 288. num.29. meritò stante ratione prædicta mendicitatis,indigẽtiæ,vel inopiæ,concludi debet illa iura quoque sibi locum vẽdicare in vxore dotata,tali tamen,quæ non sufficiat ad alimẽta sua,& familiæ suæ,nisi mendicet: fragilisq; meo iudicio redditur illa consideratio Socin.in d.cons.121.vol.4.sicut,& Pepi.in

pi.in

pi. in d. Auth. Præterea, quòd cum iura loquantur de matr monio sine dote, & muliere indotata, si voluisset Imperat mulierem dotatam comprehendi, id expressisset, d. §. sin au
17 ad deficientis; quia procederet in dubio, † secus stante ratio ne indigentiæ, mendicitatis, & inopia, qua mouentur Doct res, propter quam satis expressum dicitur, nec casus dotatæ mulieris dicitur omissus, nec à religione iudicâtis omitti de bet, & ex alijs circa vim rationis supra deductis, ex quibus co ligitur Imperatorem voluisse quoq; contineri casum mulie ris dotatæ, sicuti videmus inclusionem vnius non esse alterius exclusionem, quòd alia via comprehenditur, vt voluit Saly. in l. quod de crimine 2. oppo. C. Qui accus. non poss. Dec. cõ. 11. num. 18. D. meus Riminal. cons. 529. num. 26. & ego dixi Instit. dona. in princ. num. 313. in l. 1. num. 198. C. Qui admit tit, in l. posthumo. num. 100. C. de bon. poss. contra tab. & cõ sil. 23. num. 206. sicut, & num. 308. & ita cessat primum. Nunc ad secundum deuenio, pro cuius solutione præmitto com munem esse opinionem, & pro ea semper iudicatum fuisse, q
18 † d. Auth. Præterea, locum habeat non tantum in vxore in dotata, sed etiam in ea, quæ dotem habuit, sed paruam; & paruam intelligunt Doctores, quando cum ea solummodo ali non potest, ita copiosè multos allegant Rol. à Vall. cons. 14. col. 3. vol. 3. & Decian. respon. 70. col. 4. vers. 3. & vlt. vol. 1. quorum auctoritates non transcribam, cum videri possint in eis, sed addendi sunt tantum Natta cons. 605. nume. 12. & Celsus Vgo cons. 4. num. 15. vbi testatur in fi. consilij fuisse iudicatum pro vidua in audientia Regis Cataloniæ, sicut & communem testatur Ioannes Durantis de arte testan. Titu. de legatis 6. cautela xx. in princ. Craue. cons. 199. nu. 7. Viuius cõ mu. opi. in verba vxor. Tom. 1. Michael Crassus. in lib. de suc cessionibus. §. successio ab intestato. q. 39. nu. 4. Surdus in d. cõl. 112. nu. 84. & alij, quos laboriosum potius esset, quæ subtile re perire; hac igitur conclusione præmissa tàm recepta, respódeo restrictioni, quàm fecit ad illam Fabian. de Pepis in d. Authẽ. Præterea. nu. 9. & Soc. cons. 121. nu. 44. vol. 4. sicut, & Anchar.

iun.

iun. lib.3.quæst.suarum q.26.& prior eis Corn.in d.Auth.Prę terea,col.1.nu.4.moti,per d.§.quoniam verò.ibi nihil habere valentes,sed nouissima uiuente inopia, & eos incidenter retuli in addi.ad dominum meum Riminaldum cons.114.quòd siue consideremus dotem minimam notabili paruitate,siue paruam mediocriter,licet non excessiuè, quotiens illa nõ sufficiat ad uictum uxoris,utiq; non differt ab ea,nisi per plus,& minus quæ specie non differunt,l.fi.ff.de triti.uino,& oleo lega.militatq; semper eadem ratio, ꝙ uxor mendicare cogatur,& alijs inseruire,postquàm dos sua simpliciter parua sibi non sufficit ad uictum,uestitum,& alia sibi ad alimenta necessaria, & licet quoniam mulier nullam habet dotem nel minimam,maior uideatur ratio,quòd debeat habere quartam, propter maiorem indigentiam,quam quãdo paulò maiorem dotem habet, quia non tantùm indiget;tamen quia ratio indigentia generalis est, licet sit maior in uno casu,quàm in alio debet habere locũ dispositio d.§.Quoniam uerò,l.1.§.Quod autem.ff.de alea.l.fi.§. uxorem.ff. de aur. & arg.leg.& l.1.§.& generaliter.ff. de lega. præstan.& ponit Dec.cons.5.nu.2. Reijcienda quoq; mihi ui-
9 detur ex alio† differentia prædicta dotis paruulæ,uel paruæ,nã cum neutra quartam excludat secundum communem sententiam,sed in ea ueniat computanda secundum Bald.& Castr.in d.Auth.Præterea in fi.& Decium sub nu.5.uers. & ad prædicta licet Pepus fatendo magis communem contra teneat sub nu. 9.col.seq.quem sequitur Cur. iun. nu. 25.quibus non assentio per tex.in d.§.quoniam uero,ubi mulierem non offerẽtem dotem,non admittit ad quartam,non uidentur audiendi successores mariti defuncti;quia si esset minima plus de bonis hæreditatis quartam supplerent;si uerò parua sit,minus dabunt, unde quia 2.casu minus grauantur silere debent:Nec obstãt illa uerba ponderata per Soc.Pepum,& sequaces in d.§. quoniã uerò, ibi nihil habere ualentes,sed nouissima uiuente inopia,quia Iustinianus ibi narrat,& demonstrat seriem facti dicẽs. Videmus quosdam cohærentes mulieribus indotatis,deinde morientes, & filios uocatos ad hæreditatem patris, mulieres tamen licet

n statu legitimę coniugis manserint; attamen eo quòd non facta dos, neq; antè nuptialis don. nihil habere ualentes, &
20 nouissima uiuentes inopia, hactenus† d. uerba sunt causa dem. strationis apposita; & ideò non debent attendi sicut principa le, quòd subijcitur, ut tradit Specul. in titu. de posi. §. sequitur. uers. 2. sequitur, Butr. in c. 1. de plus peti. Bar. & Bald. in l. si cu. 2. §. si à filio. ff. de leg. 1. Bar. in. l. fin. §. Titia. ff. de lib. leg. Alex. in l. si idem cum eodē. §. fin. ff. de iurisd. om. iud. & Fel. in c. cau sam, quæ, col. 4. de rescr. Quos omnes citat Decian. respon. num. 17. vol. 3. sic ergo dixit Imperator, quòd illæ mulier. nihil habeant, & nouissima viuebant inopia, si nec dotem ha bebant, nec donatio propter nuptias sibi fuerat facta: sed de cisio sua respici debet, dum subdit, propterea sancimus proui dentiam fieri etiam harum in successione morientis, vocans eas in quartam partem, & è contra maritum si sit ille pauper, & vxor præmoriens diues, mouetur q; circa finem ratione, vt inopia coniugis per diuitias saluetur, alteriusq; ratio genera lis est, & conueniens, siue mulier sit indotata, siue sic, dūmodo indigeat ad victum, quia dos non sufficiat. Nec mihi placet, q ad considerandam cōgruitatem dotis considerari debeat tem pus contracti matrimonij, non autem mortis mariti, vt voluit Soc. in alleg. cons. 30. vol. 4. quoniam licet ita voluerint Socc. Pepus, & Cephal. allegati, longè plures tenuerūt tempus mor tis mariti debere attendi, sic enim voluit Barba. cons. 74. vol. 4. col. 2. & 3. vbi dicit, quòd licet dos fuisset sufficiens tempo re quo data fuit, quia mulier erat iuuencula, & fortè maritus eius erat pauper, & postmodum effectus est diues, tamen tem pore mortis mariti, dos illa non debet reputari sufficiens ad victum mulieris pauperis, & grandeuæ, seu senis, quòd hic ad vnguem conuenit; nam dos ab initio data 2. viro poterat dici congrua, velut eo minus tunc facultatibus idoneo, & illa iuue ne, at tempore mortis mariti facultatibus aucto, & illa sene, clauda, & valetudinaria dicitur incompetens, nec ad sustenta tionem sui, & sibi seruientium, quibus indiget sufficiens, ean demq; sententiam clarè tenet Guil. Benedic. in c. Raynut. in

verbo,

verbo,& vxorem nomine Adelasiam,num. 244. de testa. vbi determinat sufficere,quòd coniux superstes volens succedere sit pauper,& inops tēpore mortis viri,& ipse sit diues.Idemq; tenet Corn. cons.4.colum.fin.ver. & licet vol.4. vbi dicit, ꝙ ad impediendum ne vxor consequatur quartam in bonis mariti diuitis præmortui, sufficit, quòd tempore mortis habeat vnde possit se alere,& sic inopia consideratur tempore mortis mariti diuitis,quod & in cons. 224. in princ.eo.vol. perpē dit,& eum deducit Rol.à Valle cons. 15.col.5. vers.4. & vlt. vol.3.sicut & Decium cons.24.in prin.& in discursu, & alios, de quibus per eum.Nec obstat tex.in l.fi.C. de repud. quē deducit Soc.in d.cons.30.pro opi.sua,vbi dicitur, quòd si maritus accepit vxorem sine dote,& sine causa eam expulerit,compellitur ei quartam substantiæ suæ præstare, sicq; qualitatem mulieris existentis sine dote considerat Imperator respectu tē poris quo vir eam accepit,& sic tempore contracti matrimonij,ergo cum in §.Quoniam verò,vbi de muliere inope loquēs inducit quartam ad similitudinem illius legis fi.sequitur,quòd si quam habuit dotem congruitas illius, vel nō attēdi debeat, attento tempore contracti matrimonij, non autem mortis mariti,quare in casu nostro si tempore quo hęc domina nupsit secundo viro,dos sua poterat dici congrua, attentis facultatibus mediocribus viri,licet postea dictæ facultates multum excreuerint tempore mortis illius viri; & ob id eo secundo tempore dos dictæ Dominæ posset incongrua reputari,non debet id tempus attendi pro consequenda quarta, sed primum contracti matrimonij,quo dos erat congrua,debet attendi pro quarta deneganda,hæc enim consideratio Soc. circa iura prædicta tollitur à Rolan.à Valle in cons.15.nu.28.vol.3. Dicit enim, quòd licet tex.in d.§.Quoniam dicat, quòd quarta,de qua ibi debeatur vxori ad similitudinem, vel exemplū dictæ l.fi.quæ, vel quod est,quòd sicut vxori eiectæ à domo mariti sine culpa ipsius quarta,debetur in bonis mariti,ita etiam in casu de quo in d.§.Quoniam,debetur vxori tamen ex hoc inferri non potest,quòd ille tex.velit,quòd quarta,de qua ibi debeat̄, habito

respectu ad tempus contracti matrimonij; quia in casu dictæ legis fin. non fuit quæsitum ab Imperatore de hoc, minusq; necessaria talis inuestigatio, cum in casu illius legis, siue mulier fuerit congruè dotata tempore contracti matrimonij, siue indotata possit consequi quartam partem bonorum mariti, & eius odium tempore quo sine eius causa eiecta fuit à domo ipsius viri, vt ibi dicitur, & etiam vltra dotem datam, vt vult Bal. in l. fi. C. de sent. quæ sine cer. quam Alex. in l. si cum dotem. § sin autẽ in sæuissimo, col. 2. ff. sol. matr. quod inquit menti perpetuò tenendum. Et Pepus in d. Auth. Præterea, col. 7. Quod non potest dici in casu dicti. §. Quoniam, quia si mulier habet congruam dotem, non potest consequi quartam; quia cessat ratio inopiæ, & mendicitatis, quæ est causa finalis, quòd mulier consequatur quartam in bonis mariti diuitis pręmortui; vnde licet tex. in d. l. fin. dicat si quis acceperit vxorem indotatam.
21 † tamẽ illa verba important facti narrationem, & non decisionem quod attendatur tempus contracti matrimonij, quia hoc non fuit necessarium quærere in casu d. l. fi. & ita Rolã. à Valle concludit contra Socinum, quòd inductio facta de dicta l. fin. non facit ad propositum nostrum: immò verò præter Rolandũ retorqueo dictam l. fi. contra Soc. nam quarta debetur ibi mulieri propter expulsionem causatam post cõtractum matrimonij: vnde sicut in ea quarta præstanda mulieri non attenditur tempus contracti matrimonij, sed sequens expulsionis, pariter in casu nostro in quarta præstanda mulieri propter inopiã in bonis mariti diuitis prædefuncti, non debet attendi tempus cõtracti matrimonij, sed mortis illius, & ratio quoq; differentiæ mihi videtur esse probabilis; quia cum hæc quarta mulieri debeatur indigenti, nec aliundè habenti quo se alat, quia dos ad eius alimenta non sufficiat, vt iq; dicta quarta considerari non potest secundum facultates mariti tempore contracti matrimonij, quia tunc indigens dici non poterat, nec aliundè habere vnde se aleret, cum maritus eam teneretur alere, prout tenuerunt Iacob. de Are. Bal. & Alex. in d. §. sin autem in sæuissimo, col. 2. Ex. & Bar. in l. quod in vxorẽ. C. de neg. gest. quibus

acce-

accedit notab. distinctio Romani conſ. 517. col. 1. & 2. dicit. n. quòd an maritus indotatam vxorem teneatur alere, & marita-
2 li affectione tractare,† aut eſt indotata, eo quia dos nõ fuit promiſſa, & tunc maritũ eam apud ſe ſtantem, non repellere, ſed alimentare cogit, ac affectione maritali tractare. §. quoniam, in Auth. quibus mod. natur. effi. leg. & poſt Romanum concordantes allegat Horat. Mandoſ. ibi, aut eſt indotata, quia dos non fuit tradita, ſed promiſſa tantum marito, & tunc ſi maritus nõ vult eam alere, non cogitur, ſed repellere poteſt, l. fi. C. ad Velleia. ſi tamen eam non excluſit, ſed in ſeruitio mariti ſit ei cooperando, vt debet. l. ſicut. ff. de oper. liber. tunc debet maritus ſibi alimenta præſtare, etiam vltra dotis quantitatem, ſi dos nõ ſufficiat, at cum præſupponatur in caſu noſtro vxorem ſemper apud maritum ſtetiſſe cooperando more vxoris, & alimẽta habuiſſe à marito, ſequitur vt indigens, aut inops tempore contracti matrimonij dici non potuerit; & propterea quarta non poteſt de illo tempore conſiderari; ſed quando moritur maritus, quo tempore ceſſant eius alimenta, & hæc vltra Rolãdum ſint dicta.

Venio nunc ad tertium contrarium de ratione Soc. in d. cõſil. 121. nu. 41. fundata in d. l. fi. C. de repud. quæ loquitur quando maritus accepit vxorem ſine dote, & affectu ſolùm maritali: Vnde cum hæc quarta inducta ſit ad ſimilitudinem illius legis fin. ceſſare debet quando maritus habuit dotem, quia non interuenit ſimplex affectus maritalis, ſed videtur habitus reſpectus ad dotem, cui fundamento reſpondet Rolan. à Vall. in d. conſ. 14. nu. 38. verſ. ſimiliter, quòd ratio finalis dicti. §. quoniã
3 verò, & Auth. Pręterea,† eſt inopia mulieris, nõ autem affectus maritalis, vt per Gozad. & alios ibi, & per Corneum conſ. 4. nu. 26. vol. 4. Comprobatur vltra Rolan. in d. l. fi. quarta locum habet non ex eo, quia matrimonium ſolo affectu contractum fuerit, affectus. n. ſemper eſt præcipuus, vt ibi dicitur, non enim dotibus, ſed affectu matrimonia contrahuntur, & probatur in c. cum locum deſponſ. in l. nuptias. ff. de reg. iur. ſed competit illa quarta mulieri, quia ſine culpa ſua fuit eiecta de domo

mariti viuentis. Igitur, & in proposito nostro quarta debet vxori, non quia per affectum solùm ducta fuerit, sed propter diuitias mariti repertas in eius bonis tempore mortis, & vxoris inopiam.

Ad quartum, quòd ista mulier sit vilis, & ideò cum de fructibus dotis iunctis operis suis muliebribus viuere possit, non debet habere quartam, vt idem Soc. voluit in d.cons. 121.col.ii. in prin. Respōdetur in primis negando vilitatem dictæ mulieris, vilitas.n.considerat in artificibus quibusdam ignobilibus atq; vilissimis.§.sancimus.in Auth. de testi. vt sunt Carpentarij, qui stant in curia communis, vel spanaldi sine arte obscuri
24 abiectæ personæ secundum glo.ibi.† hinc aduocati viles dicuntur qui abiecti, atq; degeneres inter vilissimos cõputantur, qui vili pretio, siue turpi compendio patrocinium prestant, l.quisquis.C.de postul.Glo.in §.apud vrbem.3.q.7.quã sequitur Io. Fabri.in l.si qui.C.eo.Et Tiraquell.in tract.de nobilitate, cap. 29.nu.6.at huic D. Catherinæ vilitas aliqua impingi non potest, cum per annos 17.nullam artem exercuit, sed cum marito vixit, more honorabilis mulieris, ex suis introitibus bonorum.
25 †& sic vltimus status eius attendi debet, quicquid in præteritum fuerit. Vnde posito, quòd ab initio contracti matrimonij dos quam dedit potuisset dici congrua, attento statu suo, & mariti tenues facultates habentis, tamen processu temporis, & mortis viri, quo tempore fuerunt auctę multum facultates suę, dos prędicta dici potest incongrua, nec talis censeri debet, quòd ex ea tantùm viuere possit, secundum præsentem statum à primo mutatum, & diuersum, qui debet attendi, vt supra dixi uersic. nec mihi placet, & comprobatur, quia mutatione personæ mutata dicitur concessio, & dispositio c.1.de iure patro. Alex. cõs.35. nu.16.uol.4.Brun.cons.91.nu.3.& cons.103.nu.4.Menoch.consil.160.nu.15.de feudo antiquo loquens, quòd mutatione personæ fit nouum, plures allegans, & inter eos me, cons.32.num. 23. Nec assentire possum, quòd fructibus dotis operas muliebres adiungens uiuere possit, & ob id quartam consequi posse non debeat, ut dicebat Soc.in d.cons.121.quia respondet Rol. à Valle

à Valle conſ.14.in fi.uol.3. dicens, quòd ex quo mulier uidua eſt imago mariti defuncti,in cuius ſignum portat ſuperuiuens lugubria per annum,ut per Bal.in l.pignoris.C.de pign. actio. & fungatur priuilegijs,& conditione mariti, quouſq; ſit maritata.l.fœmina.ff.de ſenat.Bal.& alij in l. cum quædam puella. ff.de iuriſ.omn.iud.multumq; interſit matrimonium paupertate,& mendicitate ſuperſtitis non deturpari,nec in publico cõſpectu ludibrio fieri,ne ex hoc defunctus iniuria afficiatur.§.li-
26 cet autem.Inſt.ex quib.cauſ.manu† eiusq; fama,quę alias inſignis foret mœrore,ac infęlicitate uiuentis pereat,uel obſcuretur,meritò mulier in caſu Rolãdi,ſicut hæc in caſu noſtro,quæ ſenio confecta eſt velut excedens annos 60.quæ magis indiget ſeruiri,quàm alteri ſeruire,& cui indecens eſſet operari, & lucrari proprijs manibus,& ingenio attenta familia uiri, & etiã ſua in qua fuerunt,ut audio duo Reuerendiſs. Epiſcopi Regienſis,& Venuſinus,debet in dicta quarta ſuccedere, ne mendicare cogatur,& alimentis carere.Ita pulchrè concludit Rolan.in d.conſ.14.in fi.ſed & præter eum fuſius Barbat. in d. conſ.74. col.4.uolu.4.uerſ.non obſtat, inquit,quòd ſi opponatur,quòd d. mulier ſenex, & antiqua redacta ad ætatem quietis, & ceſſationis à laboribus poterit eſſe pediſequa, & ſeruitialis nobilium Dominarum,& ſic habebit expenſas, & lucrabitur. Pro certo ſubdit Barbatij durus eſt hic ſermo,quia cum mulier uidua,& uidualiter uiuens,& honeſtè fungatur priuilegio,& conditione mariti quouſq; ſit maritata.l.Quotiens.C.de dign.lib. 12.uerſic.In uiduitate permanens, l.filijs.§.uidua.ff. ad munic. Dedecus eſſet marito,& eius conditioni, quòd uxor eius pro-
27 pter inopiam iret ad ſeruiendum Dominabus, † & ea dicimur poſſe facere,quæ cum honeſtate poſſumus,l. nepos proculo.ff. de uerb. ſig.& dũ opponitur quod lucrabitur,uideamus inquit Barbatius,quomodo ſimiles perſonæ lucrari poſſunt Bononię, ubi cõſueuit dari ſalarium 12.librarum,ſi enim oportet, quòd ſe ueſtiat emendo caligas,calceos,interulas,& ſimilia, quo caſu non ſufficiunt 12. libr. de quo poterit pecunias accumulare?certè nullo modo,& ita latius inuehitur ibi Barbat. aduer-

 ſus

sus denegantes quartam dictæ mulieri, pro qua consuluit, cui similis est ad vnguem hæc Domina, & cum Barbatio concordatur etiam Decia. resp. 70. sub nu. 16. vol. 2. Circa quartũ contrariũ de fratribus huius Dominæ diuitibus, à quibus ipsa potest alimenta consequi, propterea cum habeat aliundè, vnde se alat, non debet hãc quartam posse petere ab hæredibus sui mariti, placet inter alias responsiones allatas per excell. D. Ferrãtem, quòd cum fratres in subsidium teneantur alere sororem pauperem, non habentem vnde se alat, vt per Alexã. in l. 1. nu. 23. ff. sol. mat. pariq; modo mulier inops in bonis mariti diuitis debeat habere quartam, sicq; vtrumq; remedium sit subsidiarium, fuit, & esse debet in electione huius Dominæ alterum eligere, prout elegit contra successores mariti defuncti; nã cui competunt plures actiones, potest vnam eligere, l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribu. act. l. cum filius. §. varijs. ff. de leg. 2.

28 Quinimmò † quando plures actiones ex eadem causa originẽ ducunt, licet sint obligationes diuersæ, si quidem contra diuersos diriguntur per electionem vnius non tollitur alia, l. tutor qui repertorium. §. duobus. ff. de admi. tut. Et post Dynum declarat Bar. in l. 1. §. vnde quæritur, sub nu. 3. ff. de publica. cum enim dicta remedia cumulatiuè tendant ad eundem finem, ne vxor laboret inopia, & mendicare cogatur, vnum intentatum non excludit aliud, vt docet Bart. in l. cõsentaneum. C. quomodo, & quando iud. col. fi. vers. quæro secundo, Bal. in l. ignorare in fi. C. de testa. mil. Dec. cons. 460. col. 1. & 2. & cons. 467. nu. 3. Decia. resp. 100. nu. 27. vol. 3. unde patet, quòd hæc Domina rectè agit aduersus hæredes mariti sui.

Ad ultimum, quòd hæc quarta peti debuit ab hæredibus primi uiri, non autem ab hęredibus secundi, breuiter respondetur, quòd id fortè procederetur, ubi uir primus decessisset diues, cuius contrarium supponitur, quòd immò decessit pauperimus, & aduersarij cũ se fundent in diuitijs illius primi uiri ad excludendam hanc Dominam à quarta in bonis secundi uiri, 29 debuerunt probare primum uirum decessisse diuitem; nã † qui se fundat in diuitijs, debet eas ꝓbare, ut est gl. magistral. in l. si uero.

uero.§.qui pro rei qualitate,& ibi Bald. Ang. Castr. Alexan.& Ias.ff.qui satis.cog.& eam meliorem de iure dicit, Bald.in l.4. C.quando fisc.uel priua.& singularem, Afflic.decis.377.plu-resq; concordantes allegat Benincas. in tract. de Paupert.q.6. nu.2.propterea super hoc fundamento in facto non uerò, sicut & in alijs audiri non debent dicti hæredes,& aduersus eos obtinere debet quartam petitam hæc D.Catherina.

*Hippolytus Riminaldus.*

# CONSILIVM QVARTVM.

## *SVMMARIVM.*

1 *AN mulier habens patrem diuitem,habeat beneficium, Auth. nostræ?*
*Et quid si habet fratres diuites?*
2 *Res certa dicitur pro eo qui habet regulam pro se.*
3 *Quod mulier habens patrem diuitem, & fratres diuites,non habeat beneficium Auth.nostræ, est periculosum valdè.*
4 *Plus iuris habet filius in bonis patris, quàm frater in bonis fratris.*
5 *Materia extensionis tota fundata in identitate rationis.*
6 *Fratres nō debent duplici onere grauari,uidelicet dotare sororem, etiam tenui dote,& posteà etiam, mortuo marito, præstare alimenta.*
7 *Diuersa ratio reformat pactum.*
8 *Conditio subaudita,de qua in l.cum auus, de cond.& demonstr.nō habet locum in transuersalibus,ob diuersam rationem.*
9 *Ratio naturalis magnam virtutem habet.*
10 *Ratio ita debet mouere iudicem,sicut lex scripta.*
11 *Electo remedio ad quartam, cessat remedium contra fratres ad alimenta.*
12 *Remedio uno voluntariè electo,cessat aliud,secus si coactè.*

ALIAS ego consului pro D. Catherina Lucatella, petente quartam in bonis mariti diuitis. Nunc verò dubitatur, præsupposito, q̃ habeat fratres diuites, an debeat habere quartam in bonis mariti.

Circa quod dicendum videtur aspectu primo respondendum, quòd nequaquàm; nãq; ratio finalis, & motiua Authen. Præterea. C. vnde vir, & vxor. propter quam potest consequi quartam in bonis mariti, & inopia vxoris, & diuitiæ mariti. §. fin. in Auct. de exhib. reis. in illis verbis, vt inopia coniugis pro diuitias saluetur alterius, & in illis inops, aut vir, aut mulier inueniatur, quòd etiam probatur in §. quod autem, in Auth. vt lice. ma. & auiæ, vbi tex. etiam se fundat in indigentia vxoris, & hanc esse rationem tradunt omnes in d. Authen. Præterea, Matthesil. in tract. de success. ab intest. in 4. artic. princip. nu. 23. & Nicol. de Vbal. in eod. tract. in 4. part. col. fin. vers. & idem Barb. cons. 74. col. 3. volu. 4. & De-
1 cian. respon. 70. nu. 11. vol. 2. † Sed quando mulier habet patrẽ diuitem, non potest petere quartam in bonis mariti, cum possit alimenta consequi à patre, l. si quis à liberis. ff. de liber. agnosc. & sic cessat in ea ratio inopiæ, vt tenet Alex. in d. Auth. Præterea, colum. penult. post Cuman. in l. in suis. ff. de liber. & posthum. & idem Cuman. cons. 131. duo fratres, quę sententia communis est, vt testatur Decius in d. Auth. Præterea, sub nu. 20. ad finem, meritò videtur idem dicendum, quoniã vxor habet fratres diuites; quoniam cum & illi teneantur alere sororẽ pauperem. l. qui filium, & ibi Bal. & alij. ff. vbi pup. educa. deb. & Alex. in l. 1. nu. 23. ff. solu. matr. sicq; cessat in ea prædicta ratio inopiæ, sequitur quòd etiã cessare debeat dispositio d. Authen. Præterea, & ita tenet in fratre diuite, Rol. à Vall. cõs. 14. nu. 19. & 53. vol. 3. & Decian. in d. respon. 70. nu. 7. sicut & Ioseph Ludoui. concl. 35. limit. 2. col. 4.

Istis tamen non obstantibus, contrariam sententiam prius in cons. meo tentata, nunc etiam sequor. Moueor nam pro vxore paupere stat regula, d. Auth. Præterea, quòd in bonis mariti diui-

diuitis habeat habere quartam;igitur fundatam dicitur intentionem habere ex quo regulam habet pro se, nec in iure reperitur determinatum, quòd repelli debeat, quando fratres sunt diuites, glo. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & in Rubr. eo. tit.
2 in 6. vnde Bar. in l. quotiens. ff. si quis caut. benè dixit, † q̈ res certa dicitur esse pro eo, quòd habet regulam pro se; & idem Bar. in l. 2. col. 1. ff. si quis in ius voca. sequitur Matthesil. notab. 19. Dec. cons. 8. in principio, & in l. 1. nu. 8. ff. de reg. iur. Crau. cõs. 77. nu. 4. Hanc modo regulam Doctores limitare conantur, &
3 eam restringere, quòd locum non habeat, † quando mulier haberet patrem diuitem, quæ conclusio licet communis sit, tamẽ est longè periculosa, prout etiam validissimis rationibus impugnat Decius in d. Authen. Præterea, sub nu. 20. quas pro maiori parte desumpsit à Domino meo Rimin. col. 4. versi. dicit tamen Raph. nisi dicamus, quòd in vtroq; fuerit idem spiritus, sed vtcunq; sit, in quãtum, Rol. Decian. & Ioseph Ludouici, siue alij quos non inueni nituntur extendere dictam limitationẽ ad fratres, dico, quòd eorum pace falluntur, cum nec eadem ratio sit in filia respectu patris, & in sorore respectu fratris; sed
4 diuersa. † Nam filia viuente patre diuite, non potest dici pauper, cum filij reputentur quodammodo domini viuente patre, l. in suis. ff. de lib. & posthu. adeò quòd in eis continuatur dominium moriente patre, vt ibi dicitur: vnde dicit Alberic. se de cons. aliorum peritorum Bergomi consuluisse, quòd filius, cuius pater habebat in bonis plusquam tercenta, possit eligi ad officium, ad quòd nullus potest eligi ex forma statuti, nisi habeat in bonis trecẽta; sequitur ibi Cuma. & in d. cons. 131. sed ista ratio non militat in sorore respectu fratris diuitis, cũ nec impropriè sit domina bonorum fratris; & idem comprobatur, nam pater non potest exhæredare filium, vel filiam sine causa. §. est aliud in Authẽ. vt cum de appellat. cogno. quòd tamẽ secus est in fratre, qui potest alium fratrem, vel sororem exhæredare, & alium, modo non infamem instituere. §. fratres. C. de inoff. testa. Cum igitur sit diuersa ratio inter patrẽ, & fratres, sequitur quòd extensio Rolandi, Deciani, & Ludouici non procedit

cedit

5 cedit de iure,† quia tota materia extensionis est fundata in rationis identitate;qua cessante, cessat extensio, l.illud.ff.ad l. Aquil.l.à Titio.ff.de verb.obl. immò cessat extensio nõ solùm vbi ratio est diuersa,sed etiam si minor ratio sit in vno casu, quàm in alio,etiam in materia aliàs extendibili, l. lege Polia §.hoc capite.ff.de ritu nupt.Soc.cons.9. col.2. volum.3. Aret. cons.25.circa finem,Dec.cons.261.& cons.684. Crau.cõs.17. ad fi.& ego cons.517.nu.54.volu.5. & sic ex prædictis optimè cessat primum dubium,stante rationis identitate reiecta, & diuersitate rationis probata.

Quòd etiam confirmatur; nam quando vxor agit ad quar-
6 tam consequendã in bonis mariti diuitis, † hæredes mariti nõ patiuntur nisi hoc onus præstandi quartam,nec ante passi fuerunt aliquod aliud onus. At si diceremus,quòd vbi fuisset hęc vxor prius à patre dote parua data,prout in casu nostro præsupponitur possit mortuo marito agere contra fratres suos ad alimenta,iam duplex onus illi paterentur. Primum,quòd ex cõstituta dote sorori diminutum fuisset patrimonium patris, & illis minus de bonis eius obuenisset. Secundum verò onus paterentur in alimentando sororem,quòd æquitati repugnat: quia iniquum est,quòd quis duplici onere afficiatur,l. nauis.§. cum autem.ff.ad l.Rodi.l. si cum dotem.§.si pater.ff.solu.mat. l. planè.§.1.l. non quocunq;.§.qui Caium.ff.de lega. primo cũ similibus per Crau.cons.803.num.3. & per me cons. 505.nu. 33.Hinc ergo dicamus,ꝙ agendum sit ad quartã contra hæredes mariti,non autem contra fratres ad alimenta consequen-
7 da, stante diuersitate dictarum rationum, † nam,vt dici solet, diuersa ratio reformat pactum.l.interpositas.C.de transac. & vbi separata est ratio,ibi separatum debet esse ius,l.hæc actio ff.de calumn.Butr.in c.post translationẽ de renunc.Tiraquel. in tractat.cessante causa,prima par.num.169. & ego cons.81. num.20.& cons.564. num.55.

Corroboratur,& tertio,per ea,quæ tradunt Doctores in l. cum auus.ff.de cond.& demonst.& in l. cum acutissimi. C. de fideicõ. vbi volunt pro maiori parte, & secundum veram, &

com-

communem opinionem, quòd dispositio illorum iurium loquens in descendentibus institutis, & grauatis post mortem, quòd subaudiatur conditio si sine liberis decesserit, nō habeat
8 locū in transuersalibus institutis, & eo modo grauatis; † quia talis conditio non subauditur in eis, ex eo, ꝙ non est par ratio in transuersalibus, quę est in descendentibus, prout post Iacob. de Aret. Iacob. de Raue. Petrum Albericum, Angel. & alios concludit Soc. in d. l. cum auus, not. 1. & ego cons. 389. nu. 17. igitur; consequentia non valet dicere, quòd sicut filia, quæ habet patrem diuitem, non potest petere quartam in bonis mariti, cum pater eam teneatur alere, pariter idem sit, si habet fratres diuites, cum plus iuris habeat contra patrem à quo descendit quàm contra fratres transuersales: vt enim concludit Dominns meus Riminal. in d. Auth. Præterea, col. 4. loquens de alimentis debitis à patre filio, & è contra, dicit, quòd magis debentur à patre filio, quàm è contra: quia in vno, videlicet patre est ratio naturalis; in alio verò videlicet filio, est ratio iuris positiui. Sic enim dici debet in casu nostro, ꝙ maior est ratio in alimentis debitis à patre filiæ, quàm à fratribus sorori, cum in primo militet ratio naturalis ea præstandi filiæ, in secundo verò ratio iuris positiui, propterea stant simul, quòd filia quæ habet patrem diuitem, non possit consequi quartam in bonis mariti; secus autem si habet fratres diuites propter ius alimētorum maius erga patrem, quàm erga fratres, & certè rationes istæ, siue differentiæ naturales admodum sufficere debent ad decisionem præsentis quęstionis, ad fauorem huius Dominæ, pro consequenda quarta in bonis mariti, l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tuto. & seruari debent, etiam si lex deficeret. c. 2. requiris in fin. de appell. Abba. in c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, col. 5. de constitut. & ego cons. 67. num. 13.
9 vnde Bald. egregiè dixit in Rub. C. si ex fals. instr. † quod non est maior, nec in mūdo certior, quàm ratio naturalis, quia virtus legis consistit in ratione naturali, cum lex se speculetur in ea. §. adoptio, Inst. de adoptio. secundum Bald. in l. quotiens in princ. C. de suis, & legit. sequitur Ias. cons. 50. col. 1. vol. 3.

& ego

10 & ego cons.569.nu. 94. † tantaq; vis est rationis, vt perinde mouere debeat animum Iudicis,ac si lex scripta deduceretur; vt voluit Andr.de Iser.in prohe.feud.vnde Iason.in l.quoties. C.de rei vend.post Arist.dicit legem quærere ; quando ratio naturalis est in promptu mentis,& intellectus, arguit imbecillitatem.sequitur Hier. Alban.in tract. de potest. Papę, par.1. num.99.& ego cons.7.num.100.Igitur vt concludam, sequitur,quòd hæc Domina rectè agat ad quartam contra hæredes mariti,tantoq; magis posito sine veri præiudicio,quod potuisset agere contra fratres ad alimenta,cum talis actio, & altera contra hæredes mariti ad quartam sint cõtrariæ,vt doctè scripsit Excellent.D.Gargiareus causæ Patronus,quòd per se patet,quia si quartam haberet,cum ex ea viuere posset, non esset opus alimentis fratrũ: & è contra,si alimenta cõsequeretur ab
11 eis, non indigeret † quarta propterea per electionem actionis ad quartam,dicitur fuisse derogatum alteri actioni ad alimenta contra fratres,l. quod in hæredem.§. eligere.ff. de tribut.l. Commodato.§.duobus.ff.commod.Rip.lib.2.responso.de rescript.cap.2.num.6. Crau.cons.751.nu.15. qui pariter subdit
12 †electione vnius remedij intelligi discessum ab altero,si voluntariè tale remediũ fuerit electũ,secus si ex necessitate,l. cũ aliquis,& ibi Salic.& Alex.C.de iur.del.Cuman.cons. 19.col.2. Butri.in c.1.de iudic.Aret.cons.87.nu.2. At si diceremus hãc Dominã potuisse agere contra fratres ad alimenta,& elegisset actioné ad quartam,sine dubio talis electio fuisset voluntaria; ,put est electionis natura , ꝙ sit volũtaria,l.2. in verbo velit.ff. de opti.vel electio.lega.& in l.Sciphi.verbo voluisset,eod.tit. & in l.Pãphilo.ibi Pãphilũ optare possit eiusdé titulo,aut si diceremus cõtra fratres agi nõ posse,vt supra tenui tribus viuis, vt aiũt,rõnib⁹ frustra diceretur agi de electione,cũ nisi sola cõ peteret ad quartã.Electio nãq; pluriũ est,nõ vni⁹ tm̃ remedij, d.§.eligere;& l.cum filius.§.varijs.ff.de leg.2. Quare in omnẽ euentum rectè egit,& agit hæc Dña ad quartã in bonis mariti.

*Hippolytus Riminaldus.*

CON-

# CONSILIVM QVINTVM.

## *SVMMARIVM.*

1 *AD remedium Auth. Præterea, sufficit mulierem indigere, licet fuerit dotata.*
2 *Tempus mortis mariti, non tempus dotationis consideratur in materia nostra.*
3 *Qui honoratè vixit, non potest sine dedecore exercere artem vilem.*
4 *Remedium Auth. non cessat, licet ab alijs possit consequi alimenta.*

DOMINA Catherina de Lucatellis secundo loco nupsit Prospero de Ferrariensibus Pistori, cum dote librarum 1350. Bononorum, & postea idē Prosper cum esset diues, dimisso exercitio Pistoris, cępit viuere in ampla domo, quam emit, cum famulis, ancillis, & equo; demùm peruenit ad mortem, & D. Catherina vxor petit in bonis mariti succesſionē iuxta Auth. Præterea. C. vnde vir. & vx. Replicant hæredes mariti cessare dictū remedium. Primò, quia fuit nupta cum dote, & non sine, vt videtur requirere d. Auth. Pręterea, & consulit Soc. cōs. 121. nu. 38. lib. 4. Secundò, quia dicitur, quòd hæc mulier habet fratres ditissimos, qui tenētur illam alere: vnde cum d. Auth. sit remedium subsidiarium, cessat hic, sicut quando habet patrē diuitem, dicit Socin. d. cons. 121. nu. 49. & de fratribus Rolan. cons. 14. num. 50. lib. 3. Tiberi. Decia. cons. 70. num. 17. lib. 2. Ioseph. Ludouic. quæst. 35. in 2. limit.

Contrarium tamen credo esse verius, & concurro in opinionem eorum, qui pro ista muliere consuluerunt; nam communis, & vera est illa opin. quòd d. Auth. procedat siue mu-
1 lier nupserit sine dote, vel cum parua dote, † cum in vtroque casu concurrat eadem ratio indigentię, considerata in d. Authen.

then. Præterea, & dicitur modica, quando non sufficeret pro alimentis, Barba. cons. 74. lib. 4. Guliel. Bened. in c. Raynut. in verb. & vxorem nomine Adelasiam nu. 242. de testamen. Celsus Vgo. cons. 4. num. 11. de communi testatur Michael Crassius titu. de success. ab intesta. cap. 39. num. 4. Tiberi. Decian. cons. 70. lib. 2.

Et licet Cor. in d. Auth. Preterea requirat, q̄ sit modica modica modicitate, & Curt. Iun. & Socin. cons. 129. nu. 25. lib. 4. dicat, quòd ita consuluit cum Corneo; tamen satis dicitur modica modica modicitate, quando non sufficit pro alimentis, vt supra dictos Doctores.

Nec dicatur, quòd quando nupsit dos erat competens, cum tunc mariti, nec mulieris qualitates maiorē dotem requirerēt, nec consideratur tempus mortis, de quo tempore maritus factus diues more nobilium viuebat, vt per Fabian. in d. Authē.
2 Præterea. nu. 35. Soc. cons. 30. nu. 10. cum seq. lib. 10. quia† contraria opinio, quòd attendatur tēpus mortis mariti, est verior, prout ostendit Barbat. d. cons. 74. lib. 4. Celsus Vgō cons. 4. nu. 15. Rolan. cons. 15. lib. 3. sicut videmus, quòd si mulier est pauper tēpore mortis, licet efficiatur diues, habet locum d. Authē. Præterea, & sic spectatur tempus mortis, Guliel. Bened. vbi supra. nu. 244. Deci. cons. 24. Rolā. cons. 14. nu. 29. circ. fin. lib. 3. Celsus Vgo. d. cōs. 4. circ. fin. Tiraquel. in tractat. cessant. cau. limit. 4. nu. 2. & sic solùm attenditur tempus mortis, de quo tēpore cum ista mulier cum suo marito splendidè viueret, & vltimus status sit attendendus in modo viuendi, l. Mella, vers. sed si alimenta. ff. de alimen. & ciba. legat. cum alijs, de quibus per Capit. decis. 163. vnde cum ex dote nō possit habere vix scuta 30. quolibet anno, videat Iudex quomodo hæc mulier potest continuare in viuendo, prout eam honorabiliter retinebat maritus: nec. n. cogitur exercere artem vilem, cum non conueniat vltimo statui mariti, & dignitati, in qua sui attinentes reperiūtur,
3 † quia esset dedecus huic mulieri modo seni, & quæ hactenus nobiliter vixit, velle nunc vilem artem inchoare, Abb. in c. cum haberet. col. fin. de eo qui duxit in matr. quam polluit

per

per adulter. Caccialu. in l. ſi qua Illuſtriſ. nu. 93. C. ad orifici. cum alijs, de quibus per Crauet. conſ. 199. col. 1. & licet in Rota Romana, me informante, fuerit reſolutum remedium d. Authen. non competere mulieri, quæ nupſerat Tabernario, quòd effectus erat diues, cum dos fuerit competens tempore matrimonij, & mulier illa poſſet viuere exercendo artem Tabernariæ: tamen illud fuit, vt Domini dixerunt, quia illa mulier ſemper continuauerat artem Tabernariæ, & ſic faciebat de tempore mortis mariti, quæ omnes rationes ceſſant in caſu noſtro, & ita conſiderat Soc. conſ. 30. in fin.

Reſtat igitur ſecunda difficultas, an ex quo habet fratres, à quibus poſſit habere alimenta excludatur à beneficio d. Auth. Præterea, & ſimiliter concurro cum Domino Cóſultore, quòd hoc non obſtet huic mulieri, quòd deducitur ex d. Auth. Præterea, vbi exiſtentia filiorum non excludit mulierem à dicto beneficio, & ſic poteſt ſuccedere, licet extent filij; & tamẽ à filijs debet alimentari à iure. l. ſi quis à liberis, vbi docto. de liber.
4 agnoſc. † & ſic apparet, quòd poſſe habere ab alijs aliméta, non tollit illud remedium.

Nec dicatur, quòd tũc ſuccedit in vſufructu; quia immò ſuccedit pro rata bonorum, licet bona non lucretur ſtãtibus filijs, niſi ad vſumfructum, vt ibi dicit tex. & ſic non conſideratur potétia habendi aliméta, vt à dicto beneficio excludatur, & licet ſit quæſtio magna, an quando habet patrem diuitem, excludatur ab iſto beneficio, vt per Fabian. in d. Authen: Pręterea, nu. 22. cum ſeq. tamen rationes ſunt diuerſæ in fratribus, quorum hæreditas non eſt debita ſorori, ſicut hæreditas patris eſt debita filijs, propter quòd filij viuente patre diuites reputantur, ſi pater eſt diues, vt ibi per Fabian. quòd non eſt in ſorore, quæ non reputatur diues, ex eo, quòd frater ſit diues, & ideò malè fecerũt Doctores, qui iſtud de patre dictum, per Cuma. & alios ad fratres extenderunt, quia ſi exiſtentia filiorum, qui magis matrem tenentur alere, quàm frater ſororem, non excludit matrem à dicto beneficio: multò minus eam excludent fratres, & ſic caſus videtur deciſus in d. met Auth. Præterea, adeò quòd.

non sit curandum de his, qui loquuntur ex capite eorum, maximè quia quartã debetur conditione ex lege, vt per Fabian. vbi supra; alimenta verò à fratre debentur solùm officio Iudicis, ideò cum habeat actionem ad bona mariti, non possunt teneri fratres, & diuersitatem inter fratres, vel filios, & patrem quoad terminos dictæ Authen. Præterea, considerat Soc. consi. 30. nu. 8. lib. 4.

Et sic concurro cum Domino meo consulente, vt ista mulier possit agere, & obtinere, vt supra, iuris esse existimo. Ego Ber. Biscia in Rom. Curia Aduocatus, & in fidem, &c.

*Berard. Biscia.*

# CONSILIVM SEXTVM.

## *SVMMARIVM.*

1 *QVANDO dos est tenuis, habet etiam locum Auth. nostræ.*

2 *Quando ratio est scripta, vel vnica reddi potest, totũ comprehendit, quod sub ratione illa venit.*

3 *Mulier pro alimentis non cogitur vendere proprietatem, vt excludatur à beneficio d. Auth.*

4 *Inopia coniugum consideratur secũdum tempus mortis eorum, non secundum tempus contracti matrimonij.*

5 *Beneficium Auth. locum habet, etiam si mulier aliundè potest habere alimenta.*

6 *Reus tenetur probare suam exceptionem.*

7 *Iudex debet habere rationem ad qualitatis personarum, secundum tempus quo agitur.*

8 *In mulieribus ciuilibus non est habenda ratio operarum, quo ad alimenta.*

9 *Doctoratus est dignitas, quæ omnes agnatos nobilitat.*

PRO-

1 PROCEDAM conclusiuè cum res agatur corā eruditissimo viro;& primæ dubitationi † respondeo,modicam dotem non obesse;quominus competat beneficium,Auth.Præterea,C. vnde vir,& vxor. Dispositio siquidem d.Authen.& in corpore, vnde sumitur in §.quoniā verò,in Authen.de exhiben.reis,& in §.quia verò, in Auth.vt lic.matr.& auiæ habet locum non tantùm quando mulier est prorsus indotata;sed etiam,vt voluerunt communiter Docto. quādo habet modicam,seu exiguam dotem, vt in dicta Auth. Præterea,declarant Alex.Ias.& communiter Doct.vt hanc esse commun.opin.ibidem inquiunt Decius. num.*3*. in versicu. sed quòd dicitur,Curt.Iun.nu.7.in vers.circa istud, & Fabian. de Pep.nu.10.cum pluribus seq. Rolā.à Valle cons.14.nu.20. cum seq.vol.*3*.& hanc etiam esse cōmun. opin. sentit Hieron. Gabr.cons.142.Decian. consil. 111. volum.*3*. & ita iudicauit Rota Bonon.in vna de Turri,parum.n.& nihil æquiperantur,l. quàmuis,ff.de condit.& demonstr.Gloss.in Authen. minorum debitor.C.qui tut.dar.poss.licet.n.tex.in Auth.Pręterea,dicat absq; dote,& idem habetur in §.quis indotatam in Auth. vt liceat matr.& auiæ,non tamen est inconueniens hæc iura intelligere,quādo adest modica dos ex identitate rationis,videlicet, ne in opprobrium mariti vxor superstes cogatur mendicare,l.
2 maritum,& l.aliam.ff.solut. matrim. & vbi † ratio est scripta, vel vnica tātùm potest assignari,licita est extensio, quinimmo dicitur esse comprehēsio,l.nominis,& in §.verbum ex legibus, ff.de verb.signif.& hanc vulgatissimam theoricam latè cōprobat Crauet.cons.18*3*.nu.*3*.sicuti etiam superiorem sententiā latissimè defendit Andr.Sicul.cons.74.lib.4. & eam esse communem attestatur Celsus Vgo,cons.4.nu.11.vsq; ad finē cons. & est de mente Tiraq. in tract. de iud. in reb.exig.fol. 11*3*.in vers.nono,Surdus cons.112.nu.84.

Modica autem dos( & nunc satisfacio secundę dubitationi) dicitur etiam si non sit exigua in notabili quātitate, vt multoties hanc esse commun. opin. ait Fabian.de Pep. in d.Authen.

Præterea;& præsertim nu.16.in verſ.& quia,& in verſi.ſecundum opin.Bal.& com.& in verſ.quæ omnia nota, & hāc opin. latè defendit,& aſſerit eſſe commun.Rolan. in d. conſ.14.per integrum illud conſ.& in ſpecie,de qua agimus, dos dicitur eſſe pauca,quando eius fructus non ſufficiunt ad alimenta, Bald. in d.Auth.Pręterea,verſus fi.Rom.in l.diuortio,nu.15.ff.ſolu. matrim.Paul.de Caſtr.conſ.150.nu.1.lib.2.Alex.conſ.91.nu. 1.lib.7.Et hanc eſſe commun.opin.inquit Durant.in tract.cautell.ſub tit.delegat.caut.20.in verſ.& dos,Roland.cóſ.15. per
3 integrum illud conſilium,nec.n.ſtabilia † vendere, aut ſortem conſumere cógitur,Bald.conſ.30.lib.2.Crauet. conſ. 199.nu. 11.Boer.deciſ.19.nu.8.Riminal.ſen.cóſ.280.nu.21. vol.2.Salicet.in d.Auth.Præterea,nu.4.in verſ.in noſtro autem propoſito,& Fabian.poſt duos.nu.74.& nouiſſimè diſpoſitionem dictæ Auth.habere locum in modica dote, ſimulq; modicam dotem dici,quæ non ſufficit pro alimentis, voluit Michael Graſ. in eius tract.de ſucceſſion.in §.ſucceſſio ab inteſtato, nu.4.

Et ſuperiori dubitationi proxima eſt illa , quæ quinto loco proponitur.Num videlicet ſufficiat dotem eſſe congruā tempore contracti matrimonij ad hoc,vt locus non ſit d.Auth. In primis enim creditur fuiſſe concludenter probatum D.Catherinam,etiam inſpecto tempore matrimonij dotem congruam minimè habuiſſe.

Accedat,quia licet à principio tempore contracti matrimonij dos fuiſſet congrua,ſi poſtea ex mutatione temporum qualitas perſonarum,& facultatum,effecta eſt incongrua,locus eſt diſpoſitioni d.Auth.Præterea,vt hanc,& veriorem,& communiorem eſſe opin. & rationibus, & auctoritatibus abundè probat Roland.à Vall.conſ.15.per integrum illud conſ. vol.3.illa .n.ratio ne in opprobrium tranſacti matrimonij cogatur mendicare , conſideratur tantùm quando iam morte mariti diruptum eſt matrimonium,& ſic eo tempore conſideratur dos, & optima ratione vltra Doctores huiuſmodi opin.confirmari poteſt,quoniam ſubſidium d.Auth.Præterea,cóceditur nō tātùm vxori inopi in bonis mariti locupletis,ſed etiam marito inopi in

in bonis vxoris locupletis, ſed ſine dubio inopia, ratione mari
4 ti conſideratur tempore mortis vxoris, † ita vt ſi tempore con
tracti matrimonij eſſet diues, & tempore mortis inops potire-
tur beneficio dictæ Auth. & cum maritus, & vxor ſint correla-
tiua diſpoſitũ in vno ex eis habet locum in alio, l. fin. C. de in-
dict. vid. toll. & l. vnica. C. de cupreſſis lib. 10. & datio dotis in
hac materia non eſt in conſideratione, ſed inopia; ſupponamus
.n. mulierem non dediſſe aliquam dotem, nondum tamen mor
tuo marito, à conſanguineis, vel etiã ab extraneis bona acquiſi
uit titulo lucratiuo, dicemus, ne etiam vti indotatam ſuccede-
re marito locupleti? minimè; quoniam licet ſit indotata, habet
tamen nondum viuendi, eodem modo ſi ab initio haberet con
gruam dotem, & poſteà, ex mutatione temporum, qualitatis
perſonarum, & facultatum, effecta eſt incongrua, ita vt vxor cõ
modè dirempto matrimonio viuere non poſſit, debet potiri
beneficio dictæ quartæ; qualitas. n. illa inopiæ adiecta verbo
ſuccedat, intelligitur ſecundum tempus verbi, l. in delictis. §. ſi
extraneus, ff. de nox. l. Titius. ff. de mil. teſtam.

Quòd verò pertinet ad tertiam dubitationem, an videlicet extantibus fratribus diuitibus, à quibus D. Catherina ali commodè poteſt, liceat eidem intentare remedium d. Auth. contra hæredes mariti locupletis; an verò cum ſit à patre dotata, ad fratres pro alimentis amplius non poſſit recurrere.

Et arbitror, non obſtantibus diuitijs fratrum D. Catherinã ſubſidio d. Auth. petere poſſe, prout doctè, & abundè probauit in eius allegationibus clariſſimus Cauſæ Patronus; & inter rationes, quæ pro hac parte allegantur, duæ adeò mihi videntur vrgere, vt impoſſibile ſit eis reſponderi.

5 Prima eſt, † quia non ex eo ſolo mulier potitur beneficio
d. Auth. quia non habeat alimenta; nam per dictam Authen.
mulieri debetur dicta quarta, & ſi adſint filij communes ex
marito prædefuncto; ita vt non teneat hæc conſequentia, mu-
lier habet filios, qui tenentur eam alere; ergo non poteſt quar
tam petere, & eodem modo non tenebit hæc conſequentia po
teſt ali à fratre diuite: ergo quartam non poteſt petere.

Prout etiam vrget illa ratio, quòd cum remedium d.Auth. sit subsidiarium, & in subsidium pariter soror dotetur, à fratre stat in electione mulieris contra quem velit agere an aduersus fratrem, seu contra maritum, ita vt cum iam instituerit iudicium aduersus hæredes mariti, amplius non possit variare, l. si fundus. §. eleganter. ff. de leg. com. Et doctores ex aduerso allegati pro maiori parte loquuntur in patre, de quo ad fratrem non rectè infertur: quia pater filium iure naturæ alere tenetur in Instit. de iur. nat. gent. & ciuil. versus finē princ. ibi, atq; eorum educatio, & in l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. frater verò iuris ciuilis præcepto fratrem, seu sororē alit, & hinc fit, vt pater filium egenum alere tenetur, quàmuis sui culpa depaupertatus sit, Bal. in d. l. 1. §. ius naturale. nu. 7. ff. de iust. & iur. & in l. 2. §. quòd si in patris. ff. solu. matr. Benintend. decis. 22. nu. 4. & Gozad. in d. Auth. distinctis quatuor casibus doctissimè, nu. 82. fatetur in quarto, qui est casus noster, mulierem potiri subsidio d. Auth. quando est inops, & non habet patrem, licet ab alijs alimenta percipere possit, vt enim supra dictum est, qui attestantur contrariam opin. esse commun. loquūtur in patre, & adducunt multas rationes, quæ ad patrem accómodantur, & quoad fratrem minimè conueniunt; & hanc nostram sentētiam esse veriorem, inquit Michael Grass. in d. eius tract. de success. in §. successio ab intestato, quæst. 39. nu. 5. asserens quoddam Collegium pro hac opinione pronunciasse, & allegat ipse tex. in l. prætia rerum. ff. ad l. falcid. nec. n. per illū tex. quis potest videri locuplex, antequàm acquisierit.

Quintæ dubitationi, quantùm pertinet ad dispositionem iuris, doctissimè satisfecit doctissimus causę Patronus in eius patrocinio 98. & qui probauit non obesse vxori, licet quartam non petierit in bonis primi mariti diuitis.

Addo tamen vnum, quòd respicit factum, & nego primum
6 maritum fuisse locupletem; quia immò erat inops, & cum † aduersarij fundent eorum exceptionem in diuitijs primi mariti, id veluti fundamentum eorum exceptionis probare tenentur, l. 1. ff. de except. Et præsertim, quia non præsumitur, vt mulier

mulier neglexiſſet petere hanc quartam in bonis primi mariti, quia quodammodo iactaſſet id, quod erat ſibi debitũ, cui præſumptioni lex repugnat,l.cum de indebito.ff. de probat.

Præterea quando aliquid non allegatur de præterito, ſed ſimpliciter agitur de præſenti,non præſumitur aliquis nec diues,nec pauper,ſed ei qui dicit,incumbit onus probandi,gloſ. communiter approbata in l.ſi verò.§.qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſd.cogan.& ideò aduerſarij allegantes primum maritum Dominæ Catherinæ fuiſſe diuitem,illud tenentur probare,l.ex perſona.C.de probat. doctiſſimè Alciat.videndus,regul.2.præſumpt.præſumpt.27.poſt num.4. in verſ.& p̃dicta.

Quinta verò dubitatio iam ſupra fuit explicata, & ei plenè fuit ſatisfactum.

Aggredior ad ſextam,& crederem nobilitatem ſuperuentam in familia,& agnatione Dominæ Catherinæ ob ſingulares virtutes multorum eius conſanguineorum poſt contractũ matrimonium, & dotem receptam ei prodeſſe,vt eius dos incongrua eſſe dicatur,& locus ſubſidio d. Auth.Præterea,quia cum ſupra fuerit probatum diſpoſitionem d.Auth.locum habere,quando à principio tempore contracti matrimonij dos fuit congrua; ſed poſteà ex mutatione temporum qualitatis perſonarum,& facultatum effecta eſt incongrua direpto nunc matrimonio per mortem mariti habenda eſt ratio nobilita-
7 tis,& ſplendoris familiæ d. Dominæ Catherinæ; † & Iudex tenetur habere rationem qualitatis perſonæ, ſecundum id tẽpus,quo agitur de ea alenda,& ſecundum quod tempus, controuertĩ,an ſit locus ſubſidio,d. Auth.Et abſurdum eſſet dicere Dominam Catherinam poſſe ex operibus ſuis victum ſibi quærere,quia id procedit in ruſticis,& vilibus mulieribus,quibus alea,cepę,caſeus,& panis groſſus,& ſimilia ſufficiũt,Gloſ. in l.ſeruis vrbanis,in verbo cibarijs.ff.de leg.3.Iaſ.in.§.item ſi de dote.num.7.in Inſtit.de action.Paul.de Monte Pico in l.Ti
8 tia.§.Titia cum nuberet,num.161.ff. deleg.2.† ſed in mulieribus ciuibus,& præſertim nobilibus operarum non eſt habenda ratio ſaltem quoad ſupplementum alimentorum, Crauet.

conſ. 199. num. 7. Et præſertim, quia, vt fuit dictum, per doctiſſimum Cauſę Patronum, ex Roland. & Deciano, habita ratione ad qualitatem familiæ, eſſet dedecus huic mulieri ex operis ſibi victum parare, & cum ætas, & corporis debilitas huius mulieris ſuadeant eam operas præſtare, minimè poſſe res nullam habet dubitationem, prout in hanc partem in dubio iudex inclinare debet, Paul. de Caſtro in l. qui filiam. §. habemus, in fine. ff. ad Trebell.

Et minimè dubitandum eſt, & nunc reſpondeo vltimæ dubitationi,
9 † Dominæ Catherinæ prodeſſe an contractum matrimonium fratres patrueles Doctores inſignes habuiſſe; propterea, quòd eius agnationem nobilem conſtituerint, cum doctoratus ſit dignitas. c. quantò, de magiſtr. Bart. in prohem. Codicis verſus finem princip. & in l. omnes in fin. C. de decurion. lib. 10. Abb. in c. ꝑpoſuiſti, ad fin. de probat. Laus Deo.

*Antonius Giauarinus.*

## CONSILIVM SEPTIMVM.

### *SVMMARIVM.*

1 *DVAE causæ coniunguntur, vt locum habeat Auth. Praeterea, C. vnde vir, & vx. ſcilicet inopia ſuperſtitis, & opulentia mortui.*

2 *Duæ cauſæ finales, circa eandem rē poſſunt cōcurrere.*

3 *Plures rationes in dubio præſumuntur in lege, vel ſtatuto.*

4 *Remedium Auth. Præterea, eſt radicatum in vxore paupere, etiam viuente marito diuite, ita vt cenſeatur debitum neceſſarium.*

5 *Marito diuite mortuo, ipſo iure, & realiter dicitur acquiſita hac quarta vxori inopi.*

*Habens actionem ad aliquid, illud habere dicitur.*

*Filij tenentur alimentare parentes.*

8 *Offi-*

8 *Officium iudicis non datur ei, qui aliquo alio remedio potest iuuari.*
9 *Stante statuto, quod filia dotata non succedat, cum primùm dotata fuit à patre, pro extranea omnino habetur, etiam quo ad patrē.*
10 *Filia dotata à patre, non potest allegare incongruitatem dotis.*
11 *Fratres non tenentur alere sororem inopem, quando dotata fuit à patre, & superuixit marito diuiti.*
12 *Ex duobus remedijs extraordinarijs illud præualet, quòd magis est fundatum, & habet instar ordinarij.*
13 *Lucrum iam radicatum auferre reputatur pro damno.*
14 *Lex dicitur certa de omni certo, quod est in natura.*
15 *Mulier inops, quæ potest habere quartam in bonis primi mariti diuitis, & non petijt, nō potest in bonis vltimi talem quartā petere.*
16 *Communis opinio censetur illa, quæ melioribus rationibus est fundata.*

REVERENDE Pater. Si causam inopiæ vxoris assumimus pro causa finali dispositionis
1 Authē. Præterea, C. vnde vir, & vxor, † necesse est, vt aliam quoq; causam, æquè principaliter annexam, pro finali similiter assumam⁹, quæ est locupletis mariti substantia, quia tex. in d. Authen. Præterea, coniungit ambas causas, dum exigit cōiugem præmorientem esse locupletem laborare autem inopia superstitem ad hoc, vt detur quarta, de qua ibi, prout idē vult tex. in §. quoniam verò, ad clementiam, vers. si verò quasdā res proprias, ibi hoc itaq; dicimus in Authen. de exhiben. reis, & in §. quia verò legem, il 2. vt liceat matri, & auiæ, &c. & clarè tradit Soc. in cons. 121. præmittenda est disputatio, nu. 35. ver sic. confirmatur hoc, lib. 4. vbi formaliter inquit nō solùm paupertas vxoris, sed bona viri sunt causa beneficij ipsius Authen.
2 †Non. n. est dubium, quin duæ causæ finales possint circa vnū, & idem concurrere, iux. text. vulg. in §. affinitatis, cum ibi plenè
3 not. Instit. de nupt. † & etiam in dubio plures præsumuntur rationes in lege, & statuto; adeò quòd alleganti tantùm vnam rationem, incumbit onus id probandi, quando plus reddi pos-

 sunt;

ſunt, ex latè congeſti, per Gabriel. de ſtatutis cócl. 6. nu. 5. & 7.

Idcircò cum huius quartæ debitum vltra vxoris inopiã fun detur in viri diuitijs, tanquàm in vnà ex duabus cauſis proximis, & finalibus, non eſt dicendum, quòd eueniente viri obitu debeat ceſſare debitum huiuſmodi in bonis illius, & transferri in fratres vxoris, abſq; vlla eorum culpa, vel facto, cum negari
4 non poſſit, quando etiam conſtante matrimonio, † tale debitũ dicatur creatum, & radicatum in ſpe probabili, & de iure conſiderabili in tantùm, vt dicatur debitum neceſſarium, cui nec præiudicari poſſit per maritum, etiam teſtando, cum debeatur, eo quoq; inuito ex ſola legis prouiſione, vt poſt Bal. tradit Roman. in d. Authen. Præterea, nu. 10. & Corn. nu. 5. appellans illud debitum legale, & nu. 18. & 19. & ibidem Riminal. nu. 3. & 6. poſt alios volentes hinc eſſe, quòd legatum factum per alterum ex coniugibus imputatur in hanc quartam alteri coniugi, tanquàm ex neceſſitate debitam, per tex. ita volentem ad litteram in d. Auth. Præterea. Vbi etiã latè Fabian. de Pepis, in reſpó. nu. 35. cũ plurib. ſeqq. & nu. 27. & per tradita per Celſum Vgonem, conſ. 4. nu. 6. cum ſeq. vſq; ad nu. 10. cum alijs infra ſubijciendis.

5 Et † ſuccedente viri obitu, dicitur ſtatim, & eo ipſo realiter, & cum effectu acquiſitum ius in bonis illius, vt omnino quarta debeatur, vt clarè loquitur Dec. conſ. 24. col. 2. poſt medium, nu. 2. verſus finem numeri, idem ergo dicendum, & col. ſeq. nu. 5. verſ. è contra, ergo, &c. vbi expreſsè vult, quòd ob acquiſitionem iuris huiuſmodi ſtatim obeũte, marito dicitur ceſſare paupertas mulieris, & quòd quantum ad effectum iuris dicĩ actus conſumatus, proinde, ac ſi ſolutio quarta realiter facta fuiſſet, cum ad id paria ſint, quòd ſolutum fuerit, vel debitum ſit, iux.
6 l. fin. C. ad l. falcid. † & quoniam actionem acquirens, rẽ ipſam habere videtur, l. qui actionem, de reg. iur. vt ibi per eũ, & per Rimin. in d. Auth. Præterea, col. 4. ante medium, verſi. dicit tamen Raphael, ſub nu. 2. & verſ. ſeq. cum ſeq. & nu. 30. vbi quòd tali caſu, nec pater diues tenetur ad alimenta, & quòd dicere contrarium ſit loqui contra tex. expreſſum in Authen. Præterea,

7 rea,vbi præſupponitur extare filios communes, † qui tenentur alimentare patrem,& matrem,& nihilominus ex hoc non impeditur ſucceſſio coniugis,quinimmò ſuperſtes coniux inops ſuccedit vnà cum filijs,ita quia alimenta debita filijs dicuntur deberi in ſubſidium,& iudicis officio,l.ſi quis à liberis.§. ſi vel pariens,de liberis agnoſcé.quòd iudicis officium nullam præſupponit obligationem,ſed ex æquitate conceditur,l.cum poſtulaſſem,in princ.de damn.infect.& l.quòd ſi Epheſi, de eo ꝙ certo loco;ideò non debet tale officium competere ipſi coniu-
8 gi,ex quo ei reperitur à lege prouiſum, † quia iudicis officium non imploratur,vbi alio remedio eſt prouiſum, l. in cauſæ,de minor.Item ſi coniugi inopi legatum relinquatur,computatur in hac ſucceſſione,nec per illud excluditur etiam ſi eſſet legatum tale,ex quo poſſint alimenta percipi,cum tex. in Authen. Præterea,loquatur de legato indiſtinctè,& ideò cum tempore mortis incontinenti debeatur talis ſucceſſio,meritò non intrat alimentorum petitio,prout nec intras, quòd pauper dici non poſſit qui habet patrem diuitem, cum illud procedat inſpecta ſpe dominij conſequendi poſt patris obitum,& reſpectu alimẽtorum præſtandorum filio aliundè non habenti, vt præcisè in omnibus reſpondet idem Riminal.ante num.3.& prout etiam inferius dicetur.

Id quòd multò magis eſt admittẽdum in caſu noſtro,in quo non verſamur in meris terminis iuris communis, ſecundùm ꝙ filia etiam dotata non reperitur excluſa à legitima, nec ab illius ſupplemento:adeò,vt ob id abſolutè non poſſit cẽſeri pauper,prout in effectu loquuntur ex aduerſo deducta, ſed ſumus in caſu,in quo filia per patrem dotata reperitur per ſtatutum omninò excluſa à reliquis bonis paternis,ita vt nil amplius petere potſſit,v habetur tàm in ſtatuto ſucceſſione liberorũ patr. vel patr.deficient. condit. teſtam. quàm in altero ſubſequenti ſtatuto diſponente ſuper ſucceſſione ab inteſt. poſt princip.& per totum.

Quo caſu ceſſat illa fundamentalis ratio,l.in ſuis,de liber.&
9 poſthum. † ex quo ipſa filia habetur pro extranea, nec aliud

præten-

prætendere potest, etiam ratione legitimæ, vel supplementi, nec retinet dominij continuationem, nec cætera suitatis iura, vt latè per Brun. de stat. fœm. exclud. in 10. artic. prin. quæst. 3. per totum, post Bart. in l. 1. §. sciendum. ff. de suis, & legit. Bald. in l. maximum vitium, ad finem. C. de liber. preter. Socin. consi. 153. nu. 11. vers. sed clarius lib. 2. & cons. 296. nu. 5. eod. lib. 2. & cons. 36. nu. 9. vers. 4. probatur, lib. 1. cum multis alijs, per Brun. testantem de communi in d. 3. quæst. 10. artic. princ. & in 9. artic. prin. quæst. 1. per totum, cum multis alijs latissimè congestis per Decian. similiter testantem de communi in consi. 6. lib. 1. nu. 13. cum seqq. vsq; ad nu. 18. vbi quòd filia sit exclusa per statutum, dicitur etiam exclusa à legitima, & illius supplemento; & quòd si sit præterita, non potest dicere testamentum nullum, & nu. 28. cum seq. & nu. 30. & 31. vbi quòd pater dotãdo filiam liberatus fuit ab obligatione, qua tenebatur, & num. 39. cum seq. vsq; ad nu. 44. & nu. 76. vbi quòd etiã excluditur à
10 dicendo; † de dote incongrua, quando fuit dotata per patrem propter magnam præsumptionem, & confidentiam, quam lex habet de patre, & max. vbi ex euidentia facti constat filiã fuisse tunc benè nuptam, & honesto, ac vtili marito traditam, vt in casu nostro.

Vnde si stant huiusmodi status, pater post dotationem dicitur solutus ab omni obligatione, & filia, nil amplius petere potest, sequitur quòd maritus illam alere tenetur, l. quòd in vxorem, C. de negot. gest. l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo, sol. matr. eo autem mortuo locuplete, statim intret debitum quartæ contractum, matrim. adhuc constante si ipsam contin-
11 gat inopem superuiuere maritò; † adeò vt tantò minus dicendũ sit fratres locupletes teneri ad alimenta, cum ipsi ex persona patris, cuius sunt hęredes reperiantur similiter soluti ab omni obligatione, & ab omni iure, quòd ipsa prætendere potuisset occasione bonorum paternorum; & contra eos stante statuti exclusione, vt dictum est.

Ex proprijs autem personis non tenentur; nisi in subsidium; cui quidem subsidio non debet esse locus, quia licet vtrunq;

rem-

remedium sit subsidiarium,& extraordinarium,eorumq; concursus non impediatur,vbi ex æquitate conceduntur,vt tradit Hier.Butigell.in rep.l.cum fundus.§.seruum tuum imprudens, nu.34.vers.Præterea potest responderi.ff. si cert. pet.per glo. fin.in l.cum filiusfamil. & ibi Bart. Alber. Paul. Castr. & post eos Ias.nu.7.ad medium numeri,ibi gl.voluit respondere, &c.
12 tit.eod.Tamen vbi aliter eorum † est magis de iure fundatum, & sic minus extraordinarium,tunc illud facit cessare aliud magis extraordinarium,prout etiam id, quòd prius est in esse deductum,facit cessare aliud,quòd postea producatur in esse, & prout quoq; quando vnum eorum plenius, & pinguius prouidet,facit alter cessare,quòd minus prouidet, vt post Bart. Albert.Bal.Salic.& Paul.Castr.in locis per eum allegatis, tradit Iason.in l.in prouinciali,§.1.nu.9.vers.primus est articulus, & vers.vltra,Bart.&c.& vers.4. limita cum seq. incip. quinto limita,il 1.& il 2.ff.de oper.nou.nunc.& ibidem Claud.Seysell. nu.11.& nu.16.& 17.& Abb. in c. ex parte il 2. col. pen.nu.9. vers.2.limitatur,& vers.4.limit.de rescript.Syluest.Aldobrandinus in §.affinitatis,nu.16.in fine numeri, & nu.17. versi.4.limitatus,& vers.6.fallit, Instit.de nupt. & Iacobin.de S.Georgio in l.fin.nu.5.& 6.C.si aduers.rem iudic.restit. postul.

Vnde,cum negari non possit,vt dictum est,quando tàm paupertas vxoris, quàm diuitiæ viri exigantur ad debitum huius quartæ,& quando etiam constante matrimonio dicatur acquiri ius considerabile coniugi inopi, ad consequendam eandem quartam succedente obitu alterius coniugis diuitis,vt per Florian.de S.Petro in proprijs terminis in cons.21.nu.17.vbi præcisè appellat debitum iam radicatũ in personã uxoris,ad quòd faciunt etiam trad.per Gomes.de iure quæsit.non toll.quęst.1. num.11. & 12.ubi uult ius ex aliqua particulari constitutione introductum ad fauorem alicuius esse considerabile, tanquàm
13 iam† radicatum,& si tale lucrum auferatur reputari pro damno,iux.gl.in l.non amplius.§.1.de leg.1. & trad.per Ias.in l.ex facto,nu.13. de uulg. & pupill. ꝙ procedit etiam si tale ius sit conditionale competens ex specie probabili radicata de præ-

senti

ſenti;iux.tex.in l.ſi iactum retis.ff.de act.empt. & in l.ſpem.C. de donat.Aret.benè conſ.7.procedendum eſt, col.2. poſt medium,uerſ.ſed dicendum eſt unum uerbum,ſub nu.4.& in cóſi. 164.col.fin.nu.4.uerſ.intelligo, quando,&c.& uerſ.ſi autẽ comes,&c.cum multis per Gomeſ.latè declarãtem de iure quæſit.non toll.q.4.nu.8. cum ſeq. uſq; ad num.19.

Et cum etiam huiuſmodi quartæ reſeruatæ à lege receſſerũt ipſo iure ſtatim ſuccedente morientis obitu ad effectum,ut remaneat penès eos,quibus debentur iux.tex.in l. lineam margaritarum,cum Glo.in uerſ.remanere:& ibi Bart.Caſtr.& Alexan.& alij.ff.ad l.falcid.& lege pen.C.eod.cum ſufficiat, quòd tales quartæ ſint quotæ bonorum certæ,& taxatæ à lege, etiã quòd æs alienum adhuc non ſit liquidatum apud nos, cum ſit
14 certum apud legem,†quæ certa eſt de omni eo, quòd eſt certũ in rerum natura,ut benè declarat Ruin.conſ.127. nu.15. uerſi. non obſtat,quòd hæc res,& nu.16.lib.5.& Alex.in l.1. num.3. de leg.2.ubi talis incertitudo non uitiat tranſmiſſionem: adeò ut hæc quarta meritò appelletur debitum non ceſſans ex legato per maritum facto, ſi ad eandem quartam non ſufficiat, cũ potius in illam imputetur iux.tex.in d.Authen.Pręterea,& ibi poſt alios per Paul.de Mõte Pico,teſtantem de communi, nu. 50. & 54. & cum eiuſdem debiti exequutio fiat per legem in ipſo obitu,taliter quòd ſtatim dicatur ius perfectè quæſitũ uxori;ita quòd ſi poſteà ante realem exactionem ipſius quartę trã
15 ſeat ad ſecunda uota alterius uiri,†ſimiliter locupletis,qui ſucceſſiuè decedat,non poterit ipſa petere quartam in bonis ſecũdi uiri,tanquàm inops,cum ſatis dicatur diues ex priore quarta ſibi debita in bonis prioris mariti,& ex iure ad illam exigẽdam ſibi quęſito,ut benè, & latè tradit Socin. uidendus conſil. 121.nu.30.cum ſeq.uſq; ad nu.37.lib.4.ubi quòd talis mulier debet ſibi imputare,ſi non exigat illam quartam, ad quam habet actionem ſibi quæſitam ad eam petendam,cum poſſit facere,quòd ſit diues ex quo tale debitum neceſſarium: & ſi nolit exigere dicatur in culpa,nec debeat de cætero gaudere beneficio paupertatis,ut ibi latè per eum, & per Gozadin. ſimiliter

uiden.in d. Authen. Præterea, col. pen. nu. 101. uerſ. adde ultra ſcribentes, cum ſeq. vſq; in finem, & latiſſimè per Fabian. ibidē multis cumulatè, nu. 104. vſq; ad num. 110. & per Dec. d. conſ. 24. nu. 2. ad finem, num. & nu. 5. verſ. è contra ergò, cum alijs ad id ſuperius allegatis.

Et cum etiam negari non poſſit quin inter iſta duo extraordinaria, & ſubſidiaria remedia ex ęquitate conceſſa hoc ſucceſſionis remedium tanquàm reciprocum inter ipſos coniuges ſit magis de iure fundatum, & quando etiam reperiatur per prius radicatum propter ius in ſpe conſiderabili, etiam conſtāte matrimonio quæſitum, & in ipſo obitu mariti ſtatim effectuatū, mediante legis diſpoſitione, & quin inſuper illud plenius, & pinguius prouideat ex his, quæ ad omnia præmiſſa ſunt ſuperius allegata, meritò concludendum eſt quarta deberi, quia cum rationes prædictæ ſint efficaces, & bene de iure fundatæ; etiam ſtante patre diuite, vbi max. vigent ſtatuta prædicta: & rationes huiuſmodi non reperiantur, ita propenſæ à tenētibus contrarium turmatim de vno in alium, vtiq; non videtur multum curandum de eiſdem contrarium tęnentibus, iux trad. per Menoch. conſ. 51. nu. 53. & 54. lib. 1. cum alijs per Mantic. de
16 coniect. vlt. volunt. fol. 261. nu. 4. ea. n. † cenſenda eſt communis opin. quæ magis vrgentioribus motiuis reperitur comprobata, Berous conſ. 99. nu. 5. & 6. lib. 1. cum ſimil. Et max. in caſu noſtro, in quo non ſupereſt pater, ſed tantùm ſunt fratres ipſius vxoris, in quibus non cadit tanta ratio, quanta cadit in patre ex diſpoſitione, d. l. in ſuis, cum ibi plenè not. de liber. & poſth. cum alijs per Socin. conſ. 30. nu. 8. lib. 4. Quantum. n. ad ea ſuauitatis iura, fratres reputantur extranei, l. vnica. §. extraneum, C. de rei vxor. act. vltra, quòd etiam in hac materia ad conſiderādam inopiam, vel diuitias attēditur, an vxor habeat de proprio, non autem de alieno, vt pręcisè conſiderat Florian. de S. Petr. in d. conſ. 21. nu. 29. verſ. nec obſtat, quòd dicebatur, &c. cum alijs ad id adductis in prioribus ſcriptis.

Vltimò confirmantur prædicta, quoniam diſtinguendo rationem à cauſa, prout latè habetur per Tiraquell. de ceſſante

cau.

cau.nu.2.cum seq.vsq; ad nu.7.satis liquet rationem d.Authē. Præterea,fuisse,& esse,ne mulier mendicare cogatur in opprobrium viri,& benè transacti matrimonij,in quo perseuerare dicitur dum vidua manet, vt post alios latè prosequitur Rimin. in d.Authen.Præterea,nu.2.in princ.numeri, iux. tex.in l.filij. §.vidua.ff.ad municipal.& in l.fin.C.de bon. mater. vbi subijcit aduertendam esse huiusmodi rationem, quia præponderat etiam filijs eiusdem matrimonij, ex quo cum illis concurrere debet,vt etiam aduertit Florian.de S.Petro in d.cons.121.nu. 15.& 16. prout sic eandem rationem admittunt omnes in d. Authen.Præterea,& Soc.iun.in Rub.sol.matr.in 1.parte num. 64.& alibi sæpè,sed ista ratio intrat quoad maritum, & eius bona,& non quoad fratres;ideò &c. Et propterea ex omnibus in fauorem huius pauperis viduæ omninò resoluēdum videtur rectius sentientis;iudicio semper saluo,&c.

*Franciscus Turturellius.*

# DECISIO CONDIVII, IVDICIS A QVO.

## *SVMMARIVM.*

1 *Mulier dotata parua dote, habet remedium Auth. nostræ.*
2 *Dos parua dicitur,quæ non sufficit ad alimenta.*
3 *Congruitas dotis secundum tempus mortis mariti.*
4 *Opere in sene quotidie decrescunt .*
5 *Vltimum tempus est considerandum in modo constituendi alimēta.*
6 *Dedecus est alteri seruire.*
7 *Ratio particularis,& immediata, Auth.nostræ, non est fundata simpliciter in eo,quòd superstes non habeat alimenta,sed in eo,quòd est pauper.*
8 *Mulier habens patrem diuitem,videtur excludi à beneficio, Auth. nostræ,*

*nostræ, secus tamen est, si habeat fratres diuites.*

9 *Habens plura remedia ad idem, etiam contra diuersos, potest eligere contra quem velit agere.*

DOMINA Catherina quon. Antonij Lucatelli Lardaroli Bonon. fuit nupta de anno 1540. Io. de Nouaria Pistoris in Ciuitate Bonon. cum dote libr. 450. cum quo cohabitando artem Pistoriam exercuit, probāt Magister Matthæus fol. 56. vers. Magister Galeatius fol. 116. & seq. Magister Annibal fol. 137. & Magister Petrus fol. 156.

Quo Ioanne defuncto, dicta Domina Catherina matrimonium cōtraxit cum Prospero de Ferrariensibus Pistore de anno 1566. cum dote libr. 1350. cum quo per plures annos permansit in Furno Sācti Stephani, vendendo panem ad scaffam, siue mōstram, Sabatinus fol. 2. & 6. Matthęus fol. 57. Mag. Galeatius fol. 118. & Mag. Annibal fol. 138.

Postmodùm idem Prosper, relicto dicto Furno, & arte Pistoria, emptaq; domo Bonon. ac multis bonis stabilibus, ibidē habitauit per annos 12. cum dicta D. Catherina coniunge, retinendo vnam ancillam ad salarium, & alteram amore Dei, Ioseph in responsionibus ad positiones fol. 197. vers. ac testes in depositionibus.

Demùm de anno 1583. d. Prosper decessit ab intestato, relicta dicta D. Catherina vxore, prædicto Iosepho nepote ex sorore, & Dominis Ludouica, & Faustina neptibus ex altera sorore, remanendo in hæreditate dicti quon. Prosperi bona valoris scutorū quindecim milliū, & vltra, vt dicit idē Ioseph super positionibus, & deponunt testes hincinde examinati.

Domina Catherina petijt quartā partem bonorum, & hæreditatis d. quon. Prosperi eius mariti defuncti, & locupletis iuxta dispositionem Auth. Præterea, C. vnde vir, & vxor. Registro fol. 2. & 38. Cum stante modicitate dotis, non possit ex illius redditibus parare sibi necessaria, & succurrere suæ inopiæ,

piȩ, præsertim cũ sit senex, ætatisq; annorum sexaginta; Et sic sine dicta quarta cogeretur mendicare in dedecus benè transacti matrimonij, deponunt omnes testes examinati ad instantiam d. Dominæ Catherinȩ, & de senectute, & ætate prædicta, Ioseph ad positiones, & omnes testes hincinde examinati.

Obijciunt hæredes mariti.

Primò, quòd Domina Catherina non potest intentare remedium d. Auth. Præterea, quia non habet modicam dotem, sed fuit congruè dotata in dictis libr. 1350. cum sit filia Lardaroli, & nupta Fornario.

Secundò, quòd ad cognoscendum super congruitate, & incongruitate dotis, attenditur tempus contracti matrimonij, non autem tempus mortis mariti.

Tertiò, quia iungendo operas suas cum redditibus dotis, potest sibi victum parare, & alia necessaria, ex quibus inopiam euitabit.

Quartò, quia d. Domina Catherina potuit petere quartã in bonis primi mariti, & sic euitare inopiam, quòd cum nõ fecerit sibi imputetur, ita vt modo excludatur.

Quintò, quia habet fratres valdè diuites, à quibus potest habere alimenta; Et prout latiùs in pluribus informationibus dictorum hæredum.

Quibus pluries discussis cum Procuratoribus, & Aduocatis, visum est iuri, & rationi consonum pronunciare ad fauorem D. Catherinæ, eidemq; quartam deberi in bonis mariti potissimum ex infrascriptis, quæ deseruient pro corroboratione sententiæ, & euacuatione obiectorum.

6 Primò, quia † mulier dotata parua dote, non excluditur à beneficio d. Auth. Præterea. C. vnde vir, & vxor. tenuit Bald. ibidem in fine uers. vltimò quæro, quem sequuntur communiter Doctores. Salicet. num. 2. & 4. Castr. num. 5. & 6. Alex. num. 4. Ias. num. 3. Dec. num. 3. vers. & quando dicitur, & nu. 4. in fine, & communem dicit Fabian. de Pepis, licet ipse contrarium teneat in d. Auth. Præterea, num. 6. vers. communiter tamen, & num. 8. vers. quæ licet videatur contra communem, & vers.

& verſ.quia communis opinio,& Flor.de Sancto Petro conſ. 21.num.24.& latiſſimè per Dominos informantes.

2 Et † illa dicitur parua dos, quæ non ſufficit ad alimenta, Bald.in d. Auth. in fin.verſ. Caſt.ibidem in fine,& Dec.nu.5. Barbat.conſ.74.vol.4.Celſ.Vgo conſ.4.à num. 11. vſq; ad finem,& hanc opinionem communem dixit Dilect. de arte teſtandi in tit.de legat. caut.20. poſt. prin.Viuius com. op. parte prima in ver. vxor,l'vltimo, Michael Craſſ. in tractat. de ſucceſſ. ab inteſtato,cap.39.num.4.Tiber. Decian.cóſ. 70.nu. 12.verſ.3.& vltimo, vol. 2. Simon de Prẹt. conſ. 138. num. 67.& ſeq. Quæ autem in caſu noſtro dicatur parua dos, relinquitur arbitrio Iudicis, Bal.in d. Auth. in fine, Tiraquell. in l. ſi vnquàm in verbo omnia, nu. 31. verſ. quẹ dos.C. de reuoc. donat.Et in materia d.Auth.ita Iudicem arbitrari debere admonet Flor. d.conſ.21. num.25. & ſeq. poſt Bart. & Salicet. quos ipſe allegat hanc eſſe cõem opinioñ, dixit Rol.cóſ.14. num.35.vol. 3.cũ alijs latiſſimè allegatis in informationibus.

3 Secundò circa congruitatem,&c. † dicitur attendi debere tempus mortis mariti,in quo conſideratur inopia,& indigentia vxoris,per tex.in.§.fin.in Auth. de exhib.reis,latè Barbat. d. conſ.74.verſ.tamen ſufficit, vol.4. Dec.conſ. 24.nu.2.verſ. & ideò in propoſito,& nu.5.verſ.Nam ſi Lucretio, & verſicu. quòd cum tempore mortis,& num.6. verſ.ex quibus omnibus Guliel.de Benedict.in cap.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam,nu.244.verſ.2.requiritur de teſtam.communem dixit Rol.conſ.15.nu.19.& 25.verſ.4.& vlt.vol.3.

Tertiò de operibus,&c.Reſpondetur nullibi in proceſſu fuiſſe probatum,d.D.Catherinam poſſe ſic operari,& lucrari, vt huiuſmodi lucrum iunctum cum redditibus dotis, ſufficiat ad congrua alimenta,ita vt exinde viuere poſſit.Immò contrariũ probatur per teſtes examinatos ad inſtantiã D. Catherinæ,ac etiã per teſtes ad inſtantiã hæredum,ſtante maximè ipſius ſenectute,cum oẽs deponant illam excedere annum ſexageſimum.

Et licet per fidem Gulielmi Seraioli,de qua in regiſtro fol. 213.& in teſtificata eiuſdẽ fol.202.dicta D. Catherina in an-

nis octo lucrata fuerit libr. 120. incanando sericum,&c. Nihilominus non videtur de istis ita indistinctè habendam esse rationem, cum illud distributum in singulos annos sit satis tenue, & modicum lucrum. Vnde coniunctũ cum redditibus dotis, erũt in totum scuta vigintiquinq; ad summum, quæ arbitrio cuiuscunq; non erunt sufficientia ad alimenta mulieris senis, † & mul
4 tò magis, quia dictæ operæ quotidie decrescunt, & minuuntur, minusq́; veniunt considerandæ, & attendẽdæ, tàm propter decrepitam ætatem superuenientem, quàm etiam propter aduersam valetudinem, Fabian. in d. Auth. Præterea, nu. 30. vers. fin. Aymo cons. 199. nu. 7. tum quia per plures annos (nẽpè ex quo discessit à furno) cessauit ab omni sordido exercitio, viuendo
5 honorificè ex substantia, & redditibus mariti diuitis, † cuius vltimus est attendendus in modo viuendi, l. Mela. §. sed si alimẽta. ff. de alim. & cib. legat. Capit. decis. 163. Quare esset modò indecens, & indecorum laborare, vt sibi victum paret, vel alte-
6 ri inseruire; † Quod quidem tenderet in dedecus, & vilipendiũ mariti defuncti, ac etiã familiæ ipsius mulieris; ideò ne cogatur alteri inseruire; vel mendicare debet succedere in dicta quarta, Barbat. d. cons. 74. col. 4. & 5. Rol. d. cõs. 14. nu. 45. in 3. Dec. d. cons. 70. nu. 17. vol. 2.

Quarto ex eo, quia non petijt quartam in bonis primi mariti, dicitur (vltra responsiones, quæ ponuntur in patrocinio 98. col. 5. & seq.) quod non fuit probatum, nec minus articulatum dictũ primũ maritũ decessisse locupletẽ; & hæredib⁹ allegantibus diuitias illi⁹ incumbere illos probare, l. ex psona, C. de pbat. Alciat. de psumpt. reg. 2. psũpt. 27. post nu. 4 vers. & pdicta.

Quinto de fratribus diuitibus, &c. dicitur, quòd particularis ratio Imperatoris in iuribus ex aduerso allegatis, & ex quibus
7 extracta est dicta Auth. Præterea, † non est fundata simpliciter super alimentis, cum per legatum factum à marito vxori inopi nõ excluditur à quarta, vt dicit tex. licet etiam esset tale legatum, quòd omninò faceret cessare inopiam, & sufficeret ad alimenta, vt latè per Pepium nu. 60. & ante illum per Salicet. nu. 11. Tum etiam quia in casu filiorum existen. mater posset

habere

habere alimenta ab illis; & tñ hoc non obstante admittitur ad successionẽ quartæ, per tex. in d. Auth. Præterea, ubi Doctores.

8 Nec obstat, quòd † filia habens patrem diuitem, excludatur, &c. quia respondetur diuersam esse rationem in patre, quàm in fratre, ut per Cum. in l. in suis. ff. de liber. & posthum. quem sequitur Alex. in d. Auth. Præterea, nu. 11. & Soc. sen. cons. 30. nu. 4. & seq. uol. 4. Gozad. in d. Auth. Prẹterea, nu. 81. & 82. Et quia pater, & filius censetur una, eademq; persona, l. fin. C. de impub. & alijs subst. & quia patris, & filij eadem est caro, cap. contradicimus. §. hac auctoritate 35. q. 3. & sic non consideratur sola ratio alimentorum, prout est in casu, quem ponit Bar. in l. si quis à liberis. §. item rescriptum. ff. de liber. agnoscend. & solùm ius petendi alimenta à fratribus, non debet esse exclusiuum successionis, quia tex. in §. quoniam uerò, circa finẽ, in uersic. nam si aliundè forsan habeat, & ibi glo. in Authẽ. de exhib. reis, disponit tunc demum uxorem priuari quarta, si habet sufficientem substantiam, quod non potest uerificari in prætenso iure petitionis alimentorum, ut multum ad propositum consideratur per Gozad. loco superius citato.

9 Accedit, quia † in alternatiuis remediorũ electio est agere debentis, l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributoria actione, Ias. ex mente Bal. in l. 2. nu. 139. C. de iure emph. Et præsertim per quod utiliùs, & pinguiùs sibi succurritur, glo. in l. fin. in uers. constat. C. si aduersus rem iudicatam, & ibi Bart. nume. 3. Rom. cons. 220. nu. 10. Cum à fratribus solummodo haberet alimenta, hic aiunt acquirit proprietatem, ut latè per D. Gargiareum, patroc. 98. col. fin. & benè consideratur per Excellen. Menoch. in eius cons. circa finem, uers. Cum ergo D. Catherina, & per Riminal. uers. Circa quartum, & per alios Dominos informantes, quibus me remitto, ne eorum dicta transcribam.

Et ex his, & alijs, quæ doctissimè dicuntur in allegationibus, & consilijs pro D. Catherina, motus sum ad pronunciãdum ad ipsius fauorem, & contra hæredes mariti.

*Io. Vinc. Cond. Aud. & Commiß.*

# CONSILIA PRO REIS.

## CONSILIVM PRIMVM.

### SVMMARIVM.

1 DISPOSITIO *Authenticæ Præterea, non est correctoria, sed limitatoria.*

2 *Lex noua non per omnia contraria legi antiquæ, sed in aliquibus casibus disponens contra legẽ antiquam generaliter loquentem, dicitur limitatoria.*

3 *Ratio finalis Auth. nostræ est inopia superstitis coniugis.*

4 *Dictio propterea est redditiua rationis.*

5 *Dedecus coniugis mendicantis principaliter in persona mendicantis, secundario in persona præmortui.*

6 *Ratio affectionis cõiugalis non est causa Auth. nostræ, maximè quãdo dotata fuit mulier.*

7 *Quando matrimonium est cum minima dote, habet locum Authẽ. nostra, & nu. 9. licet non sit ita minima.*

8 *An habeatur ratio operum mulieris.*

10 *Dos non congrua, non dicitur dos.*

11 *Dos congrua tempore matrimonij, licet fructus ipsius non sufficiãt ad alimenta tempore mortis mariti, tamen non facit locum Authen. nostræ.*

12 *Doctores dicentes debere attendi tempus mortis mariti, debent intelligi quando à principio mulier non habuit congruam dotem.*

13 *Verbum inueniatur, quomodo referendum sit.*

14 *Mulier à principio congruè dotata, præsumitur nõ laborare inopia.*

15 Ratio Auth. nostræ non fundatur in sola inopia, sed etiam quia non congruè dotata.
16 An ratio operarum superstitis coniugis haberi debeat in materia Auth. nostræ distinguitur.
17 Pistores à pistrino nominati.
18 Alimenta sunt ministranda secundum necessitatem victus, & cum parsimonia, & secundum qualitatem personarum.
19 Prima causa, & conditio personarum attendenda.
20 Alimenta relicta à marito debentur eo modo, quo viuus alimentabat, secus si ex dispositione legis debeantur.
21 Soror inops à fratre diuite ali debet.
22 Cessante, quod mulier non cogetur mendicare, cessabit dispositio Auth. nostræ.
23 Mulier, sicut quando habet patrem diuitem, non habet beneficium Auth. nostræ, ita quando habet fratres diuites.
24 Alimenta per officium iudicis nobile debentur.
25 Prius inspiciendum est, an mulier aliundè possit habere, et si non potest, tunc ad hanc quartam aspirabit.
26 Remedium Auth. nostræ restringendum, quia exorbitans.
27 Soror, quæ à fratribus diuitibus potest habere alimenta, & nõ uult, non potest peruenire ad beneficium Auth. Præterea.
28 Inops quis duobus modis appellatur.
29 Dictio sed, aliquando stat pro quia.
30 Mater statim mortuo marito, non habet ius consequendi alimenta à filijs, sed ita demùm si immiscuerint se hæreditati paternæ.
31 Lex considerat punctum mortis, & si eo puncto vxor superstes, non habet ius ad alimenta, ei defert quartam.
32 Mulier non habens vnde alimenta habeat, nisi à substantia mariti præmortui, tũc succedit in quarta, quàmuis habeat filios diuites.
33 Legatum factum vxori à marito imputatur & in quartam.
34 Argumentum à similibus claudicare non debet.
35 Similitudinem sufficit esse respectu eius rei, de qua agitur, licet in ceteris sit dissimilitudo.
36 Duobus remedijs extraordinarijs concurrentibus, debet præualere illud, quod est minus extraordinarium.

37 *Remedium petendi alimẽta à fratribus minus subsidiarium, quàm petendi quartam ex Auth. Præterea.*
38 *Verbum nouissima significat extremitatem.*
39 *Remedium subsidiarium dicitur, quando nullum aliud potest competere.*
40 *Hæredes mariti debent alere vxorem in viduitate viuentem, si dos apud ipsos hæredes remansit.*
41 *Quod potest in vnum, atq; alterum modum euenire, non potest dici melius, vel deterius.*
42 *Remedia extraordinaria subsidiaria, quæ?*
43 *Remedium extraordinarium, quod pinguius prouidet præferẽdum, quomodo intelligatur.*
44 *Concurrentibus pluribus remedijs, quarum aliquod sit secundũ ius commune, aliquod contra illud præualet, quod est secundum ius commune.*
45 *Alimenta à fratribus diuitibus sorori pauperi debentur, secundum ius commune.*
46 *Quando plura remedia ordinatè vnum post aliud competunt, non est in electione actoris vnum eligere, sed ordinem seruare debet.*
47 *Officium iudicis largè supponit obligationem.*

*Deus noster refugium, & virtus, adiutor, &c.*

DISPOSITIO Authẽ. Præterea, C. vnde vir, & vxor, & iurium in corpore, vnde hæc Authentica sumitur, nempè tex. in §. Quoniam verò, in Authent. de exhibend. reis, & in §. Quia verò legem, il 2. in Authent. vt liceat
1 matri, & auiæ, † non correctoria; sed exorbitans est, & iuris communis limitatoria. Odoffr. & Cynus in d. Authen. Præterea, vbi Paul. de Monte Pico, nu. 26. & alij ibidem, Soc. cons. 108. nu. 6. lib. 1. Plot. cons. 17. nu. 4. vers. nam dicta, &c. Lege. n. Codicis, quę est lex prima. C. vnde vir, & vxor, cauebatur, quòd vir non succederet vxori, vel è contrà, & hoc existentibus, descendentibus, ascendentibus, seu collateralibus perso-

personæ defunctæ; Prædicta verò Authentica ponit casum, in quo existentibus etiam prædictis, vel aliquo eorum maritus succedat vxori, & è contra. Cum autem hoc per dictā Authen. non generaliter inducatur, vt superstes coniux præmorienti succedat; sed solùm in quarta parte; & demùm tribus concurrētibus, quòd matrimoniū fuerit sine dote, quòd præmoriens coniux fuerit locuples, & quòd superstes laboret inopia; prout apertè constat ex verbis, d. §. Quoniam verò, non correctoria,
2 sed limitatoria dici debet hæc lex noua lata: † Quando enim lex noua non per omnia contrariatur legi antiquæ, sed aduersus legem illam generaliter loquētem, disponit in specie; idest in certis tantùm casibus dicitur legis antiquę non correctoria, sed limitatoria, secundum theoricam Croti in l. omnes populi, nu. 121. ff. de iust. & iur.

Rationem autem principalem, & finalem huius nouæ con-
3 stitutionis à Iustiniano editæ, tradunt communiter Doct. † fuisse inopiam superstitis coniugis, ne mendicare cogeretur: quod in dedecus bene transacti matrimonij resultabat; & hoc ipsum pluribus in locis colligitur ex uerbis allegati. §. Quoniam verò. Primò, dum in eo dicitur, quia non fuerit facta dos, uel ante nuptias donatio nihil habere ualentes mulieres; sed in nouissi-
4 ma uiuentes inopia; propterea sancimus, &c. Illa dictio, † Propterea, est redditiua rationis. c. 1. de rest. spoliat. in 6. l. 2. ff. de usur. Deinde, paulò pòst in §. si uerò; ubi habentur hæc uerba; Hæc dicimus, si coniunctorum, alter donationem, aut dotem non faciens, inops uir, aut mulier inueniatur, & maritus quidē locuples, superstes uerò pauper existat; & postremò in fine, in illis uerbis. Et inopia coniugis per diuitias saluetur alterius. Et hanc inopiæ, & mendicitatis rationem attulit Bald. in d. Authen. Prætereà, in ultima quęstione, quem Doct. ibi communiter sequuntur, Salicet. Castren. Rom. Alex. Curt. & alij Moderniores, Barbat. cons. 74. nu. 8. cum sequen. lib. 4. Et de hac communi ratione testantur, Socin. cons. 121. nu. 38. lib. 4. Cephal. cons. 244. nu. 11. Roland. cons. 14. nu. 26. cum seq. & consil. 15. nu. 4. & 5. lib. 3. in quibus cumulat infinitos, qui hanc rationē,

uti u eram, communem, principalem, atque finalem sequuntur: quibus addimus Florianum de S.Petro, illustrem conciuem nostrum, in cons.21.num.21.& Plot.cons.17.nu.45. dicentes, miserationis gratia constitutionem hanc inductam fuisse; ne infelix coniux superstes mendicare cogeretur; Et hanc ipsam fuisse finalem rationem, & solam attendendam esse fatetur Mātua in d.Authen.nu.45.in fine, uers.ad quod; & Purpur. cons. 330. nu.7.uers.non obstat. Et quàmuis Salycet.in d.Auth.nu.2.adiugat huic mendicitati opprobrium coniugis præmortui, seu dedecus matrimonij transacti; tamen dictum illius declaratur à Corneo in cons.4.nu.4.lib.4. & ab Illustri conciue nostro Ludouico Bolognino, qui tamen de Corneo mentionem nō facit in additi.ad Matthesil.in tract.de success.ab intest.4.arti.nu.9.
5 Iniuriam, † & dedecus ex mendicitate committi principaliter in personam superstitis mendicantis, secundario uerò in personam præmortui coniugis, seu matrimonij transacti, ut in l.1.& 2.ff.rer.amot.& habetur in l.maritum.ff.solut. matrimo.cuius
6 rationis ueritate stante, † cessat ratio affectionis coniugalis, de qua poterat obijci: quæ ratio tunc maximè locum non habet, quando dos aliqua interuenit: ut probant tex.in d.§. quia uerò legem, ibi, si quis indotatam uxorem per affectum solùm acceperit; quod uerbum, solum, stat taxatiuè, & est exclusiuum aliorum.l.his solis.C.de reuoc.donat.Ias.in l.1.nu.7.C. de contra tab. Quando ergo dote interueniente contraheretur matrimonium, non diceretur per solum affectum contractum; sed dotis intuitu; unde non haberet locum illa ratio affectus, Soc.in cōs. 121.nu.41.lib.4. Matrimonium autem in casu isto celebratum fuit cum dotis intetuentu; igitur intuitu dotis, non autem affectionis coniugalis ratione, cōtractum dicitur fuisse. Quam responsionem etiam sentit Illustris cōciuis noster, & Senator Ludouicus Gozadinus in d.Authen.Præterea, nu.31.

Cum autem iura dicant, locum esse huius Authenticæ dispositioni, tunc cum matrimonium sine dote contractum fuerit, scire expediret; Quid si nō sine dote prorsus; sed cum dote parua contractū fuerit, an locū habeat huius Auth.dispositio?

In

In hoc Articulo aliqui casus distingui possunt.

7 Primus est,† si dos fuerit minima,& tenuissima,in quo Doct. communiter fatentur habere locum dispositionem Authent. perinde,ac locum habet,nulla prorsus dote constituta, ita dixit Francis.de Rampon.quem allegat Aret.Inst.de successione cognat.§.fin.Matthesil.de success.ab intest.artic.4.prin.nu.22. & ibi Bolognin.in addit.Soc.in cons.121.nu.4.lib.4.Qui omnes semper loquũtur in dote ualdè modica;& ibi Soc.ita intelligit dictum Bald.in d.Authen.Præterea,quæst.fin. uolentis locum habere d.Authen.etiam in dote parua;nempè , ut intelligatur si sit paruula notabiliter,ità ut ea computata, & alijs re-
8 bus,si quas habet mulier,†atque eius operis muliebribus,si talis sit,quæ operari valeat,& sciat,non possit se sustentare , sed mendicare cogatur;Et ita quoque intellexit Corn.consil.249. nu.3.lib.3. Barbat.d.cons.74.nu.9.lib.4.Alciat. cons.252.nu. 5.Cephal.cons.671.nu.26.pro quo facit,quia nullum, & minimum in iure æquiparantur;Inst. de leg.Falcid.in princ. sic videmus pro minima iniuria donationem non reuocari,l. fin.C. de reuocan.donat.sic statutum prohibens forensem acquirere domum,non habet locum in domuncula , Angel. & Imol.in l. cætera.§. Marcellus. de leg.1.& dispositio Authenticæ minoris debitor.C. qui dari tut. poss.non habet locum in debitore rei minimæ,vt ibi per glo.& est tex.in c.terrulas 12.q.11.

Secundus est casus,quando initio matrimonij contracti tem
9 pore,fuit dos constituta,†non quidem tunc cógrua,neque etiã minima;sed talis,de qua poterat initio constare, non posse eã sufficere ad alimenta vxori superstiti , & in hoc casu similiter dicitur communem esse opinionem , locum esse dispositioni huius Authẽ.quartam nempè de hæreditate mariti deberi superstiti vxori;Ita Bal.in d.Authen.quæst.vltima , quem cæteri ibi sequuntur;qui Bald.ad hoc ibi tenendum,duabus mouetur rationibus;tum quia militat hoc casu eadem ratio clementiæ, & æquitatis,qua motus fuit Imperator ad l.illam condẽdum; ne scilicet superstes coniux mendicare cogatur;tùm quia dicitur,hoc matrimonium sine dote , quod dotem congruam non

 habuit;

10 habuit;† quæ dos non congrua, non dicitur dos, vt per Bal.ibi, & ita dicunt in casu isto cum communi opinione, Flor.d.cons. 21.nu.21.Corset.in tract.de minim.vlt.par.quæst.41. Gozad. in d.Authen.nu.24.Aemyl.Ferrett.cons.42.Mantua.cós.145. nu.8.& per totum;Decian. qui attestatur de communi opin.in cons.70.nu.12.vers.3.& vlt.lib.2.Roland.à Valle cons.14.nu. 20.lib.3.& quamuis idem,ibi,nu.35.dicat, dotis cógruitatem iudicis arbitrio pendendam esse;tamen Iudex in hoc sequi debet mentem legis,quæ est,ne laboret superstes inopia,& vt illius necessitatibus sit succursum;vnde Iudicis arbitrium nó debet esse iniquum,l.si libertus.ff. de oper.libert. & ita Ferret.in d.cons.42.nu.4.cum seq.

11 Tertius est casus,† quando dos fuit congrua tempore matrimonij contracti,cuius fructus ex mutatione temporum, & qualitatis personarum,ac facultatum, viro præmortuo, non sunt suffecturæ ad alimenta vxoris superstitis( loquimur de fructibus,ne contingat disputare, an quando ex véditione proprietatis rerum,mulier potest sibi alimenta parare, excludatur à beneficio quartæ.) Quod negarunt Natta consil. 605.in fine, Dec.in Authen.Præterea,nu.22.& ibi Mantua. Crauett. consil.199.num. 6.

In hoc tertio casu Soc.in terminis in cons.30. nu.10.& 11. lib.4.dixit,non esse locum dispositioni d. Authē.Præterea,potissimùm,quia non potest dici hæc indotata, quæ dotem congruam habuit;& sic cessat in ea qualitas à constitutione requisita;quod probat tex.in d.Authen. Præterea, ibi,si matrimonium sit absque dote,& tex.in d.§.Quoniam verò; in Auth.de exhibend.reis,ibi,videmus quosdam cohærentes mulieribus indotatis, &c.ergò cessare debet constitutio Io. Andreæ in c.1.de homicid.in 6.Dec.in cons.661.nu.4. idem tradidit Fabian.Pepius,in d.Authē.Præterea,nu.110.vbi affirmat hanc opinioné veriorem esse.Alciat.quoque hoc idem dicit in d.cons.252.in 2.dubio,nu.11.vbi dicit hanc opinionem non habere in indiuiduo contradictorem aliquem;vndè subdit, quòd non esset tutum in practica recedere ab ea;& vtitur hac ratione,quia quando

do fuit dare congruam dotem tempore matrimonij cõtracti; non poteſt dici vxorem ſolo affectu ductam fuiſſe,ſed etiã dotis contemplatione: igitur conſtitutio loquens de quarta ab vxore lucranda, prætextu d.affectus ducta, vt in dicto §. quia verò,legem ceſſat in hoc caſu,neque ad eum hæc lex trahi debet,ratione ceſſante.Idem quoque tenuit Rimin.in d. Authen. Præterea, nu.6.verſ.& aduertè;& poſtremò Hieronymus Gabriel.in conſ.142.nu.15.in fine.lib.1.vbi atteſtatur hanc opin. eſſe communem,& veriſſimam; qui Gabriel in d.conſ.nu.13. dicit,quòd id,quod trahitur,attendi inopiam ſuperſtitis coniugis,tempore præmorientis,locum habere debet, quãdo dos tempore matrimonij contracti data,vel promiſſa non fuit cõgrua;ſed quando tunc temporis fuit congrua,dicit præſumere legem,ceſſare inopiam,ità vt ad arbitrium Iudicis non ſit eundum,ideoq; ceſſare in hoc caſu diſpoſitionem d.Authen.

Et quàmuis in contrarium allegentur,Corn. conſ.4.num.7. lib.4. Dec. conſ.24. Gulielm. Bened. in repet.c.Raynutius,in verbis,vxorem nomine Adelaſiam,in 5.deciſ. num.244.extra de teſtam.& Roland.conſ.15.nu.25.lib.3.ac Tiraquell. in tract.ceſſante cauſa,in 4.limit.nu.2.& ſi qui alij ſunt, qui dicãt, attendi debere tempus mortis,non autem contracti matrimonij:tamen dicimus non conſtare,eos loqui in indiuiduo in caſu iſto,quando dos fuit congrua tempore contracti matrimonij,
12 quia generaliter loquuntur:vnde debemus† intelligere eos loqui,quando dos matrimonij contracti tempore non fuit congrua,prout verè ſunt intelligendi ità loqui: Adeò quòd quàmuis Bal.in d.Authen. quæſt.fin. dicat diſpoſitionem huius Authen.habere locum in dote parua; & appellet paruam dotem, quæ non eſt ſuffectura ad victum,& veſtitum mulieris;quod dictum communiter eſſe receptum dicit Dec. ibi, nu.5.verſi.ſed tamen.Et Decian.atteſtatur de communi opinione in cõſ.70. nu.12.verſ.3.& vlt.lib.2.Tamen quoniam non conſtat in indiuiduò loqui eos,quando dos fuit congrua tempore matrimonij credendum eſt loqui eos, quando vſque initio tẽpore matrimonij contracti, dos non fuit congrua,vt tunc demùm tali

casu sit locus dispositioni d. Authen: si non sufficiat illa dos ad victum, & vestitum congruum superstitis vxoris; non autē sunt intelligendi loqui, quando matrimonij contracti tempore dos fuit congrua, & hoc, vt minus deuiet d. constitutio à regulis iuris, quàm fieri possit; secundum quam declarationem, & distinctionem constat non aduersari hos Doctores opinioni, primo loco sup. relatæ, quæ fuit Soci. Pepij, Alciat. Rimin. & Gabriel. cum in diuersis casibus loquantur illi, & isti. Andreas tamē Barbat. (inter plures quos legimus) in d. cons. 74. nu. 6. in indiuiduo contradicit Soci. & alijs, qui cū eo tenuerūt, vbi conatur Barb. sustinere mulierem, quæ dotem congruam matrimonij tempore dedit, gaudere beneficio huius quartæ, quando ex ea dote ipsa superstes non potest alimētari; & hoc per tex. in d. §. quoniam verò, ibi, inops vir, aut mulier inueniatur, quòd verbum relatum ad tempus mortis, ostendit inopiam tunc attendi, & sic dotis congruitatem. Item pōderat Barbat. rationem inopiæ superstitis coniugis, in qua fundatur constitutio illa, indecens quartam, quæ ratio viget etiam, si tempore matrimonij contracti dicatur dotem congruam fuisse.

Nos inhærendo opinioni communi Soc. & cæterorum, qui
13 eum sequūtur, vti veriori, respōdemus ad primum; quòd † verbum, inueniatur, quatenus de tempore mortis intelligatur, referendum sit ad superius relata; & sic ad causam, quæ ex superius relatis colligitur, & secundum præcedentia est intelligendū; scilicet quòd inueniatur tēpore mortis mariti vxor inops, ideò, quia dotem nullam, aut non congruam marito constituerit, quæ intelligentia conuenit verbis superioribus illius. §. in quibus dictum fuerat: videmus enim quosdam viros cohærentes mulieribus indotatis, &c. Sequentia enim verba à pręcedētibus declarationem recipere debent; Ias. in cons. 173. in prin. lib. 2. Benintend. decis. 98. nu. 6. Et actus, qui sequitur, tūc producit effectum suum, vbi procedit à dictis, vel factis de præterito, Bar. in l. aut facta. §. causa. ff. de poen. Rom. cons. 183. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres in 6. quæst. ff. de verbor. oblig. est tex. in l. q. seruū. eod. tit. gl. in c. ad nostrā. il 2. extra de iureiurā.

Non

14 Non obſtat ratio inopiæ,quia reſpōdeт̄ tripliciter;† primò, vt ſupra,negando inopiam ex præſumptione legis, propterea quòd loquimur de muliere,quæ fuit congruè dotata, propter quod ad iudicis arbitrium ex hac cauſa ire non ſit opus,vt dixerunt Rimin.& Gabriel.in locis allegatis;vnde ceſſare in caſu iſto debet extenſio,cui locus non eſt,vbi minor ſubeſt ratio. c.fin.extra de verb.ſignif.notat Socin.& Ripa in Rub.ff.de acquir.poſſeſſ.Abſurdum enim eſſet diſpoſitionem d.Authen.loquentem de matrimonio ſine dote,ſeu de muliere indotata locum habere in ea,quæ fuit congruè dotata;ita enim fieret, vt quæ hodie viduæ remanerent, ante 30. vel 40. annos nuptæ, quibus temporibus non multa, ſed congrua dos ſoluebatur, quia redditus ad alimenta non ſufficerent,ideò quartam de bonis mariti contra mentem,& rationem iuris cōſequi deberēt; quod etiam exclamant Soc.in d.conſ.121.nu.46.Alciat.d.cōſil.252.& Gabriel.in d.conſ.142.nu.15.

Secundò reſpondetur,quòd conſtitutio d.Authen.vltra cōditionem, ſeu qualitatem inopiæ,quam requirit in ſuperſtite coniuge,aliam quoque requirit, ſcilicet mulierem indotatam eſſe debere;quæ qualitas,ſeu conditio hìc ceſſat,cum matrimonium cum dote congrua contractum fuerit, meritò non debet eſſe locus illius diſpoſitioni;l. ſi hæredi plures.ff. de cond. inſt. & quia qualitas requiſita concurrere debet,vt effectum ſortia-
15 tur diſpoſitio,Io.And.in d.c.1. de homic. in 6.†Item ſi inopia ſuperſtitis ſola fuiſſet in cauſa illius æditæ conſtitutionis, fruſtra Iuſtinianus expreſſiſſet, oportere mulierem minimè congruè dotatam eſſe,quæ qualitas nihil operaretur, quando ſoli inopiæ inhærendum eſſet, contra c.ſi Papa.de priuileg.in 6.& l.ſi quando.ff. de leg.1. Et ſicut qualitas indotatæ non attenditur, quando mulier non eſſet inops, ſed locuples; ita hæc qualitas inopiæ ſola non debet attendi, quando mulier dotem congruam habuit; & ita quoque voluit Soc.in d.conſ.10. num.11.lib.4.

Tertiò reſpondetur,quòd ratio inopię,de qua in d.Authen. reſtricta eſt ad eum caſum,quando matrimoniū fuit contractū

sine dote, vt in d. Authen. Præterea, & in tex. in corpore, quę iu ra aliter intellecta continerent verborum superfluitatem, contra terminos iuris: ergò cessante causa deficientiæ dotis, nõ est attendenda dicta ratio inopiæ; pro quo facit, quòd in iure nostro etiam contingit quandoque rationem restringi ad dictũ, glo. in §. Fratris, Inst. de nupt.

Quartus est casus, quando dos non fuit congrua; sed tamen post mulier ex operis suis simul cum fructibus dotis parare sibi alimenta; & in hoc Iacob. Butrig. in d. Authen. Prætereà, sen
16 tit computandum esse hunc quæstum ex operis † in habenda ratione fructuum rerum, & bonorum mulieris, vt sciatur, an propter inopiam, quarta in bonis mariti ea debeatur.

Et quàmuis dictum illud, quæstum nempè operarum mulieris ad quartæ diminutionem operari non recipiat, Crauett. in cons. 199. nu. 7. Et dixerit Abbas in c. quòd super, in 3. notab. de voto; quòd viuentes ex artificio, nihilominus inopes dicuntur; tamen tuendo auctoritatem Butrig. potest dici, quòd loquantur Abbas, & Crauett. de non habentibus bona; sed solá artem: tales enim tanquàm inopes habẽt beneficiũ huius quartæ: Butrig. verò loquatur de bona habentibus, non tamen ex quibus integrè viuere possint, sed habita simul ratione operarum, vt tales non gaudeant beneficio quartæ; prout hanc distinctionem colligimus ex dictis Socin. supra relati in d. consil. 121. lib. 4.

Quibus casibus sic enumeratis, dicimus argumento sumpto à sufficiẽti partium enumeratione. l. patre furioso. ff. de his qui sunt su. vel ali. iur. in terminis casus, in quo versamur, non esse locum dispositioni Authen. Præterea. Certum est enim nos nõ versari in terminis primi casus supra relati, in quo dictum est locum habere dispositionem Authen. non enim dos in hoc casu nostro dici potest, quòd fuerit tenuissima. Similiter idem dicimus de secundo casu relato; tantùm enim abest, quòd in eo versemur, vt nihil minus. Quomodo enim dici potest librar. 1350. Bonon. multo tempore ante ab exiguæ, & obscuræ conditionis mulieris, marito Pistori, vilis, & infimæ conditionis viro,

viro, ſolutam, incongruam fuiſſe, conſideratis qualitatibus ad dotem congruam conſtituendam requiſitis, de quibus in l.cũ
17 poſt.§.gener, & in l.quęro.ff.de iur.dotium? † Sunt enim dicti Piſtores, à Piſtrino; nam quod Piſtrinum olim Romani appellabant, nos hodie Furnum dicimus; Lucas de Pẽna in l.in fine. C.de Piſtoribus, lib.10.glo. in l.cum delanionis.§.1. in verbo Piſtrinum.ff.de fun.inſtru.& inſtrum.leg.quę ars, vtplurimùm per ſeruos exercebatur; & qui exercuiſſet, propter artis vilitatem, ad dignitatem aſpirare non valebat, d.l.1.cum gloſſ. Si ergo dos, de qua in præſenti tractatur, fuit congrua; prout Dominos iudicare debentur arbitraturos fore credimus; nos profitemur verſari in terminis tertij caſus ſupra relati, quando ſcilicet matrimonij contracti tempore dos fuit congrua; in quo diximus non habere locum dictam Authen. ſiue fructus eius dotis poſſint ſufficere ad alimenta vxoris ſuperſtitis, ſiue nõ poſſint, vt ſupra retulimus.

Et quando Dominis iudicare debentibus non arrideret opinio noſtra, quod tamen nunquàm credituri ſumus, cùm probauerimus eam eſſe cõmunem, in iſto ſcilicet ſingulari caſu, quãdo dos fuit congrua tempore matrimonij contracti; quæ tempore mortis viri non eſt ſuffectura ad alimenta vxoris ſuperſtitis, non eſſe locum beneficio quartæ, eò quòd ipſi ſentirent indiſtinctè tempus mortis viri, quoad inopiam ſuperſtitis coniugis attendendam eſſe ad quartam obtinendam, ſiue tempore contracti matrimonij dos congrua non fuerit, ſiue fuerit.

Nos tamen dicimus in caſu noſtro, non ſolùm dotem ſolutã libr. 1350. Bonon. matrimonij contracti tempore congruam fuiſſe: ſed etiam ex illius redditibus poſſe hanc ſuperſtitẽ vxorem ſufficientia ad ſui neceſſitatem alimenta conſequi; ſiue dicamus alimenta ſecundum neceſſitatem victus ei miniſtranda
18 eſſe, ſiue attenta condecentia viri, † miniſtranda autẽ eſſe iuxta neceſſitatem victus, & cum parſimonia, probat Alciat. in d.cõſil.152.nu.5. poſſunt enim fratres huius mulieris, qui in pręſenti nummulariam exercent, ſolertes quidem, & lucro inhiantes viri, pecuniam dotalem ſororis in eorũ nummularia retinẽdo,

tantùm

tantùm per singulos annos ex ea honestè superlucrari, vt etiam commodè inde ea viuere possit; cui vt iuxtà necessitatem tantùm, & cum parsimonia viuat, per modicum erit ministrandũ. Immò etiam si diceretur iuxtà qualitates, & conditiones mariti alimenta ei ministranda esse, tantundem diceremus; cùm dicatur vidua in eodem matrimonio perseuerare, l. fin. vbi Doсто.C.de bon.matern.& ideò eius qualitatis, & conditionis esse credatur; cuius antea fuerat gloss.& Bart.in l.filij.§.vidua.ff. ad municip.Corne.cons.111.lib.3.& cons.256.lib.1. Védidit autem hęc mulier omnibus emere volentibus, viuente marito; publicè panes in taberna Pistoria, vili quidem officio, vt dictũ fuit; proindè vt ex hoc constet qualitates, & decentiam personarum, modicum necessariò huius victui superadditurum fore; ideoq; fieri, vt quemadmodum habens dotem libr. 1350. Bonon, neque indotatam eam fuisse, neque paruam, sed cógruam dotem habuisse diximus; ita quoque alimenta ex ea iuxta qualitatem personę decentia recipere valeat. ita Iacob. Butrig.in d.Authen.Pręterea, vers.quęro quando dicatur pauper. Qui dicit Iudicis prudentis arbitrio hęc esse committenda; cuius Iudicis perspicacia erit in habendo discrimine personarum, vt aliud statuat in hoc de personis nobilibus; aliud de vilibus, & rusticis; aliter de artificibus; & aliter dè operari nescientibus; seu quibus id facere non decet. Et dicit Petrus de Bellapert.in fin.d.Authen.tunc solùm locum esse dispositioni illius Authẽ. quando non habet superstes coniux pro exigentia, & ratione qualitatis suę personę vnde viuat; veluti si esset vxor Comitis, quę solùm panem, & aquam pro victu haberet: per cõtrarium vult Petrus, quòd si mulier sit vilis cõditionis, ignobilis, & exiguę fortunę, maximè si vile officium exercuerit, vt in casu nostro, vult inquam Petrus; quodlibet etiam minimum, pro illius victu tali mulieri ministrando sufficere debere; vt sic etiam tali casu negare dicatur locum esse ad talis mulieris fauoré quartę, de qua in d.Auth.beneficio.

Et quando diceretur maritum istius à furno desciuisse; &
19 domum satis honestam inhabitasse; † tamen prima causa, qua-

litas,

ſitas,& conditio debent attendi,l.etiam.§.1.ff.de pet. hęred.l. ſi filius.C.ad Maced.l.tutor.in princ.ff.de fideiuſſ.Bart.in l.aſſumptio, ad municip. & pręcipuè quando vtraque cauſa, ſeu conditio non ſunt repugnantes,ſed ſe compatiuntur, l. ſi quis antè,vbi Iaſ.ff.de acquir.poſſeſſ.Poterat enim iſte etiam aliam maiorem domum inhabitando, furnum quoque retinere ipſe, & per ſe exercere;& diximus ſupra in hoc exercitio vilitatem perſonę remanere,quàmuis ab officio illius quis quandoq; abſtineat.Et quàmuis aduerſus hanc reſponſionem videatur facere tex.in l.Mela.§.ſed ſi alimenta.de alim.& cib.leg. in quo habetur, quòd alimenta debentur poſt mortem ab hęredibus eo modo,quo defunctus inſpecto tẽpore mortis ſuę ea pręſtabat,
20 & ſic attento vltimo ſtatu;†Tamẽ replicatur ad hoc,loqui hoc contrarium in alimentis à teſtatore relictis,de quo veroſimiliter iudicandum eſt voluiſſe eum pręſtare iuxta metam, quam ipſe tempore mortis in pręſtando ſeruabat,cum mutatio volũtatis non pręſumatur.c.maiores,extra de Bapt.l. eum qui volũtatẽ.ff.de probat.Alciat.de pręſumpt. regul. 25. limit.16. nos verò loquimur de alimentis ex legis diſpoſitione, de fructibus dotis pręſtandis,ſeu percipiendis, vnde de minimis eſt intelligendum,videlicet quatenus vires dotis patiantur; tum quòd in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit,l. rẽ legatã.ff. de adim. leg.Alex.conſ.157.lib.7.tùm quia de alimentis in ſpecie cautum eſt,vt iuxta vires patrimonij decernantur,l.ius alimentorum.ff. vbi pupillus educari debeat.§. ſi quis tutor. vbi Aret. Inſt.de ſuſpect.tut.& dos dicitur patrimonium mulieris, l.Põponius Philadelphus.ff.fam.herciſc.

Et quando etiam quò ad hęc alimenta aliter ſentire viderentur Domini,iudicare debentes(quod tamen ex dictis ſupra credere non poſſumus).Nos tamen firmiter aſſerimus,nõ poſſe in caſu iſto aliquo modo locum habere ad commodũ huius mulieris beneficium quartę,de quo in d.Authẽ. Pręterea;propterea quòd impedimẽto neceſſariò ei eſſe debet, ne quartam
21 ex conſtitutione d.Auth. conſequi poſſit,† quòd habet fratres diuites, à quibus ipſa inops, ex legis diſpoſitione neceſſariò

venit alēda,l.1.§.sed nonnullos,& ibi gloss. in verbo præstiterit.ff.de tutel.& rationibus distrahēd.l.qui filium, vbi gloss.ff. vbi pupil.educ.deb.Cynus,& Alberic.in l.1.in princ.C. de natur.lib.Bart.in l.si quis à liberis.§.vtrum.ff.de lib.agnoscē. vbi dicunt,quòd quando quo ad fratrem dubitaretur;nēpè an à fratre diuite inops frater esset alēdus; quo tamē ad sororem inopem,quæ fœmina est,& sequioris vitæ,res dubium nullum habere dicitur,quòd à fratribus diuitibus venit soror inops alēda,& hoc ratione eius inopiæ;latè Cordub. in d.l. si quis à liberis.§. idē rescripsit.nu.83.vbi infinitos allegat,qui attestantur de communi opinione,tradit Abb. in c. peruenit.nu.1.extra de arb. Et cum debeantur alimēta à fratre sorori inopiæ causa; sequitur ea deberi,siue extet statutum fœminarum exclusiuum,siue non,siue dotem habuerit soror congruam, quæ tota, vel pro parte fuerit consumpta, vel aliàs non suffectura eius alimētis post mortem mariti,siue non; modò tamē illa sit inops,& ipsi fratres diuites;nam & ab extraneis patris hæredibus quandoq; alimēta debētur in subsidium;Bart. in d.l. si quis à liberis.§.item rescriptum.ff.de lib.agnosc. Matthesilan. not. 148.& quando non lata culpa sua filius bona sibi assignata cōsumpsit,iterum venit alēdus,Bal.in Auth.contra rogans.C.ad Trebell.Alex.in l.si cum dotem.§.1.ff. solut. matrimon. tradit Socin.in l.Marcellus.§. res quæ,nu.3.ff.ad Trebell.Bal. de Bar
22 tolin.in l.1.nu.137.ff.soluto matrimo. † si ergò à fratribus diuitibus hæc soror venit alēda,& propter hoc certum sit rationem mēdicitatis,in qua diximus fundatam esse decisionem d. Auth.locum habere in ea non posse,sequitur,argumēto ducto à ratione legis cessante,c.cum cessante, extra de appellat.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patron.Bart.& Ang.in l.quod dictū ff.de pact.non debere etiam iuuari beneficio d. Auth.

Secundò probatur à simili,quòd arg.valet,cum de similibus
23 idem sit iudicandum,l.ad similitudinē,C.de episc. & cler.† sed inops filia patris diuitis superstes marito diuiti,quoniam à patre debet alimēta recipere,& propterea cessat in ea ratio inductiua d.Auth.non gaudet illius beneficio,prout hanc esse com-

munem

munem opinionem testantur Doctores varijs in locis,Cuman. in l.in suis,nu.8.ff.de lib.& posthu.& in cons.132. Alexã. in d. Authen.nu.11.vbi Corn.& ibi Dec.nu.20.in fine,qui affirmat hãc esse communem; idem testatur Gozad.ibi nu.76.Soc.cõs. 30.& cons.121. num.49. lib.4.Fabian.in d.Authen.nu.22. in fine,& nu.25.in fine,& nouissimè de communi testatur Ceph. cons.244.nu.20.cum duobus seqq.& Mantua in d.Auth.num. 45.Ergo idem dicendum est,si non patrem; sed fratres diuites mulier habeat , voluisse quoque communem Doctorum opinionem non gaudere eam beneficio d.Authen. ex quo non solum ratio probabilis differentiæ reddi non potest inter vtranque filiam, scilicet & sororem:sed immò de iure in hac materia alimentorum à coniunctis percipiendorum parificantur filia,& soror;tex.est notab.in l.quàmuis.ff.solut.matrimon. vbi deciditur,quòd sicut vxor constante matrimonio potest dotẽ exigere pro alendis filijs primi matrimonij; ita etiam id facere potest pro fratribus alendis,quorum appellatione venit soror,l.tres fratres.ff.de pact.si ergo in alimentis à fœmina præstandis procedunt à pari fratres , & filij,vt in d.l.multò magis in alimẽtis à masculo præstandis,cum facilius admittatur, deberi alimenta à fratre sorori,quàm è contra, Cyn. & Alberic. in l.1.C.de natur.lib.& supradictum fuit.

Et quàmuis Michael Crass.lib. sententiarum.§. successio ab intestato.q.39.nu.5.aduersus communem opinionem, de qua supra, quòd filia,habens patrem diuitem,excludatur à beneficio quartæ,alleget quendam Iacob.Toming.asserentem; Collegium quoddam contrarium pronunciasse ; tamen nos dicimus perperam à Collegio factum fuisse,cum à communi opinione in iudicando non sit recedendum.c. ne innitaris , extra de constit.l.1.ff.de offic.quæst.l.1.vbi Bart.C.de pęna Iudicis, qui mal.iudic.Felin.in c.1.de const. Immò idem Crassus fatetur opinionem nostram esse magis communem,& ad quod ꝓbandum allegat dictum Toming.Neque tex.in l.pretia rerum. ff.ad l.Falcid.allegatur à Crasso,probat contra hanc communem opinionem,in quo tex.solùm dicitur,non prius hæredem

extiturum filium, vel alium quemlibet locupletem dici factũ, quàm is aderit, seu se immiscuerit; quod ipsum solùm probat filiam viuente patre non dici diuitem; sed tamen non probat habere eam beneficium huius quartę. Nos autem cum communi opinione dicimus, eam beneficium hoc non habere id, quòd etiam si illa inops quoquo modo diceretur (quod nõ admittimus) cesset tamen in ea ratio d. Auth. idest, quia non est mendicatura, ex quo habet patrem diuitem à quo venit alenda.

Tertiò principaliter probatur nostra opinio auctoritate insignium Iurisconsultorum, qui hoc in indiuiduo dixerunt; sororem, nempè fratres diuites habentem carere beneficio d. Authen. Rolan. cons. 14. nu. 19. & 53. lib. 3. Decian. cons. 70. num. 17. vers. non obstat. lib. 2. Hier. Gabriel. in cons. 142. nu. 30. lib. 1. Ioseph Lud. conclus. 35. in 2. limit.

Quartò fortificantur prædicta, quia mulier, quæ potest aliũdè habere alimenta, non debet potiri beneficio huius quartæ. Quod in terminis tradit Natta cons. 648. nu. 13. & 15. vbi loquitur de illa, cui patris testamento alimenta erant relicta; quã negat ibi beneficium quartæ huius habere; & adducit tex. in al legato §. quoniam verò, ibi, nihil habere valentes; nam si beneficium hoc inductum est competere solis mulieribus nihil habere valẽtibus; sequitur minimè competere id illis mulieribus, quæ aliundè alimenta habere possunt; tales enim mulieres aliquid habere dicuntur, saltem victum, & vestitum, ac alia necessaria, quibus earum calamitatibus, & necessitatibus succurrãt; nam & alimenta de iure exiguntur, vel iure actionis. l. 4. §. fin. l. libertis. §. 1. ff. de alim. & cib. leg. vel officio Iudicis nobili, Bart. in d. l. si quis à liberis. in princ. Ripa in l. priuilegia, num. 11. ff. de priuileg. cred. Quod † Iudicis officiũ nobile stat loco actio-
24 nis c. fin. extra de offic. Iud. & qui habet ius rem exigendi, dicitur rem habere, l. qui actionem. ff. de reg. iur. & illa vniuersalis dictio, nihil, si in vno falsificetur. i. si non haberet quoque locũ in alimentis ad exclusionem quartæ, redderetur in totum falsa; vulgata l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dubijs.

Potest quoque aliter induci tex. in allegato. §. quoniã verò, in

25 in verſ. nam ſi aliundè, vbi poſtquàm Imperator dixit,† pauperem eſſe oportere ſuperſtitem coniugem, vt conſequi poſſit beneficium huius quartæ, ſubiungit ſtatim; nam ſi aliũdè habeat, ſcilicet ſuperſtes coniux. i. ſi habeat abſque eo, quòd de ſucceſſione præmortui coniugis percipiat, non erit iuſtum grauare, &c. Et ſic in hoc caſu vult tex. quartam habere non debere; vnde fatetur Imperator in primis inſpiciendum eſſe, an aliundè habere poſſit, quòd vbi non poſſit, tunc quartam vult obtinere debere.

26 Comprobatur,† quia diſpoſitio huius Authen. vt dictũ fuit, exorbitans eſt, & iuris communis limitatoria, atque adeò reſtringenda, & ſtrictè eſt intelligenda, l. ius ſingulare. l. quod verò. ff. de leg. Bar. in l. ſi conſtante. 9. quæſt. 1. quæſt. prin. ff. ſolut. matrim. Eſt etiam ſubſidiaria, Soc. in d. conſ. 121. nu. 36. Natta d. conſ. 648. nu. 15. vbi egregiè ad terminos noſtros conſuluit, quòd mulier, quæ ex teſtamẽto patris, vel alterius poteſt aliũdè; quàm de bonis mariti conſequi alimenta ſibi relicta, nõ poteſt iſtud relictum repudiare ad effectum, vt quartam de bonis mariti conſequatur; nam cum beneficium quartæ dicatur ſubſidiarium legis remedium, ad quod, tanquàm ad vltimum adiutorium poſtremò loco, & ceſſantibus omnibus alijs remedijs, deueniendum eſt, non debet eſſe poſitum in voluntate, & poteſtate mulieris, cui alia remedia ad uictum, & manutentionem ſuam competunt prætermittere illa, & beneficio huius quartæ vti; quoniam remedia ordinaria debẽt facere ceſſare ſubſidiaria, & extraordinaria, l. 1. §. 1. l. in prouinciali. §. 1. ff. de nou. oper. nunc. §. ſciendum, Inſtit. de ſatiſd. tutorum, l. in magiſtratibus, C. de magiſtrat. conuen. Et nemo debet poſſe facere, q in eius actibus, & diſpoſitionibus leges locum non habeant, l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. l. nec ex prætorio. ff. de reg. iur.

Quintò principaliter nos adducimus id, quod tradidit Soc. in d. conſ. 121. nu. 30. in fine, cum ſeqq. vbi voluit vxorem, cui debetur quarta in bonis mariti primi, non poſſe eam conſequi in bonis ſecundi; & aſſignat rationem, quia cum poſſit cõſequi eam in bonis primi mariti, vtique inops illa dici non poteſt,

atque ideò locum non habet dispositio d. Authen. nam cũ possit ipsa facere, vt non sit pauper, & non faciat, haberi debet, ac si pauper non esset, l. qui potest, cum gl. ff. de reg. iur. in l. si cui. §. fin. ff. de cond. & demonst. Sic dicimus nos in casu præsenti,
27 † cum possit hæc mulier consequi alimenta à fratribus debita, quæ vbi percipit, non dicetur inops; si percipere negligat, habetur pro non inope, & beneficio huius quartæ omninò carere debet.

Sextò ponderamus tex. in sæpius allegato. §. quoniam verò, vbi profitetur Iustinianus se beneficium quartæ, de quo ibi, tulisse ad fauorem superstitum mulierum in nouissima inopia viuentium, idest illarum, quæ vnde aliundè succurratur eis nõ habent, cum dicatur inops ille, cui necessaria desunt. Archid. in c. quo iure, 8. dist. Paul. de Cast. in l. id quod pauperibus. C. de episc. & cler. Ripa in l. si constante. nu. 26. ff. solut. matrimo. Cũ autem mulier hæc, quæ de iure à fratribus diuitibus, quos habet, venit alenda, vt dictum fuit, nequaquam dici possit in nouissima, idest extrema viuere debere inopia, sicq; in ea non verificantur verba legis de hac quarta loquentis, sequitur neque illius dispositionem verificari posse, vulg. l. quarta. §. totiens, & ibi Castrens. ff. de damn. infect.

Neque dicatur aduersus hoc, & superiora fundamenta, quinimmò verba de quarta superstiti coniugi deferenda, verificari quoque in eo, qui aliundè alimẽta habet; nam & inops quoque is dicitur, & alimenta mendicat. Abbas in cons. 17. lib. 1. Ias. & Dec. in d. Auth. nu. 20. in fine. Quoniam ad hoc respódemus,
28 † quòd duobus modis per legem potest quis appellari inops, vel simpliciter, & absolutè; vel respectu certæ causæ, & determinati effectus.

Primo casu, quis dicatur inops, arbitrio Iudicis id commissum est.

Secundo verò casu, ille dicitur inops, qui non habet, vnde succurrat illi causæ, & effectui, cuius respectu appellatur inops; ita distinguit, & declarat Afflict. decis. 173. Igitur cum constitutio Auth. quæ loquitur de hac quarta, appellet inopem coniugem

iugem superstitem non simpliciter, sed eo respectu, quòd non habeat vnde alimenta percipiat, vt colligitur in sępius allegato.§.quoniam verò: hæc autem mulier, de qua in præsenti agimus, habeat vnde alimenta ex iuris dispositione percipiat, nēpe à fratribus diuitibus, vt supra dictum est, sequitur eam inopem dici non posse, & sic nomen hoc ei minimè conuenire.

Quod autem dicunt Ias.& Dec.post Abbatem supra relati, quòd petere alimenta sit quodammodo mendicare; nos istud negamus, cum mendicare is dicatur, qui interpellat etiam hostiatim.c.nolo.12.q.1.& mendicus dicatur, cui per quæstum publicum tribuit victum incerta mendicitas.c.1.§.confirmatos.de religios.dom.in 6.glo.in c.1.de excess.Prælat.in 6. Archid.in c.quorundam, nu.4.de elect.in 6.& ibi Io.And.num.1. qui appellat mendicantem, quasi manu dicentem. Et de hoc est tex.in c.Diaconi 93.dist.qui vtitur istis verbis; mēdicat infœlix in plateis, publicam à quolibet poscit eleemosynam, despicitur à cunctis, qui iustè putatur ad hanc ignominiam deuenisse. Cum autem qualitates istę nullo modo conuenire possint huic mulieri, quæ non hostiatim, non dietim, non publicè est interpellatura, seu manu dictura, neque ambulatura est, ignominiosè quærens incertum, quæ iure medio, & iudicis officio nobili, fratres ad hoc obligatos compellere potest: ideò mendicare dici non potest. Pro hoc facit quod tradit Bal.in l. si quis ad declinandam, num.3.vers.tertio casu.C. de Episc.& cler.vbi nobilem habentem alimenta; sed suam dignitatē conseruare non valentem, & filias maritandas habentem; sed ad id faciendum impotentem non appellat mendicum; sed pauperem. Quantò magis hæc mulier, quæ habet alimenta iuxta cōditionem suam, nullius nempè dignitatis, sed obscura, neque onus filiorum habens, appellanda non erit, non modo mendica; sed neque pauper, cui nihil defuturum est, & Bal.in loco allegato, sequitur Bellonus d.cons.16.nu.7.

Septimò, & vltimò adducimus text. in allegato sæpius.§. quoniam verò, in Auth.de exhiben.reis, ibi, videmus maritos cohærentes vxoribus indotatis morientes mulieres, quia non

est facta dos,& ante nuptialis donatio, nihil habere valentes, sed in nouissima viuentes inopia;ad harum ergo mulierum tantùm, quas retulimus fauorem, inducit ibi Imperator quartam competere, illa aduersatiua, sed posita vltimo loco in verbis relatis aduersatur ibi soli orationi, quia præcedens oratio est negatiua;sequens per hæc verba; sed in nouissima viuẽtes inopia,est affirmatiua;in idem tamen vtraque oratio reincidit, sicut habetur in l.continuus.§.cum ità.ff.de verbor.oblig. Vnde
29 dici potest,† quòd prædicta dictio,sed,ibi posita,vel superabũdet,vel stet,pro quia; & ita sit,vel repetitiua iam dictorum in oratione negatiua,seu eorum,quæ in ea dicta sunt, sit rationis redditiua,prout vtranque dictam significationem habere hác dictionem, sed,affirmat Brixiensis in suo repertorio, allegat l. Iulianus.in fine.ff. quibus ex caus. in possess. eatur, & §.si verò non expectet,in Authen.de nuptijs,secundum vtranque expositionem probat hic tex.paria esse dicere, quòd nihil habẽtes sint mulieres,quibus Indulgetur beneficium quartæ; seu quòd in nouissima sint viuentes inopia;sed hæc mulier, de qua agimus,non potest dici nihil habens, quæ habent alimenta sibi à fratribus debita;vt diximus suprà in 4.fundamento; ergo neq; potest dici in inopia,& præcipuè nouissima viuens, saltem ad effectum,de quo agitur, scilicet ad quartam consequendam.

Non obstant modò, quæ contra per nos dicta supra obijci possunt.

Et primò non obstat aduersus primum fundamentum nostrum,quòd alimenta, quæ potest mulieri à fratribus cõsequi, non debeant ei obesse ne dicatur inops, & sic ne quartam de substantia bonorum mariti consequi valeat; & hoc per tex.in d.§.quia verò legem,in Auth.vt liceat matri, & auiæ,& tex.in d. Authen.Præterea,in quibus dicitur,quòd marito diuiti pręmorienti,vxor succedit in quarta simul cum eius filijs, etiã ex eo matrimonio natis,quæ tamẽ cum dictorum filiorum sit mater,ab eis diuitibus veniret alenda, l. si quis à liberis.§. vtrũ.ff. de lib.agnoscen. Ergo sola alimenta mulieri debita à fratribus,non debent eam excludere à beneficio quartæ; nam si ali-

menta à filijs matri debita, quæ fortiùs debentur, cùm ratione naturali debeantur, Cordub. in d.l. si quis à liberis. in prin. nu. 6. non faciunt matrem definere esse inopem; ideò non excludũt eam à quarta, vt dictum est; multò minùs alimenta à fratribus debita, quæ iure tantùm positiuo, & sic debilius debentur, Cordub. in d.l. §. idem rescripsit, nu. 84. & in §. si mater. nu. 45. facere debent sororem desinere dici inopem, & sic multò minùs à quarta eam excludere.

Respondemus dupliciter, & primò, vt per Socin. in d. consi. 30. nu. 8. quòd cùm hæc quarta debeatur vxori inopi, cuius inopia præcisè attenditur ipso tempore præmorientiæ mariti; sicut contingit de cæteris causis, ex quibus portionem aliquam iure successionis vnusquisque consequitur, iuxta l. 1. §. proximus. ff. vnde cognat. §. cum autem quæritur, Inst. de hæred. quæ ab intestat. defer. l. si patronum. §. fin. ff. de bon. libert. l. cũ quæritur, C. de inoffic. testam. §. quantitas. Inst. de lege falcid. Paul.
30 de Castr. consi. 210. lib. 1. Curt. senior. cons. vlt. num. 2. † vtique tempore mortis mariti inops dicitur hæc, quæ cum filijs est successura marito in quarta; nam etiam si tunc temporis habeat filios, à quibus sperare potest alimenta, non tamẽ certum est alendam fore eam ab illis, qui adhuc paternæ hæreditati se non immiscuerunt, & à qua abstinere possunt. §. sui, Inst. de hæred. qualit. & diff. & de quibus in summa non est certum, quòd diuites sint futuri; consequitur igitur propterea mulier lege sic disponente quartam ei delatam, quam ipsam ex qualibet deinde bona fortuna filiorum superueniẽte, & sic illis etiam postea diuitibus factis, & patris successionem admittentibus non am-
31 mittit, vt vult Dec. in d. cons. 24. per totum. † Immò etiam si eodem tempore per mortem mariti defertur ius succedendi vtrisque filijs, scilicet simul cum matre non potest dici vxor, & mater respectiuè non esse inops, cui ante id tempus non fuerat quęsitum ius consequendi alimenta à filijs; sed in casu nostro, quo tempore mortuus est maritus, non potuit dici hæc mulier inops, cui statim tãquàm inopi aduersus fratres diuites pro alimentis consequendis ius fuit quæsitum: Ius ergo alimẽ-

torum,

terum, quòd consequi potest mater à filijs ex d. Authen. initio, incertum est, & non purum, atque ideò difficiliùs operatur; at ius quod competit sorori per mortē mariti, ut à fratre alatur, certum est, & purum, & ideò potentiùs operatur, l. si ità scriptū. §. si sub conditione. ff. de leg. 2. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres, quæst. 6. ff. de uerb. oblig.

Secundo respondemus ex mente d. §. quoniam uerò, uersic. nam si aliundè. Quòd ad hoc ut mulier non dotata, uel minus congruè dotata excludatur à beneficio huius quartæ, oportet,
32 † quòd aliundè, quàm de uiri substantia eam habeat unde alatur, ut in d. uers. nam si aliundè; cæterum quòd à filijs mater ueniret alenda in casu, de quo opponitur non aliundè, sed de ipsa uiri substantia proficiscitur, atque ideò quartæ consequendæ impedimento esse non debet dd. iuribus., & ita respondet clariss. Gozad. in d. Authen. nu. 80. uers. non obstat tex. In casu verò nostro aliundè, quàm de bonis mariti alimenta mulier hæc est perceptura, nempè à fratribus diuitibus. Quod ipsum impedimento ei esse debet, ne quartam in bonis mariti mortui cōsequatur, prout etiam infra apparebit.

Neque etiam aduersus hoc obstat, quòd alimenta à cæteris, prȩterquàm à patre debita, non excludant mulierem à quarta, sed solùm substantia, & rerum proprietas, d. §. quoniam verò, cum gloss. ita Gozad. in d. Authen. nu. 82. Nam respondetur rē aliter se habere. Ad impediendam enim hanc quartam sufficere debet, quòd tempore mortis mariti habeat mulier vnde nō mendicando alimenta percipere possit, Corn. consil. 4. num. 7. lib. 4. Et vbi alimenta à cæteris mulieri debita, non excluderēt eam à quarta, non deberent etiam eam excludere à patre debita; propterea quòd non potest assignari probabilis ratio differentiæ inter istos casus, prout infra dicturi sumus; quod ipsum tamen esset contra communem opinionem, de qua supra.

Neque tex. in d. §. quoniam verò, negat alimenta considerari ad exclusionem quartæ, in quo tex. non dicitur mulierem, vt excludatur à quarta, substantiam habere debere; sed solùm dicitur, quòd quartam habere debet in substantia rerum mariti: quæ

quę duo sunt inter se diuersa. Alimenta ergo, aliundè quàm de bonis mariti debita, excludunt vxorem à quarta: sed quando vxori aliundè alimenta non debentur, tunc quartam debet habere non in alimentis, sed in substantia, & proprietate bonorũ mariti; sic videmus in quartam Falcidiam non imputari, nisi quæ iure hæreditario capiuntur, l. in quartam. ff. ad l. Falcid. quam tamen Falcidiam excludunt quandoque ea, quæ iure legati capiuntur, l. Nesennius, eod. titu. Et quandoque etiam ea, quæ inter viuos hæredi futuro data sunt, l. cum quo. §. fin. eod. tit. Bart. in d. l. in quartam, in primis oppositionibus. Et quòd alimenta excludant mulierem à quarta, probant verba d. §. quoniam verò, ibi, in nouissima viuentes inopia, ponderando verbum illud, viuentes, quòd verbum respicit alimenta, quæ hominis vitam agere dicuntur, & faciunt eam ab inopia deuiare, vt per Goffred. in summa sua super titu. extra de vit. & honest. cleric.

Neque obstat, quòd legatum alimentorum à marito vxori relictum, non impediat eam consequi in eiusdem bonis quartam, Rimin. sen. cons. 114. lib. 1. Socin. sen. cons. 108. lib. 1. Durantes de arte testan. titu. de leg. cautel. 20. Cephal. consil. 244. Quoniam respondetur ad ita contingere, ne sit in potestate ma-
33 riti per indirectum auferre vxori beneficiũ huius quartę, † sed tamen relictum id à marito ei factum, imputabitur in dictam quartam, vt in d. Authen. Pręterea, in fine, vbi omnes ita tenẽt; immò Cephal. in allegato cõs. 244. nu. 26. post Rimin. in d. cõs. 114. quem allegat, tenet, quòd quando legatum alimentorum à marito vxori relictum fuit amplum, & ad alimenta vxoris legatariæ benè condecens, non debeat talis vxor habere quartã, subdens; Quòd aliter, & aduersus suum dictum traditur procedere, quando legatum alimentorum à marito relictum fuerit exiguum, & non rectè condecens vxoris conditioni.

Non obstat si aduersus secundum principale fundamentum, de quo supra, obijciatur, quòd multò plures, & fortiores rationes militent, quæ dictant non gaudere beneficio huius quartæ mulierem, quę habet patrem diuitem, quàm ea, quæ habet fra-

tres

34 tres diuites;† & ideò cum claudicet similitudo, argumentũ non videatur procedere in hac re de patre ad fratrem, de filia ad sorores; maximè, quia plures, & fortiores rationes præualere debent, Authen. itaq;. C. commu. de success. l. 1. vbi Bal. C. de legitim. hæredib. In primis enim, filij viuente patre, dicuntur quasi Domini rerum, l. in suis. ff. de lib. & posthu. Item attenta fama, & vulgi opinione, quæ in hoc probando debet attendi, Bart. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate, nu. 7. ff. qui satisd. cog. dicitur diues filia, quæ habet patrem diuitem. Item pater, & filia dicuntur eadẽ persona iuris fictione, l. fin. C. de impub. & alijs subst. Item debita est successio patris ipsi filiæ, etiam de iure naturali, l. nam & si parentibus, in fine. ff. de inoffic. testam. l. scripta. ff. vnde lib. l. cum ratio. ff. de bon. damnat. quæ singula aliter se habent de fratribus, & sororibus. Immò in indiuiduo quò ad alimenta præstanda differunt pater, & frater, non solùm in ordine, scilicet quòd pater primò teneatur, quo non valẽte præstare, teneatur frater, iuxta Bart. in l. non quemadmodum. ff. de lib. agnos. sicut vbi cõcurrunt mater, & frater, prima causa alimentandi spectat ad matrem, deinde ad fratrem, Ruin. in l. 1. nu. 173. ff. solut. matrim. sed etiam differunt pater, & frater in hac materia in alio, quia pater iure naturali tenetur ad alimenta filio præstanda, l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. c. ius naturale. 1. dist. frater verò non tenetur de iure naturali, sed de iure ciuili, d. §. sed nonnullos, d. l. qui filium, cum gloss. Cynus, & Alberic. in l. 1. C. de natural. lib. quod ius ciuile faciliùs tollitur, quàm naturale. §. sed naturalia, Inst. de iure natur. gẽt. & ciuil.

Sed respondendo dicimus, nihil supra relata obstare; quoniam supradictæ enumeratæ differentiæ, etiam si ostendãt, non dari per omnia paritatem, & similitudinem sororis erga fratrem; ac filiarum erga patres; non tamen dictæ differẽtiæ quidquam conferunt ad hoc, de quo in præsenti agimus; idest, quia non sunt tales, propter quas dici possit, inductam fuisse constitutionem de hac quarta loquentem; cuius rationem finalem nos supra probauimus illam fuisse. Ne cogeretur mulier, & cõniux superstes mendicare, quæ ratio, cum pariter cesset in vtroque

que caſu, ideſt ita in ſorore inope fratres diuites habente, ſicut in filia inope patrem habente, à quibus reſpectiuè filiæ, & ſorores inopes veniunt alendæ, vt ſuprà; ſequitur quòd id, quod cõmuniter admittitur per Doctores in filia, ne illa ratione patris diuitis, quem habet, poſſit gaudere beneficio d. Auth. admittere quoque dicantur in ſorore inope fratres diuites habentes, quod ſimiliter illa prætextu fratrum, à quibus venit alenda, nõ debeat gaudere beneficio iſtius quartæ; & hoc, attenta principali, & finali ratione, quæ fuit nouæ conſtitutionis editę, quam diximus; ratio enim principalis, & finalis legis ſola, & nulla alia debet attendi, l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. Inſt. de leg. patron. tutel. in princ. nam principalis, & finalis ratio diſpoſitionis dicitur ipſam diſpoſitionem moderari, ampliare, & reſtringere, Bero. conſ. 87. nu. 50. lib. 3. Rolan. conſ. 6. nu. 16.
35 cum ſeqq. lib. 4. † & ſufficere debet in hoc, de quo quærimus, nempè reſpectu alimentorum à patribus, & fratribus reſpectiuè percipiendorum filias, & ſorores inopes ſimiles eſſe, vt ſimiles dici poſſint, etiam ſi in cæteris eſſent diſſimiles; Dec. in c. tranſlato. extra de conſt. Iaſ. in l. ſi emancipati. C. de collat. & eſt tex. in §. inter eas, Inſt. de nupt.

Non obſtat ſi quartum fundamẽtum retorqueretur hoc modo, nempè, quòd ad alimenta quoque ſorori pręſtanda fratres diuites teneantur, ſed tamen in ſubſidium tantùm ſi ſoror ſit inops, ſi à patre, vel à matre alimẽta præſtari ſorori nõ valeãt, ſi aliter ſe tueri, & ſubſtinere non poſſit, d. §. ſed nonnullos, d. l. qui filium, Cordub. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi mater. nu. 44. cũ ſequen. & eſt tex. in eadem l. §. vtrum. Quia ergo in ſubſidium tantùm fratres tenentur ad alimenta ſororis; ſequitur, ꝙ quando poteſt ſoror aliundè ſe tueri, & ſic ſi poſſit beneficio huius quartæ per præmorientiam mariti ex conſtitutione huius Authen. in bonis mariti vti; ſequitur, inquam, non poſſe eã fratres ſuper alimentis inquietare, qui non niſi in ſubſidium tenẽtur, ideſt in caſu inopiæ ſororis, in qua non poteſt dici hæc ſoror conſtituta, vbi quartam de bonis mariti habere eam liceat.

Accedit, quòd potentiùs videtur eſſe ius quartæ petendæ,

pro

pro qua competit vxori actio, i. condictio ex lege, sed contra fratres pro alimentis consequendis non competit inopi sorori actio; sed iudicis tantùm officium nobile; Bart. in d. l. si quis à liberis. in princ. Ripa in d. l. priuilegia; quod officium nullam supponit obligationem, l. qui per collusionem §. 1. ff. de act. empt. & ideò videtur præualere debere ius petendi quartã, tanquàm potentiùs, l. quæritur. ff. de statu homi. Nos de iure ad hæc respondendo, ita dicimus; quòd vtrunque remedium succurrendi necessitatibus mulieris inopis, nempè & quartam consequẽdi de substantia mariti, & alimenta à fratribus percipiẽdi, sub-
36 sidiarium est, vt supra probatum fuit, † concurrentibus autem duobus remedijs extraordinarijs, seu subsidiarijs præcedere, & præualere debet id, quod minus est extraordinarium; & cessare debet facere id, quod est magis subbdiarium, Alexã. post Bart. in l. in prouinciali. §. 1. nu. 7. ff. de ope. nou. nunc. quem ibi cæteri Doctores sequuntur. Pro hoc facit, quia restitutio in integrum, quod est remedium extraordinarium, seu subsidiariũ facit cessare querelam inofficiosæ donationis, quæ similiter dicitur extraordinarium remedium, l. si filius, C. de inoffic. donat. ratio illa est, quia remedium restitutionis in integrum dicitur minùs extraordinarium, quàm remedium dictæ querelæ inofficiosæ donationis; quod ipsum ita probatur; quia ad hoc, vt competat restitutio in integrum, sufficit cessare remedium iuris communis, l. in causæ la 2. in princ. ff. de minor. dicta autem querela competit demùm, cessante omni alio remedio, non solùm iuris communis, idest ordinario, sed etiam extraordinario, l. Papinianus. §. si quis in ius. C. de inoffi. testam. §. sed hæc ita, Instit. eod. titu. Magis autem subsidiarium esse mulieribus
37 remedium quartæ, de quo in d. Authen. & † minus subsidiarium esse remedium alimentorum ex legis dispositione à fratribus percipiendorum, & sic facere hoc secundum cessare illud primum, de quo in d. Authẽ. probat euidenter tex. in sæpius allegato. §. quoniam verò; quo in loco habetur, quòd si sine dote, & ante nuptiali donatione matrimonium fuerit contractum, & ob id, præmortuo marito, mulieres superstites nihil essent

habe-

habere valentes, sed in nouissima viuentes inopia; propterea subdit Imperator, dictam legem latam fuisse, loquentem de quarta bonorum mariti ab vxore consequenda. Vult ergò hic tex. vxorem præmortui mariti consequendæ, si in nouissima viuat inopia, idest, si in extrema, & tali viuat opinia, cui aliundè per legem non sit succursum, & quòd quarta hac non habita, omninò sit mendicatura, ita vt nulla alia remedia illius vitæ ducendæ supersint. Non enim diceretur in extrema, & nouissima, idest vltima inopia constituta mulier, quæ alia quoque haberet adiutoria, quibus eius necessitatibus succursum esset; cũ
38 verbum, † nouissima, significet extremum, & vltimum locum, & gradum, l. eum qui nouissimus. ff. ad Trebel. in princ. l. potest. ff. de vulg. & pupill. Bar. in l. qui duos, nu. 3. ff. de rebus dubijs. Et dicitur vltimum id, quòd nullum aliud sequitur, l. 2. §. legitima. ff. de suis, & legit. Si ergo beneficium istius quartæ appellatur vltimum præsidium, quòd lex voluit delatam esse inopi mulieri pro eius vita ducenda, & tuenda; sequitur hoc ipsum cæteris quibuscunque alijs remedijs, & adiutorijs esse magis subsidiarium, quod in maiori solùm necessitate, atque in extremo illius gradu, cæteris adiutorijs quibuslibet cessantibus, ei prospicit; atque ideò sequitur, quòd alimenta à fratribus debita sororibus faciant cessare istud remedium quartæ consequẽdæ de bonis mariti. Nam si contrarium diceremus, beneficium nempè quartæ præualere, & facere cessare alimenta à fratribus debita: sequeretur istud beneficium quartæ non posse dici vltimum, & nouissimum mulieris præsidium, cõtra tex. in d. §. quoniam verò, in verbis suprà ad literam relatis. Ad hæc confert tex. in l. fin. versic. nàm cum, C. de lib. præt. in quo tex. querela
39 inofficiosi testamenti appellatur † vltimum adiutorium, post quod scilicet, nullum aliud est competiturum, & propterea cæteris omnibus alijs est magis subsidiarium; sic dicitur actio tutelæ subsidiaria, quæ aduersus magistratus competit, qui tutorem rem pupilli saluam fore, vel satisdare coegerunt, vel non idoneè id fieri curarunt, l. in magistratus. C. de magistrat. conuen. §. sciẽdum, Inst. de satisd. tut. in quibus iuribus ratio exprimitur,

mitur, cur dicatur hæc actio subsidiaria, nempè illa, quoniam vltimum hæc actio pupillis affert præsidium; sic de actione vtili, quæ, cessantibus demùm directis, competit. l. quotiens. ff. de præscript. verb. sic de subsidiaria actione legis Aquiliæ, quæ competit si damnum sit datum de non corpore in corpus, & deficiẽte demùm directa, & vtili anteà inuentis, l. Aquil. actionibus. §. fin. & ibi gloss. in verbo, in factum, ff. ad l. Aquil. Ad hæc quoque facit doctrina Bart. in d. l. si quis à liberis. §. itẽ rescriptum, de lib. agnosc. vbi declarando illum tex. in quo dicitur, quòd hæredes filij non possunt cogi ad præstanda patri ea, quę ex officio pietatis filius viuus præstabat, & hoc nisi in summa egestate pater sit deductus, exponit Bar. hęc vltima verba; idest nisi tunc demùm, quãdo dictus Pater non habet aliquem alium à quo veniat alẽdus; hanc ipsam Bart. ibi appellat summam, idest vltimam necessitatem; eodem ergo modo tex. in d. §. quoniam verò, succurrens mulieribus in nouissima, idest in vltima inopia constitutis, debet intelligi de illis mulieribus tantùm, quæ non habent aliquem alium à quo ali debeant.

Comprobatur, quia mater, & frater tenentur ad alimenta, nempè vt subueniant inopibus personis filiarum, scilicet & sororum, quam diù tamen à matre filia alimenta consequi, non debet ea à patre habere, Alex. in l. alimenta, num. 11. C. de negoc. gest. Ruin. in l. 1. num. 173. ff. sol. matrim. Cordub. in d. §. si mater. nu. 45. cuius rei, illa est ratio, quoniam magis subsidiaria dicitur causa fratris, quàm matris, vt dicunt prædicti Doct. in allegatis locis. Et maritum, post cæteros omnes teneri ad alimenta vxoris infirmæ, & indotatæ, dixit Barto. in l. quod in vxorem. C. de negoc. gest. in fine.

Accedit vltimò ad prædicta, quòd de iure priùs fuerat inductum, teneri fratres ad sorores alendas in egestate, quàm induceretur constitutio Authen. quæ loquitur de quarta in bonis mariti ab vxore inope consequẽda, quæ constitutio, vt omnes sciunt, fuit nouissima, cuius promulgatio vltimo loco facta intelligi debet, ita vt minus quam fieri possit per eam, ius commune lędatur, gloss. in l. fin. §. in computatione. C. de iur. delib.

Salicet.

Salicet.in l.si serui vestri.C.de noxal.act.notatur in c.cum dilectus.ext.de consuetud.Igitur,vt per dictam Authen.nouissimo loco editam,ius commune minus lędatur,dicendum est,extantibus fratribus habilibus, non esse debere locum istius quartæ beneficio.Ex quibus liquidò constare potest, quòd cum remedium istius quartæ consequendæ dicatur mulieribus cæteris omnibus magis subsidiarium,vt supra probatum fuit,tunc demùm ei locus esse debet ad commodum mulierum,quando cęteris quibuscunq; cõmodis,& remedijs ille defecerint, & præcipuè ei locus non erit, quando à fratribus diuitibus alimenta sorores consequi poterunt.

Neque dicatur(vt audimus ) æquè subesse obligationem ex parte mariti ad alimenta vxori præstanda, atque ex parte fratrum,& sic nõ magis in subsidium ex parte mariti teneri,cuius etiam mariti hæredes, quicunque vxorem inopem superstitẽ alere tenentur,l.vnica.§.exactio,cum gloss. ibi,C. de rei vxo. action.Cyn.in l.fin,C.de bon.quæ lib.

Nam respondetur falsum hoc esse,& quòd aliter habetur in d.§.exactio,intelligendum esse de mulieribus dotem apud hæredes mariti habentibus,nam in recompensationem fructuum dotis,quam retinent hæredes,ad alimenta tenentur, vt ibi explicat gloss. magna; vnde secus esset,si dotem hæredes mariti penès se non haberent. Et ideò Bald. in d.l. fin.C.de bon.matern.reprehendit dictum Ricardi Malumb.qui generaliter dicebat viduam,quia videtur in eodem matrimonio perdurare; ideò ab hæredibus mariti alendam esse, Bald. ibi declarat,dictum illud non esse verum simpliciter; sed intelligendum esse,
40 †quòd id fiat ab hæredibus de fructibus dotis,quę non fuit restituta,vel quòd id sit fiendum ab eis cessante dote, quando nõ haberet illa vnde aliundè aleretur,alioqui subdit Bal.quòd frustatoriè inuentum fuisset ædictum de ventre in possessionem mittendo.Hæc autem mulier, de qua in præsenti controuertitur,aliundè habet vnde alimenta percipiat:Habet.n. fratres diuites,à quibus & concurrente ratione sanguinis,& iure ab intestato succedendi magis conuenit,quòd alatur, quàm ab hære-

dibus mariti;igitur secundùm doctrinam Baldi,de qua ibi cõstat,mulierem hanc ab hæredibus mariti non venire alẽdam.

Non obstat si opponatur,quòd etiam si istud remediũ quartæ consequendæ de rebus,& bonis mariti dicatur magis subsidiarium,quàm remedium alimentorum à fratribus percipiendorum(quod remedium magis extraordinarium solet cessare, concurrente alio remedio minùs extraordinario;)tamen quando pinguiùs, & pleniùs succurritur per remedium magis extraordinarium, illud facit cessare cætera quæcunq; remedia, etiam ordinaria,gloss.in l.fin.C.si aduersus rem iudic. Bart.in d.l.in prouinciali.§.1.num.4.de nou.oper.nunc.Abbas in c.ex parte.il 1.nu.9.vers.secundo limitatur,de rescrip.Cæterũ pinguiùs erit,& pleniùs prouisum, & succursum mulieribus per beneficium quartę,quam habebunt in substantia,& proprietate rerum mariti, quàm per alimenta à fratribus eis ministranda;ergo ex regulis iuris dicendum videtur, remedium quartę cessare facere ius alimenta à fratribus consequendi, atq; pręponendum esse,& pręualere debere.

Ad hoc respondetur tripliciter,& primò, negando pleniùs mulieribus sororibus succursum esse per beneficium quartę, quàm per alimenta à fratribus consequenda, † cum plerumq;
41 fieri possit,vt contingat magis expedire mulieri, pinguiusq; ei prouisum esse per alimẽtorum rationem, quàm per quartę cõsecutionem,& cum vnum,atq; alterum esse possit, & ita ad alterutrum se habeat euentus,ideò non potest dici pinguiùs per quartam prouisum esse, quàm per alimenta, l. fideicommisso, vbi Ias.C.de transact.

Secundò respondemus,pręmittendo differentiam esse inter extraordinaria remedia, & subsidiaria, velut inter genus, & speciem,vt omne subsidiarium dicatur extraordinarium; sed non è contra (ne quis fortè credat idem in iure esse dicere remedium esse extraordinarium,& subdiarium.) Nam quædam sunt extraordinaria remedia,non tamen subsidiaria, & hęc dicuntur illa,quæ cum alijs remedijs extraordinarijs, immò etiã ordinarijs concurrunt,idest,quæ cum alijs se compatiuntur, & eodem

42 eodem tempore competunt. Quædam † verò sunt extraordinaria subsidiaria, & hæc dicuntur illa, quæ cum alijs quibuscũque remedijs non concurrunt se non compatiuntur, nec eodem tẽpore competere possunt, quæ distinctio diligenter intuẽti, colligitur ex dictis Bal. in d. l. in prouinciali. §. 1. vers. nota ergò.

43 Quo præmisso dicimus, † ꝙ id, de quo obijcitur, præferendũ esse extraordinarium remedium, quando pinguiùs, & pleniùs succurrit; referendum est ad primam speciem modo relatam, nempè ad remedia extraordinaria, non subsidiaria, quæ scilicet cum alijs concurrunt, & eodem tempore competunt; & in istis terminis intelligendum est loquutum esse Barto. in d. l. in prouinciali. §. 1. atque cęteros omnes Doctores, qui eum ibi sequuntur, vbi dixerunt præualere extraordinarium, quòd pinguiùs succurrit; item Abbatem, post Innocentium, quem allegat in d. c. ex parte, vbi dicit minori, & ecclesię aduersus sentẽtiam latam competere remedium restitutionis in integrum, quod est extraordinarium, quàmuis habeant remedium ordinarium appellandi, & hoc, quia pleniùs, & pinguiùs eis prouidetur per extraordinarium remedium restitutionis, qui nõ vexabuntur litibus, & expensis circa instantias appellationis: loquitur ergo Abbas ibi de remedio restitutionis in integrum, quod est extraordinarium, non tamen subsidiarium; quod eodem tempore potest ecclesiæ, seu minori simul cum remedio appellandi competere. cap. 1. & 2. cum gloss. de in integ. restit. in 6. Et de hoc remedio extraordinario non subsidiario admittit Abbas, quod quia in casu relato pleniùs prouidet, ideò faciat cessare cætera remedia, etiam ordinaria, quæ non ita plenè prouident. Sed quod attinet ad extraordinaria remedia subsidiaria, quæ scilicet cum cæteris remedijs quibuscunque se non compatiuntur, sed habent ordinẽ, & tempus, secundum quæ metiantur, & competant postremò nempè loco: Nos dicimus dictam limitationem locum non habere; sed in illis seruandam esse indistinctè regulam iuris, quæ habet, quòd subsidiarium remedium cedat cæteris quibuscunque ordinarijs, vel extraordinatijs non subsidiarijs, atque etiam

minùs subsidiarijs, etiam si tale esset hoc magis subsidiarium remedium, quòd pinguiùs, & pleniùs prouideret, quàm cætera quæcunque.

Et ratione euidenti istud probatur, quia subsidiaria remedia dicuntur, quæ vltimo loco deficiētibus demùm cęteris quibuscunque alijs remedijs competunt, & vltimum pręsidium, & adiutorium afferunt, d.l.in magistratus. C.de magistrat.conuenien.d.§.sciendum, vbi sunt verba clara, Inst. de satisd.tut.plures.n.actiones pro conseruandis pupillorum, & adultorum rebus sunt inuentę, lex noluit eas ad libitum pupilli, vel adulti exerceri, sed ordine seruato, primò contra tutores, seu curatores, & eorum hęredes, quibus non soluendo repertis contra fideiussores, & eorum hęredes, quòd si neque per eos indēnitati pupillorum, vel adultorum sit cōsultum; postremò loco in subsidium contra magistratus, vt supra explicauimus, & declarat Siluester in d.§.sciendum, nu. 11. Modò si nos diceremus, remedia ista subsidiaria, seu magis subsidiaria, quando pleniùs, & pinguiùs prouident, quàm ordinaria, seu extraordinaria non subsidiaria, vel etiam minus subsidiaria, pręualere cęteris debere remedijs, & facere illa cessare, sequeretur absurdum, quòd non dicerentur hæc ipsa subsidiaria, seu magis subsidiaria remedia, quæ vltimum præsidium, & adiutorium non afferent, postquàm nempè alia superessent, & remanerent remedia, contra d.l.fin.C.de lib.præterit.& d.§.sciendum, Inst.de satisd. tutorum; & ita sequeretur, quòd ordo à iure inuentus habere locum in istis subsidiarijs, seu magis subsidiarijs remedijs, quòd vltimum tenere debeant locum, perimeretur, & cōfunderetur, sicq; destrueret hæc limitatio naturam, & substantiam horum subsidiariorum remediorū, quod valdè est absurdum, & contra mentem iuris, contra regulam, l.cum præcario, ff. de præcar.& notata per Bart.in l.prolatā, C.de sent.& interloc.omn. iudic.

Igitur applicando prędictam theoricam ad casum nostrum, dicimus, quòd cum beneficium quartę inuentum à Iustiniano ad mulierum inopum, & indotatarum fauorem, & pręsidium dicatur remedium extraordinarium, nō simplex, sed subsidiarium,

rium, immò cęteris quibuſcunq; remedijs, & pręcipuè eo, quòd inducit mulieribus inopibus à fratribus diuitibus alimenta eſſe pręſtanda magis ſubſidiarium, prout ſupra plenè per nos ꝓbatum fuit, etiã ſi pleniùs, & pinguiùs cęteris quibuſcunq; hoc beneficium prouideret; tamen non ideò poteſt cętera quęcũq; remedia ceſſare facere, & pręcipuè illud de alimentis à fratribus pręſtandis, ſed donec cętera competere poſſunt hoc ipsũ, quod cęteris omnibus magis ſubſidiarium eſt ſilere, & omninò ceſſare debet, quod vltimo loco repoſitum eſt pro vltimo pręſidio, ſicut legitur apud Cęſarem de ſubſidiarijs cohortibus.

44 Tertiò reſpondemus, † concurrẽtibus pluribus remedijs etiã extraordinarijs, quarum aliquod ſit ſecundùm ius commune, aliud contra; illud debet prælatum eſſe, quòd eſt ſecundum ius commune, l. 1. §. per hanc, & ibi gloſſ. ff. de rei vendic. Abbas in d. c. ex parte, nu. 9. verſ. 1. procedit, extra de reſcript. Iaſ. in d. l. in prouinciali. §. 1. col. fin. verſ. limita 1. Silueſter in §. affinita-
45 tis, nu. 17. in 1. limit. Inſt. de nupt. † in caſu verò noſtro alimenta à fratribus debentur ſororibus, ſecundum iuris communis diſpoſitionem, quæ innititur iuri ſanguinis, & ſuccedendi ab inteſtato, iux. Auth. ceſſante, C. de legit. hęred. & habetur Inſt. de legit. patron. tutel. in verſ. quia plerunq;; Quarta autem per Iuſtinianum inuenta dicitur ab eo contra iuris communis diſpoſitionem inducta, ceſſante ſanguinis ratione, l. non ideò minùs, C. de hæred. inſt. & quia de iure communi maritus, & vxor inuicem non ſuccedebant, niſi demùm deficientibus omnibus agnatis, & cognatis: ergo ex prædicta limitatione Abbatis, & Iaſ. dicendum eſt, præferendum eſſe remedium alimentorum à fratribus debitorum, quòd proſpicit ſecundùm iuris communis diſpoſitionem, & facere omninò ceſſare in iſto caſu beneficium quartæ, quod contra regulas iuris inductum fuit, etiam ſi pinguiùs per illud prouiſum diceretur. Iuri. n. cõmuni in quantum poſſumus inhærere debemus, l. omnis diffinitio, cum gloſſ. ff. de reg. iur. vbi Dec. & alij.

Et per prædicta remanet ſublatum vnum, quòd obijciebatur, nempè quòd per electionem agendi ad quartam aduerſus

mariti hæredes diceretur hęc mulier præclusisse sibi viam cō- sequendi à fratribus alimenta;& quia videretur contraria, & incompatibilia cumulasse,contra tradita in l.ædita, C.de edē. & in l.1.C.de furt. Quoniam procederet hoc obiectum,quādò plura remedia alternatiua cōpeterēt,& esset in potestate petē- tis eligere,quo potiùs remedio vti vellet,iuxta l.quod in hęre dem,§.eligere,ff.de trib.act.& l.cum filius,§.varijs.ff. de leg.2.
46 Sed nos loquimur† quando remedia non competunt alterna- uè,sed subordinatè;vnum prius,aliud posterius;ità vt non sit in arbitrio,& potestate petentis,quo potiùs remedio ex pluribus in primis vti vellet; non enim potuit hæc mulier in materia ista,in qua,vt dictum fuit,est dare ad ipsius subsidium gradus, ordinemq; prioritatis,& posterioritatis in præiudicium hære- dum mariti,qui ad quartā vxori pręstandam tenentur,demùm cessantibus quibuscūque alijs remedijs,eligere aduersus dictos hæredes in primis agere, sicut neque potest legatum sibi reli- ctum ad alimenta eius repudiare,ad effectū huius quartæ in bo nis mariti cōsequēdę,vt per Natt.in d.cōs.648.supra allegato.

Restat tollere id,de quo opponebat Dec.in d.Auth.Præte- rea,quòd potentiùs dicatur ius petendi hanc quartā, quæ iure actionis debetur, quàm ius consequendi à fratribus alimenta, quæ Iudicis officio nobili tantùm petuntur; & ideò præualere debet hoc ius quartæ petendæ argumēto sumpto à potētiori.

Ad hoc pro complemento nos respondemus, quòd etiam si diuersimodè petantur alimenta,& hęc quarta, prout continet
47 oppositio,tamen in effectu vtraque debentur per legem,† cum officium Iudicis largè supponat obligationem,l. quintus.ff. de annuis leg.l.hæreditas.ff.de pet.hęred.Bar.in tract.minori.lib. 2.dist.7.nu.38.Et ideò videmus,quòd pro eo quoque,qui Iudi cis officio tenetur,fideiussor interuenire potest,Bart.in l. Mar- cellus,nu.4.ff.de fideiuss.cum tamen fideiussor,cessante princi- pali obligatione interuenire non possit,l.fideiussor obligari,§. fideiussor accipi.ff.de fideiuss.§.fideiussor.Inst.de fideiuss.

Et quia tex.in sępius allegato §.quoniam verò, versi.nam si aliundè in Authen.de exhibē.reis, effectualiter considerat;an

aliun-

aliundè possit mulier superstes capere vnde viuat, ad effectum, vt à successione d. quartæ repellatur, siue id capere possit iure actionis, siue officio iudicis; erit enim semper verũ dicere aliundè eam, vnde viuat capere posse, non enim debemus curare de modo, dummodo habeamus effectum, l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posthum. l. si mater. C. de instit. & substit. & hãc responsionem sensisse videtur perillustris Doctor Gozadin. in d. Auth. Prȩterea, nu. 79. & 80. Laus Deo.

*Collegium Bonon.*

# CONSILIVM SECVNDVM.

## *SVMMARIVM.*

1 CAvsa *finalis ex præfatione legis colligitur.*

2 *Causa finalis Auth. Præterea, fuit, ne superstes coniux laboret inopia, et mẽdicare cogatur, unde si aliundè potest cessare hæc miseria, cessabit Auth.*

3 *Si mulier habens quid sufficiens ad alimenta, cessat Auth. nostra.*

4 *Quando mulier potest ab alio alimenta petere, cessat dispositio Authen. nostræ.*

5 *Remedium Auth. nostræ est subsidiariÿssimũ, & si mulier potest operari; ita quòd ex laboribus suis, & dote viuere possit, cessat.*

6 *Maritus tenetur alere uxorem indotatam, quando ab alio non potest ali.*

7 *Filia potest legitima priuari, quando habet vnde se alat.*

8 *Dos minima facit locum Auth. nostræ, non mediocris.*

9 *Dotes non magnæ constituuntur in Lombardia mulieribus vilis cõditionis, & tamen de consuetudine non seruatur beneficium Authen. nostræ.*

10 *Fratres tenentur supplere congruam dotem, si à patre fuit incongruè dotata.*

11 *Vbi militat eadem ratio, non est extensio, sed comprehensio.*
12 *Mulier habens fratres diuites non iuuatur beneficio Auth. nostra, secundùm vnam opinionem.*
13 *Frater tenetur alere sororē de iure communi, & quarta ex Auth. nostra, debetur iure speciali.*

*Dirige Domine gressus nostros in viam veritatis, &c.*

CVM alijs præstantissimis Iurisconsultis qui doctè, & accuratè in proposita dubitatione responderur pro hæredibus Prosperi de Ferrarijs, sępius Rotali inter nos communicatò colloquio pro bono, & æquo verè sentimus, coniugem superstitem habentem in bonis dotem lib. 1350. monetæ Bononiensis, ac fratres diuites, non admitti ad quartam portionem, vigore Authen. Præterea. C. vnd. vir. & vxor.

Et, vt huius fuerimus opinionis, multa nos mouerunt. Et primò ratio finalis, quę impulit Iustinianum ad prouidendum cōiugibus de dicta portione sumpta ex proœmio, & præfatione. §. quoniam verò. in Authen. de exhiben. reis. ibi, nihil habere valentes, sed nouissima viuentes inopia. Item in §. seq. ibi, inops vir, aut mulier inueniatur; rursus ibi, ille verò, vel illa su
1 perstes pauper existat: † quæ verba situata tum in præfatione, in corpore dictę constitutionis, ostendunt causam finalē ipsius, iuxt. l. vlt. de hæred. instit. Alex. cons. 7. num. 3. in 2. Ias. cons. 1. num. 13. in 1. Crau. cons. 866. nu. 15. in 5. & Menoch. cons. 331. nu. 67. in. 4.

Quæ fuit inopia, & miseria superstitis coniugis, ne mendicare cogatur in dedecus, & opprobrium benè transactæ societatis coniugalis, ita Bal. in d. Authen. num. 7. ibi, sed tantùm ponderat inopiam, & hæc est ratio finalis. Cast. ibidem, ibi ratio fuit, ne cogatur mendicare. Alex. nu. 4. ibi, quę fundata est in ipsa inopia, ne coniux infœlix mendicare cogatur. Deci. nu. 3. & 5. ac cons. 24. in princ. Rimin. cons. 114. num. 7. in princ.

Cephal. consf.244.num.10.in 2.Matthesil. in tract. de success.
2 ab intest.arti.4. princ.num.23. † & adeò fuit finalis ratio, & causa hęc, quòd Imperator met indignos fecit coniuges dicta prouisione, si aliqua habeant,quę mendicitatem, & miseriam eorum cessare faciant, vt patet ex verbis. §. si verò, in Auth. pręcit.de exhib.reis. ibi; nam si aliundè forsan habeat,non erit iustum grauare filios per successionem.

Et cuius tex.occasione dixerunt Scribent;coniuges non debere admitti ad portionem quartę, nisi in subsidium; hoc est, quando aliundè eis succursum esse non potest, destitutiq; sint omni alio auxilio: ita Cuman. in cons.132. nu.2. Soci. cons. 121. num.36.in 4.Deci.in d.Authen.Pręterea,nu.4.& ibidem Pep.num.85. Natt. cons.648. num. 15.in 4.Cephal.cit.cons. 244.num.24.quinimmò dicetur remedium subsidiarijssimum, quod cessat, vbi competit aliud remedium, quantumcunque extraordinarium, & subsidiarium, secundùm Socin. in cons. 108.num.8.in princ.& vt inferius ostendetur,coniugi prætensæ erit succursum optimo remedio,ne mendicare cogatur cōtra intentionem Iustiniani.

Secundò, & successiuè considerauimus portionem hāc ex clementia Imperatoris concessam esse vxori inopi, vt possit
3 se alimentare,† adeò quòd cesset dicta prouisio,si habeat quid sufficiens ad alimenta,secundùm Alex. in d. Authent. num.5. & 11.ac Ias.num.8. Soci. cons.30. num.7.in.4. vers.quia filia, potest succurrere suæ inopiæ,cogēdo patrem,vt sibi alimenta subministret; & in præcit.cons. 108.nu.13. ibi ista autem domina Nera habebat, vnde posset viuere condecenter, Corn. cons.4.nu.7.in 4.vbi inquit, ꝙ ad impediendum dictam quartam,sufficit,quòd tempore mortis habeat vnde possit se alere, Angel.de Gambilio.in cons.118.nu.1.vers. nec etiam potest dici, &c. vbi consuluit,quòd mulier, quæ post mortem primi viri alteri nupsit,nō possit petere quartam ex quo ali potest,& debet à secūdo viro;& licet hoc dictum forsan possit in dubiū refricari,tamen in proposito ponderanda fuit ratio sui dicti.

Prout perpendendum etiam est id,quòd tradit Angel. in d.

Auth.

Auth. Præterea, in lectura Florentina, in qua dixit, illum tex. non procedere, vbi superessent filij cõmunes eiusdem matrimonij, à quibus mater inops alẽda esset; & quàmuis eius dictũ reprobetur à Rom. Fulgos. Ias. & Riminal. ibidem, cum videatur contra apertam dispositionem illius tex. consideranda est
4 tamẽ ratio adducta per eum, nempè sufficere, † quòd vxor possit ab alio alimenta petere, vt excludatur à dicto remedio; & considerauit etiam Corn. ibi. num. 26. hãcq; opinionem communem attestatur Cephal. in præcit. conf. 244. num. 16. comprobaturq; ex alia conclusione communi, quòd vbicunque lex aliquid concedit alicui ratione indigentiæ, & inopiæ, id dicitur facere causa, & intuitu alimentorum, Bart. per illum tex. in l. cũ hi. §. si in annos, de transact. & in l. stychum. §. 1. de verb. oblig. Deci. in d. Authen. Præterea, num. 5. Soci. in alleg. conf. 121. num. 28. Tiraq. in tract. de iur. primogen. q. 75. nu. 2. concludens in proposito nostro, quòd primogenitus debet alere ceteros fratres, nisi ipsi habeant vnde se alant.

5 Tertiò, ex alio suadetur, † quòd beneficium d. Authen. sit subsidiarijssimum: nã, & si alias competat mulieri habenti paruam dotem ex communi, quicquid placuerit Socin. in præcit. conf. 121. ac sequacibus, si tamen sciat operari, & lucrari proprijs manibus, ita quòd ex dote, & eius operis se alimentare possit, priuatur dicto beneficio, vt ex intentione Butrig. affirmat Soci. in eodem conf. 121. nũ. 46. & hanc sententiam esse communiter receptã attestatur Pep. in d. Auth. nu. 83. & 86.

Quartò confirmatur, arguendo à præstatione alimentorum, quæ fit à coniugibus vicissim in vita, vt sicuti mulieri indotatę
6 maritus tenetur præstare† alimenta, nisi habeat aliũdè, vt quia deficiant pater, mater, & inde fratres, qui eam alant, Bart. in l. quod in vxorem, num. 1. C. de negot. gest. vbi citat d. Authen. Præterea, Alex. in l. si cum dotem. §. sin autem in seuissimo, nu. 7. solut. matrimon. Ita non teneatur in morte, nisi in defectum aliorum, & prout ita arguit Specu. in tit. qui filij sint legit. §. 1. nu. 40. vers. quid si mulier, in quo loco pariter d. Auth. ac Spec. refert, & sequitur Bart. in tract. de alimen. num. 49.

†Quin.

7 † Quintò confert, quòd ſicuti de dote, & legitima quærendum haud eſt, quando filij habeant aliundè ſe alant, vt tradit Couar. in epitome de ſponſal. in 2. par. c. 8. §. 6. nu. 5. verſ. ex hac. ſecũda principal. poſt Abba. in c. Raynu. nu. 12. de teſtam. Rol. à Vall. cõſ. 54. nu. 50. in. 2. in quibus locis concluditur, ſtatutũ poſſe in totum tollere legitimã filijs, quando habeant vnde ſe alant. Ita nec in caſu præſenti ſit curandũ de quarta, quæ videtur auferri, cũ aliundè habeat mulier hæc vnde viuere poſſit, abſque eo, ꝙ mẽdicare dicatur; ceſſanteq; cauſa finali legis, ceſſat diſpoſitio ipſius, vulg. l. adigere. §. quàmuis, de iur. patron. & l. vltim. vbi Bald. in princ. C. de iniur. & ceſſante cauſa actionis, remouetur ipſa actio, copiosè per Tiraquel. in tract. quòd ceſſante cauſa, in prima par. nu. 22.

Mendicitas autem, & indigentia prætenſa aufertur primò ex quantitate dotis, memorata in prin. quæ etiam, conſiderato tempore mortis mariti, ſecundùm opinionem Barb. in cõſ. 74. in 4. Vall. in cõſ. 15. per totum in primo, & Gargiar. accerrimi defenſoris huius cauſę pro aduerſa parte, in patroc. 98. eſt iudicanda congrua, & honeſta, præſuppoſita mediocri conditione dictorum iugalium, arguendo à fortiori, & multò magis ex regula, l. nõ debet, de regul. iur. & Auth. multò magis. C. de ſacroſanct. Eccleſ. nam aliàs mulieri habenti in dotem ſolùm lib. 300. fuit denegata dicta prouiſio, vt conſuluit Riminald. in conſ. 114. in princip.

Et altera mulier habens ſcutos 200. fuit excluſa ab eodem beneficio, vt tenuit Gabriel. in cõſ. 142. & in alio caſu Anchar. Regien. in ſuis fam. quæſt. q. 26. lib. 3. ac conſuluiſſet etiã forſan Barbat. contra mulierem in citat. conſ. 74. niſi dos in eo caſu fuiſſet tenuiſſima, videlicet lib. 50. quæ dos tenuis non impedit dictam diſpoſitionem, teſte Corn. in conſ. 249. nu. 3. in tertio, dicens non ſufficere, quòd ſit dos nõ magna, nec mediocris;
8 † ſed requiri, quòd ſit minima, perſæpè alleg. tex. §. quoniã verò, verſ. nouiſſima viuentes inopia, quæ verba denotant extremitatem quandam, vt declarat Prateius in Lexic. in verb. nouiſſima. Nec eſt conſiderandum, an dos prædicta ſufficiat ad

alimen-

9 alimenta,vel ne,†cum in partibus Lombardiæ,in quibus est situata nobilissima Ciuitas Bononiæ, ordinariè inter personas vilis,vel mediocris conditionis,paruæ dotes statuãtur;ex quarum fructibus mulier commodè viuere non potest; & tamen vxores nõ succedunt in dicta quarta de consuetudine generali dictarum partium,de qua in proposito attestatur Soci. in sæpè citat.cons.121.nu.46.in fine,& de qua attestatione est credendum tam Illustri,& famoso Iurisconsulto Goza.cons.59.num.18.Crau.cons.166.nu.9.& cons.325.nu.1.Vall.cons.87.num.12.in pri.& Noni.cons.48.nu.11.

Et quatenus sufficientia dotis deberet esse in consideratione,nec supppeteret ad alimenta ipsius,est sibi profectò succursum contra fratres diuites,qui tenentur ad supplementum alimentorũ, Bart.in l.cũ vnus.§.alimentis,nu.3.de alim.& cibar. legat.Soc.cons.100.nu.11.in 3.vbi loquitur in terminis statuti prohibẽtis filiã dotatã debere succedere,& Crau.cõs.216.n.4.

10 Quinimmò, & fortiùs † tenerentur ad supplementum congruæ dotis,quatenus illa iam constituta à patre fuisset inhonesta,vt post multos relatos, respondet Monterent. in commentar.ad Statuta Bononię sub Rubr.de success.liber.patr.vel matr.deficient.in Glo.contentæ, ac referendo approbat infinitas alias auctoritates in proposito adducens Menoch.in cõs. 251. nu.1.& 2.in 3.Si enim filiæ inopi est succursum cogendo patrẽ diuitem ad præstationem alimentorum in terminis d.Auth.vt concludunt ibi,Alex.nu.10.Corn.29.Deci.19. vbi de communi licet contrarium sentire videatur,ac Gabriel.d. consil.142. nu.30.vbi pariter de communi attestatur,cur non erit succursum cogendo fratres diuites,qui iure sanguinis,sicut pater, tenentur ad alendum sorores?l.1.§.nonnullos, de tutel. & ratio distrah.glo.in l.cum plures.§.cum tutor,vbi Bart.de administ. tut.Boer.decis.129.nu.7.& est communis opinio,vt post alios testatur Ant.de Cordu.in l.si quis à liberis.§.item rescriptum, nu.92.de liber.agnosc.& Ant.de Padil.in Authẽ.res quę,num. 62.C.commu.de legat. etiam sorores vterinas, quæ retinent iura cognationis, vt per eundem Cordu.in d.§.item rescriptũ,

nu.87.

nu.87.& 88. ex quo ordo præstandi alimenta datur de vno in alium. Primo.n.in patrem,si diues est,d.l. si quis à liberis, & l. fin.C.de dot.promiss.& ob patris pauperratem. Secundo loco in matrem,dd.Iuri.Tertio loco in fratrem, per ea, quæ supra diximus,& sentit Bart.in cit. Auth.res quæ,nu.4.Vltimò verò loco ad extraneos hæredes, qui non sunt sanguine coniuncti, Bart.in d.§.item rescriptum;vbi vult,quòd ratio egestatis,quę est causa,vt quis possit petere aliméta ab hæredibus extraneis filij,cessat in eo,qui habet fratrem diuitem; & sequitur ibidem Cordu.nu.7.ac sentit Soci.nepos in cons.134. nu.33.in pri. & inter quos extraneos connumeratur maritus,per doctri.pręalleg.Bart.in l.quod in vxorem. Licet enim in aliquibus posset coniecturari dissimilitudo inter obligationem patris, & fratris,satis est,quòd in hoc sit similitudo ex identitate rationis, tum sanguinis,tum diuitiarum,quæ faciunt cessare inopiam filiæ,& sororis;& firmatum in vno,debet etiam firmari in alio, vt per Euerard.in loco à simili,f.43.& in puncto, in præstatione alimentorum,patrem,& fratrem æquiparat Soci.in cit.cõs.
11 30.num.8.vers.confirmatur.†Militanteq; eadem ratione, nõ dicitur fieri extésio de persona ad personã;sed comprehésio,l. nominis,& rei.§.verbũ ex legibus,de verb.signif.Bal.inl.quod verò,nu.3.vers.item quia,de leg.& egregiè Alciat. in d.§.verbũ,nu.2.vbi inquit,ꝙ mens est certa, cum vel in lege exprimitur, vel vnica tantùm ratio reddi põt,vt contingit in casu isto.

Et corroboratur opinio hæc per pulchram doct. Cephal.in cons.671.nu.20. vers. postremò stante,in 5.vbi consuluit dotem,etsi paruam illius mulieris,vnà cum alimentis sibi pręstandis à fratre impedire successionem in dicta quarta;nec refert, quòd alimenta illa fuerint relicta à patre in testamento, militante eadem ratione, si intestatus decessisset, quoniam frater supplere tenebatur,vt supra dicebamus.

12 †Eamq; vltimò diffinit auctoritas multorũ,qui in specie scripserunt consulendo ob diuitias fratris, cessare beneficiũ dictæ quartæ;ita Rolan.cons.14.nu.19.& 53. in pri. vbi inquit hanc conclusionem esse claram, Decian. cons. 70.in 2.& cui magis cre-

credendũ,cũ id repetierit in cõſ.111.in 3.Gabriel.d. cõſ.142. nu.20.& Ioſeph Ludoui.in ſuis cõmun. cõcluſ. q.35.limit.2.& quę auctoritates,cũ non habeãt cõtradictorẽ, nefas eſſet ab eis recedere,vt in ſimili ꝓpoſito dixit Burſat.cõſ.152.nu.81.in 2.

Sumpſimusq; defenſionem huius opinionis negatiuę vti benignioris,iuxta l.ſemper in dubijs,de reg.iur.cum reducat nos ad ius commune antiquum,ſecundùm quòd vxor excluditur à ſucceſſione mariti exiſtentibus agnatis,& cognatis vſq; ad decimum gradum,vt habetur in l.1.vnd.vir, & vxor. & in l.1.C. eo.tit. & huiuſmodi hæredes Proſperi nepotes ex ſorore( vt fertur ) ſibi in 3.gradu exiſtunt,§.tertio gradu , Inſtit. de grad. cognat.ſecundumq; communem regulam,vnaquæq; res de facilè reuertitur ad naturam ſuam,l.ſi vnus.§. pactus ne peteret, vbi latè Iaſ.de pact.deducens,gloſ.reputatam ſingularem in c. ſtatutum,in verb.numerandum,de prębend.in 6. quę inquit in dubio amplectendam eſſe ſemper illam opinionem,quæ reducit ad ius antiquum,& ſequitur Neuiz.in conſ.69.nu.8.

Prout amplectenda eſt quoque ea opinio,quę fauet retẽtioni,l.fin.de legi.& l.1.§.nũciatio.verſ.iuris noſtri , de nou.oper. nunc.cum alijs allegat.per Crau.in conſ.831.nu.5.

In hocq; caſu concurrit retentio ex parte hęredum, ablatio autem,ſiue reuocatio quartę ex parte mulieris , fauorabiliorq; reputauit in re ambigua potius cauſa rei,quàm actoris,l.Arianus de actio.& oblig.& l.fauorabiliores , de reg.iur.cum alijs.

Sicuti etiam reputatur potentiùs , & fortiùs ius commune, quàm ſpeciale, l. eius militis.§.militia miſſus,de milit.teſtam. ergo attenden.& pręferen.l. quęritur. de ſtat.homi. Crau.poſt
13 alios per eum citat.in propoſito,conſ.722.nu.5.& 6.† & frater tenetur alimentare ſororem inopem de iure communi,vel ſupplere id,quod ſibi deeſt. Quarta autem debetur loco alimẽtorum ex priuilegio,& clementia Principis,&c. Qui etiam in dubio cenſendum eſt,quòd voluerit prouidere in caſu magis neceſſariò,iux.l.in his,§.ſed ſi fortè de ſolut.& egregiè per Crau. in conſ.135.num.34.& conſ.149.num.12.& grauare hæredes defuncti mariti,minùs quàm poſſibile fuerit ex pręſumpta volunta-

luntate ipsius, l. vnum ex familia. §. si rem, de leg. & l. si ita scriptum, de leg. 1. cum concordant.

Firmata itaque tot solidissimis rationibus, & auctoritatibus, hac sententia pro hæredibus conuentis superest solùm, vt euitemus quædam fundamenta sibi aduersantia.

Non obstat igitur primùm, quòd in casu indigentiæ superstitis coniugis, Iustinianus simpliciter non respexerit ad aliméta ei præstanda ab alijs, ex quo in terminis d. Auth. Prætereà, mater inops erat alenda à filijs communibus, & nihilominus fuit prouisum de quarta, ne mendicare cogatur.

Nã respondetur ex intétione Soc. in d. cõs. 30. nu. 8. Corn. in d. Auth. Præterea, sub nu. 27. & cõs. 4. nu. 5. in 4. duplici modo.

Primò, quòd ius quartæ à morte coniugis statim, ipso iure, & absque aditione aliqua hæreditatis, fuit acquisitum vxori; & ideò non mirùm, si non fuerunt in consideratione aliméta prestanda à filijs nondum hæredibus, & qui forsan abstinere potuissent: qualitasq; diuitiarũ excludens vxorẽ à beneficio quartæ, debet adesse tẽpore, quo defertur ipsa portio, l. 1. §. proximus, vnd. cognat. Deci. in cons. 5. nu. 4. & cons. 24. num. 3.

Secundò non esse curandum hoc casu, quòd teneantur ad quartam respectu vsusfructus, quia hoc est in recompensationem alimentorum, quæ ipsi præstare deberent matri, & quæ in vsufructu comprehenduntur, secundùm Capr. in consil. 154. nu. 12. & hæc ratio cessat quando vxor habet patrẽ, vel fratres diuites; nã cũ ab eis possit, & debeat alimentari, ac cõsequẽter habeat aliundè alimenta tẽpore mortis coniugis, non est, cur fiat talis compensatio, & hæredes teneantur ad dictã quartã.

Secundùm etiam argumentum, quòd diuitiæ propriæ mulieris faciant cessare inopiam, ac successiuè beneficiũ d. Authẽ. ad Bal. cons. 30. nu. 1. in 2. & Crau. cõs. 199. nu. 6. vers. 4. adduco, fatemur esse verum; sed dicimus diuitias quoque patris, & fratrum illud impedire, per ea, quæ copiosè superiùs deduximus; nec id negant Bal. Crau. & cæteri ad propositum allegati, eritq; in effectu mulier inops, quæ non habeat de proprio, vel patrem, aut fratres diuites.

Non

Non resistit pariter tertium de legato facto vxori per maritum, vt non operetur exclusionem, & si sufficeret ad alimenta; sed debeat suppleri vsque ad quartam: nam respondent optimè Riminal. cons. 114. Cephal. cons. 244. & Decian. cons. 70. præallegat. & vlterius dicitur, quòd & si illud legatum non excludat, imputatur tamen in quartam, quæ succedit loco alimentorum; & de quibus, quando aliundè sit prouisum mulieri, cessat dicta quarta sic nominata specialiter, quando venit præstanda ab hæredibus coniugis defuncti, & prout hanc specialitatem considerauit Socin. in d. cons. 30. num. 8. Qui etiam in citat. cons. 108. num. 6. dixit, hanc dispositionem esse fundatam in mera voluntate Imperatoris, cui placuit portionem prædictam esse debitam vxori in bonis mariti defuncti integraliter, si aliundè non habeat vnde viuat; & quę dispositio cū sit noua, & exorbitans, debet strictè intelligi iuxta terminos suos, vt inquit ibidē Soc. ac placuit Cephal. in d. cōs. 671. n. 34.

Quartum, quòd fuerit in electione mulieris, an velit quartam petere ab hęredibus, aut alimenta à fratribus, cum vtrunque remedium fuerit subsidiarium, declinatur, & tollitur: quoniam, vt superius dicebamus, remedium hoc est subordinatum, & subsidiarijssimum, nec datur, vbi competit aliud remedium quantumcunque subsidiarium, auctoritate Socin. in pręcitato cons. 108. num. 8. vbi loquitur de querela inofficiosæ donationis, & in proposito mariti inopis habētis fratrem germanum diuitem à quo debet ali, inquit Gabr. cons. 25. nu. 17. & 18. quòd requiritur antea excussio.

Electioq; datur, quando duo remedia vni competunt ęquè principaliter, non autem subordinatè, & ad idem secus si ad diuersa; vt plenè not. per Ias. & alios in l. in prouinciali. §. 1. de nou. oper. nunciat. cum cæteris deductis seriosius per DD. Consulentes, in quorum sententiam vti iuridicam, ex supra deductis residemus; saluo semper saniori, & meliori iudicio. Ad laudem Dei, &c.

*Rotæ Florentinæ.*

# CONSILIVM TERTIVM.

## SVMMARIVM.

1 Vlier, *quæ habuit congruam dotem tempore matrimonij, excluditur à remedio Auth. nostræ.*

2 *Mulier, quæ cum dote, & laboribus suis potest viuere, non dicitur in ea paupertate esse, vt sit locus Authen. nostræ.*

3 *Qui allegat paupertatem, illam probare debet, & qualitates legis in quibus se fundat.*

4 *Tempus mortis mariti considerandum in illa muliere, quæ à principio nullam, vel minimam dotem habuit, secus si congruam.*

*Adsit Omnipotens Deus.*

Catherina Lucatella vidua nupsit secundo Prospero Furnario anno 1567. cum dote librarum 1350. quæ conficiunt scut. auri 340. Prosper obijt sine filijs ab intestato, cum facultatibus ascendentibus ad valorẽ scut. decem millium. Quæritur, an sit locus dispositioni Auth. Præterea, vt vxori tanquàm inopi debeatur quarta ex dispositione d. Auth. Præterea, C. vnde vir, & vxor.

Puto debere hæredes Prosperi absolui, quia duo copulatiuè requiruntur cum maritus moritur locuplex, ad effectũ, vt vxor possit consequi quartam, nempè, vt defunctus tempore quo illam vxorem duxit, acceperit sine dote, tex. est clarus in §. quo-
1 niam verò, in Auth. de exhibend. reis, idcirco † si mulier dotẽ habuit, vt præsupponitur, quæ tempore contracti matrimonij erat congrua, considerata qualitate viri, & facultatibus, iux. l. quæro, de iur. dot. non est dubium, quòd mulier excluditur, quàmuis tempore mortis non sit congrua, neq; eius fructibus ali possit, quia non potest dici fuisse ductam illam sine dote, cũ dotem maritus habuerit congruam, veluti not. Socin. cons. 30.

nu. 10. vol.4. & declaraui conſ.142.col.2.& 4.lib.1.ad quod conſ.quia videri poteſt,breuitatis cauſa me remitto,cuius ſententiæ fuit etiam Alciat.conſ.18.lib.9.tom.3.nu.22. & 27.

Immò etiam ſi dos tempore contracti matrimonij non fuerit congrua,ſed aliquanto minor excluditur vxor, dummodò non fuerit parua in notabili quantitate, quia hoc tantùm caſu procedit communis opinio exiſtimantium,d.Auth.procedere etiã in ea,quæ habuit paruã dotẽ, quos congerit Rol.conſ.14. nu.29.lib.4.vt not.Soc.d.cõſ.30.nu.14.& declarauit,& probauit Rot.Rom. in deciſione,cuius copia miſſa Bonon.eſt,in qua qui a auctoritates adductæ sũt,nõ oportet aliàs à me auctoritates adduci;cũ igitur in hac ſpecie probatũ ſit dotẽ Catherinæ, quã dedit Proſpero tẽpore cõtracti matrimonij fuiſſe cõgruã, & ſine dubio non fuiſſe paruã in quantitate conſiderabili,nihil oportet de eo diſſerere, an appareat ipsã tẽpore ſoluti matrimonij fuiſſe inopẽ; quia etiã ſi probata eſſet talis paupertas,vt etiã cõſideratis operis ipſius mulieris,redditus omniũ bonorũ ſuorũ ad eius alimenta nõ ſufficerent,tamen remaneret excluſa,quoniam non ſufficit paupertas tempore mortis, niſi etiam illud concurrat,vt vel dotem maritus non acceperit, vel admodum paruam,vt ſupra diximus,& latiſſimè probaui d.conſ. 142.col.3.præſertim nu.13.poſt Fabi.nu.8.& Rimin. col.3.in dicta Auth.Præterea,cum igitur certum ſit dotem fuiſſe congruam,vel certè talem,quæ à congrua parum abeſſet, ſequitur vr hoc tantùm ſufficiat ad excluſionem Catherinę,l.ſi quis ita, de verb.oblig.l.ſi hæredi plures,de cond.inſtit.

2 Et eo magis ita concludendum eſt,† quia Catherina eãdem hodie dotem ſaluam habet,& operari ſolita eſt, & poteſt, ità vt attẽta qualitate perſonæ arbitrari Iudex debeat deeſſe hoc caſu etiam alterum requiſitum,quòd ſcilicet non ſit hodie mulier in ea paupertate,quæ requiritur ex not.à Iaſ.in l.ſi conſtãte,ff.ſol.matr.nu.147.Dec.conſ.163.nu.6. Menoch. de arbitr. iud.lib.2.cent.1.caſ.65.cum alijs à me adductis d. conſil.142. col.pen.quòd illa etiam ratione concludendum eſt,quia diſpoſitio d.Authẽ.Præterea eſt exorbitans,& contra regulas iuris, quòd

quòd præcedebat,& strictè interpretanda, vt not. communiter Doct. in d. Auth. Prȩterea,& Soc. consſ. 121. nu. 41. lib. 4. Ideoq;
3 cum omninò † ipsa mulier teneatur probare paupertatem, tùm quia in ea se fundat, l. ei qui, de probat. l. actor. C. eod. titu. tùm quia qualitates à lege requisitas, illũ probare oportet, qui eius beneficio vti vult, l. 1. §. docere, vbi Bart. ff. vi bon. rapt. & in l. 4. §. Prætor ait, de damn. infect. Paris. cons. 62. num. 39. lib. 4. & probatio dubia non suffragetur, c. in præsentia, de probat. debent hȩredes Prosperi absolui, quia ex actis probatorijs, & dictis testium non potest dici de paupertate necessaria constare, tametsi, vt supra conclusimus, sufficit ad vxoris exclusionem euidenter apparere maritum tempore matrimonij habuisse dotem congruam.

Non obstat, quòd ratio finalis d. Authen. fuit, vt prouideretur inopiæ vxoris, in qua reperiretur tempore mortis mariti;
4 † quia est restricta ad eas; quæ vel sine dote, vel cum dote admodum parua nupserunt; his enim tãtùm Imperator prouidere voluit, siquidem minor ratio est in ea, quæ cum dote congrua, vel paulò minore nupsit; cum enim ante dispositionem d. Authen. vxor marito in nulla parte succederet existentibus prioribus in gradu successionis, non est mirum si hoc priuilegium, ac beneficium datum est mulieribus, tunc tantùm, quando sine dote, vel cum parua dote nupserunt, aliàs non oportuisset Imperatorem meminisse dotis; cuius tamen mentio fuit ab eo sȩpius repetita, quæ repetitio manifestè ostendit exitum voluntatem in hunc tantùm casum vxori prouidendi, ad not. per Dec. cons. 23. nu. 4. & copiosè scripsi d. cons. 142. col. 1. & 2.

Non obstat, quòd tempus mortis spectetur ad dignoscẽdũ, an vxor sit inops, quia hoc fit si in matrimonium recepta sit sine dote, vel cum parua dote, non aliter, vt dictum fuit, & declarat etiam Alciat. d. cons. 18. num. 22. & 27. Idcircò si nupta sine dote superuenientibus diuitijs, dotem postea det marito, hoc etiam casu ad dignoscendum vtrum sit pauper, quàmuis d. dotem habeat spectatur tempus mortis, quia hoc casu si ꝓbetur inopia tẽpore mortis mariti, nõ obstãte illa dote, vtrũq;

requisitum concurrit, & cõsequenter nihil obstãt rationes adductæ per Rol.cons.15.vol.4.à nu.4. vsq; ad 20.

Nullius momenti est, quòd idem Rolã. adducit num.21.ex cons.Barb.74.col.3.lib.4.vt declaraui d.cons.142. nu.13.

Non obstat, quòd in successionibus spectetur tempus mortis eius, cui succeditur, vt idem Rol.argumẽtatur nu.22. quia hoc verum est: sed oportet eum, qui succedere vult, habere eo tẽpore qualitates à lege requisitas, & consequenter, vt matrimoniũ contraxerit sine dote, vel cum dote parua, vt sæpius dictũ est. Auctoritates, quibus idem Rol.mouetur d.cõs.15.colum.6.in princ.sunt parui momenti, & ex pręmissis, & not.à Soc.d.cons. 30.& scriptis à me d.cons.142.& Alciat.d.cons.18.lib.9.facilè percipitur admodum parui momenti esse omnia illa, quæ pro opinione contraria scripsit Rolã.d.cons.15.& opinionem quam sequor esse non solùm verissimam, sed etiam magis cõmunem, neq; de ea dubitare potest, stante decisione Rotę Rom. quæ in eo casu consilium meum 142. approbauit, & contra vxorem pronunciauit, nihil enim interest, quòd plura concurrerent eo casu contra vxorem, quàm concurrant in hac specie contra D.Catherinam, quia principales Rotæ rationes, & quæ supra scripta sunt, optimè persuadent, etiam in hac specie esse iudicandum contra D.Catherinam, debereq; hæredes Prosperi absolui à petitis, eidemq; D. Catherinæ perpetuum silentium imponi, &c.

*Hieron. Gabriel.*

# CONSILIVM QVARTVM.

## *SVMMARIVM.*

1 SPECIES *facti cũ quæstionibus collectis, vsq; ad nu.2.*

2 *An modica dos excludat beneficium Auth. Præterea, C.vnd. vir. & vxor.*

3 *Modica dos non excludit beneficium d. Auth. secundũ magis communem.*

4 Ra-

4 *Ratio ob quam fuit statutum, vt mulier indotata succedat in quarta, militat etiam in parua dote.*

5 *Parum, & nihil in iure æquiparantur.*

6 *Argumentum ab absurdo euitando validum.*

7 *Communis opinio est sequenda, quando non aduersatur iuribus, & est vera, secus si non est vera.*

8 *Melius non ex multitudine authorum, sed ex rationibus iudicādū.*

9 *Mulierem parua dote dotatam excludi debere à beneficio Auth. nostræ, multis rationibus probatur.*

10 *Quando lex loquitur cum aliqua qualitate, qui nititur ex ea lege, eam qualitatem probare debet.*

11 *Verba sæpius repetita augent sensum.*

12 *Legi determinatè loquenti est inhærendum, & vltra terminos legis non possumus vagari, nec ei aliquid addere.*

13 *Sensus qui magis quadrat verbis legis amplectendus.*

14 *Lex præcisè loquens, non extenditur, vt quis lucrum etiam iustæ consequatur.*

15 *Ratio damni patiendi, & lucri amittendi, non est par.*

16 *In lege clara non est quærendum de ratione, cum sufficiat sic placuisse legislatori.*

17 *Lex per rationem extenditur, quomodo intelligatur pulchrè, quia aliquando ratio disponit legem, & aliquando lex rationē, et 30.*

18 *Legem sufficit in multis esse rationabilem, quàmuis in singulis non æque sit rationabilis.*

19 *Faciens aliquem actum, intelligitur se submittere legi loquenti de illo actu.*

20 *Durum est, quòd mulier dotata succedat marito in quartam contra eius intentionem.*

21 *Sola inopia vxoris non est in causa, quòd vxor succedat marito in quarta; sed requiritur quòd etiam, quod per solum affectum maritalem fuerit vxor, & 28.*

22 *Lex intelligenda, voluisse prouidere in casu magis necessario.*

23 *Lex noua non extenditur ad nouos casus contra ius commune, etiā si vigeat æquitas. 24. latè.*

24 *Extensio habet locum, si sit eadem ratio, vel maior, secus si minor.*

& remedium Auth. est magis subsidiarium.

47 Mulier excludi debet ab hac quarta, etiam si non sit diues, dummodo non laboret inopia.

48 Inter patrem diuitem, & fratres diuites, quo ad materiam nostrã non est differentia.

49 Alimenta debentur filijs iure natura, & quarta ex Auth. Praeterea debetur iure positiuo.

50 Quarta ex Auth. nostra, debetur iure actionis, & tamen est magis extraordinaria, quàm alimenta, quæ debentur iudicis officio.

51 Officiũ iudicis non præsupponit obligationẽ, quomodo intelligatur.

52 Fratres diuites, siue sint hæredes patris, siue non, tenentur alere sororem pauperem.

53 Debitor potest in fraudem creditorum non acquirere, licet non possit alienare.

54 Vxor, quæ petit quartam ab hæredibus primi mariti, initi debet ex inopia illius temporis, quo primum matrimonium fuit dissolutũ.

55 Inopia vxoris relictæ, non lædit honorem primi mariti, sed vltimi præmortui.

56 Mulier secundo nubens, videtur posse petere quartam in bonis primi mariti diuitis.

57 Qui potest facere, vt non sit pauper, & non facit, non censetur pauper.

58 Qui dolo malo incidit in paupertatem, non gaudet beneficio paupertatis.

59 Quis potest non acquirere, sed si non acquirit, vt ex hoc, habeat beneficium contra alterum, hoc non videtur permissum.

60 Vnusquisq; potest sibi prodesse, dummodo alteri non noceat.

61 Quando moritur primus maritus, vxori inopi defertur quarta, quod ius non extinguitur, licet mulier transeat ad secũda vota.

62 Statutum excludens filiam dotatam, habet locum, si sit dotata tempore mortis patris, secus si postea dotetur.

63 Cessante causa, non cessat effectus in esse productus, & consumatus.

64 Mulier secundo nubens amittit dignitatem primi mariti, sed non amittit ius ad quartam, ex Auth. Praeterea.

65 Dictio Propterea, denotat causam finalem.

66 An dos debeat esse congrua tempore contracti matrimonij, an tempore mortis mariti? latè cùm multis sequentibus.
67 Verbum inueniatur, significat quandam inuestigationem.
68 Qualitas inopiæ, non qualitas dotationis, videtur haberi in consideratione in materia nostra.
69 Tempus mortis patris spectatur ad considerandum, an filia sit congruè dotata, vt excludatur à statuto.
70 Auctis dignitatibus mariti, debēt augeri alimēta, et vestitus vxoris.
71 Verba, §. quoniam verò, in Auth. de exhib. reis, videntur probare de dote temporis contracti matrimonij.
72 Quod de vno dicitur, de altero negatur.
73 Qualitas dotationis adiecta verbo acceperit, secundum tempus verbi est intelligenda.
74 An sufficiat, quòd mulier laboret inopia, an verò etiam requiratur, quòd non habeat dotem, & nu. 76.
75 Doctrina eorum, qui dicunt, tempus mortis mariti spectari oportere ad cognoscendum an mulier sit inops, quomodo intelligatur?
76 Quando dos à principio fuit congrua, nihil refert, si postea nō sufficiat ad alimenta, secundum aliquos, & videtur communis.
77 Barbatia reprehenditur, quòd non rectè intellexerit text. §. Quoniam verò.
78 Diuersa ratio inter quartam, quæ habetur ex Auth. nostra, & dotē, & legitimam, quæ debetur à patre filiabus, nimirum si diuersis temporibus considerantur.
79 Mulier quæ non est inops, licet non fuerit dotata, tamen non habet beneficium Auth. nostræ.
80 An nobilitas, quæ superuenit in muliere post contractum matrimonium, ob virtutem, & gradus fratrum sit in consideratione circa incongruitatem dotis? latè.
81 Mulier ab initio congruè dotata, ob nobilitatem in fratribus obuētam, non habet beneficium Auth. nostræ.
82 Nobilitas agnatorum, non tribuit alicui honorem in præiudicium alterius.
83 Nobilitas non transit in collaterales, sed in posteros.
84 Nobilis dici non potest, qui artem vilem exercet.

85 *Nobilitas saltem à virtute proficiscens dicitur personalis, & ideò personam non egreditur.*

86 *Congruitas dotis non consideratur, quò ad nobilitatem collateraliū, quæ erat tempore contracti matrimonij, sed vt ibi.*

## *Facti species.*

1 Mensibus elapsis † in ciuitate Bonon. naturaliter decessit Prosper de Ferrariensibus Furnarius, qui prius artem Cerdonis, tanquàm garzionus exercuerat; relictis Domino Ioseph eius nepote ex sorore, pro dimidia hęrede vniuersali ab intestato, & DD. Ludouica, & Faustina similiter neptibus ex altera sorore, pro alia dimidia hæredibus vniuersalibus ab intestato, qui omnes adiuerūt hæreditatem, & existētibus ipsis hæredibus in pacifica possessione bonorum insurrexit vxor d.q. Prosperi ex secundo matrimonio, dicens se inopem, & indotatam, & virum decessisse absq; liberis, relicto amplo patrimonio librarum quadraginta millium Bononiensium, & petijt sibi dari quartam secundùm terminos, Auth. Præterea, C. vnde vir, & vxor.

Negauerunt hæredes locum esse ex aduerso petitis, & concurrere in casu, de quo agitur, talia, ex quibus possit esse locus dispositioni, d. Auth. Præterea.

Et primo negarunt Catherinam inopem, & indotatam, cū primo constat anno 1567. & assignatam fuisse dotem librarū mille tercentarum quinquaginta Bononiensium, quæ apparet fuisse sufficientissima, & valdè congrua, cum ipsa actrix nata sit ex patre, qui personaliter exercebat artem.

Et qui primo loco anno 1540. eam in matrimonio collocauit Ioanni Moneria Furnario, cum dote libr. 450. vt constat ex instrumento ab aduersaria producto, & dicto Furnario defuncto, postquàm in eo matrimonio cohabitarunt per spaciū annorum 57. eadē aduersaria secundo loco nupsit anno 1567. dicto Prospero etiam Furnario, & exercēte artem Furnarij in

Furno

Furno Abbatiæ S.Stephani in ciuitate Bononiæ,cum dicta dote librarum 1350.& cum ipsa sit apta operari,quæ etiam consueuit in vtroq; matrimonio operas suas impendere cũ vtroq; viro,vendendo panem publicè, & in Apothecis Furnorũ prędictorum omnibus emere volentibus, & alia opera manualia muliebria in domo faciendo:& postquàm Prosper cessauit ob infirmitatem exercere Furnum, ipsa consueuit accipere sericũ à Mercatoribus,& vt vulgò dicitur ad incãnare; & quod eadẽ habet etiam fratres exercẽtes artẽ Nùmulariæ, quibus casibus ipsi hæredes negarunt eam admitti posse ad beneficiũ Authẽ. Præterea,& sibi incumbentia verificarunt per probationẽ plurium testium productionem instrumẽtorum dotalium, & mediante confessione ipsius Catherinæ.

Dubia in hac causa plura dantur, &

Primum, an modica dos obsit quominus competat beneficium Auth. Præterea,C.vnde vir,& vxor.

Secundum dubium,an dicatur dos parua,& modica, quãdo dotis fructus non sufficiunt ad alimenta vxoris.

Tertium dubium,an extãtibus fratribus diuitibus, à quibus D.Catherina actrix ali commodè potest, liceat eidem intentare remedium d.Auth. contra hæredes mariti locupletis, an verò,quia dotata fuit à patre,non possit amplius ad fratres recurrere pro alimentis.

Quartum dubium,an obsit prædictę D.Catherinæ,quòd dicatur quartã partẽ bonorũ non petierit in bonis primi mariti.

Quintum dubium,an sufficiat dotẽ esse congruã tẽpore contracti matrimonij, ad hoc ne locus non sit d. Auth.Præterea.

Sextum dubium,an nobilitas,quæ superuenit in familia, & agnatione D.Catherinæ ob singulares virtutes multorum insignium virorum,post contractum matrimonium, & dotem receptam,sit considerabilis in materia congruitatis, vel incongruitatis ipsius dotis.

Septimum dubium,an eidem D. Catherinæ prosit ad dotẽ minus congruam habuisse, etiam ante contractum matrimonium fratres patrueles doctores insignes.

IESV CHRISTO *auctore*.

2 PRIMA mouetur dubitatio, † an modica dos excludat beneficium Auth. Præterea, C. vnde vir, & vxor.

Et quidem ex aduerſo dicitur, quòd non excludit, quia illa conſtitutio, quæ ſumitur ex §. quoniam verò, in Authen. de exhib. & introd. reis, & ex §. quia verò, vt lic. matri, & auiæ, habet locum non ſolùm quando mulier eſt prorſus indotata,
3 † ſed etiam quandò modicam dotem habet, vt tradunt Doct. in d. Auth. Præterea, qui profitentur hanc eſſe communẽ opinionem, & maximè Dec. num. 3. in verſ. ſed quod dicitur, & Curt. Iun. nu. 7. in verſic. circa iſtud, & Fabia. de Pep. nu. 10. cum ſeq. Rol. in conſ. 14. nu. 20. & infra, lib. 3. quam etiam communem eſſe ſenſit Hieronymus Gabriel. in conſ. 142. & Decia. in conſ. 70. lib. 2. quod eſt repetitum in conſ. 111. lib. 3. & ita dicitur fuiſſe iudicatum à Rota Bono. in cauſa de Turri.

4 Et hæc ſententia probatur primo, † quia ſubeſt eadem ratio æquitatis, ne coniux ſuperſtes laboret inopia, & mendicare cogatur in opprobrium viri, quæ fuit ratio illius conſtitutionis, vt ex prædictis iuribus colligitur, & æquitas in paribus cauſis paria iura deſiderat, l. vlt. in fi. C. ad leg. falc. & c. 1. de allod. in vſib. feud.

5 Secundò, quia † parum, & nihil æquiparantur, l. quamuis, de cond. & demonſt.

Tertiò, quia ſi modica dos excluderet beneficium illius cō-
6 ſtitutionis, † ſequeretur abſurdū, quòd mulier dotata vno nūmo poſſet excludi; quam tamen magnum legatum non repellit, quia illud debet in quartam imputari, vt in prædictis iuribus continetur, & iſtæ fuerunt rationes Bald. Salyc. & aliorum in d. Auth. Præterea.

Ego verò non inficior hāc eſſe communem opinionem; ſed dico eam veram non eſſe. Tunc autem communis opinio ſequenda eſt, quando eſt vera. §. 1. de ſumm. Trinit. lib. 6. in illis
7 verbis, communis, & vera ſententia. † Siquidem iuris interpretum tunc tenet ſentẽtia, cum minimè aduerſatur principalibus

con-

8 constitutionibus.§.nullaq́; in Auth.de Iustin.Cod.cõfir.†Neq; enim ex multitudine Authorum, quod melius, & æquius est iudicare oportet,cum possit vnius forsitan, & deterioris sententia,& plures,& maiores aliqua in parte superare, vt Iustinia.Imper.inquit in l.1.§.sed neq; de vete.iure enucl.quẽ text. plures Doct.adnotarunt,quos nominatim refert Tiraq.de leg. connub.lege 11.nu.3.cui etiam congruit, quod scribit Socrates apud Platonem in Lachete,vel de fortitudine col.4. ad fi. sententia non multitudine iudicare oportere, quod rectè est iudicandum,& ei credendum esse, qui peritus in ea re sit, sententia cæterorum posthabita. Vnde etiam videmus in dies multas communes opiniones esse mutatas, & in posterum mutari posse non est ambigendum. Hieronymus Gabr. in cons. 123.num.3. Decia.in cons.31. nu.116.lib.1. & in cons.44.nu. 6.lib.3.Rimi.iun.in cons.311.nu.15.

9 Quare,†quòd modica etiam dos excludat vxorem superstitem à successione quartæ portionis,considero in primis tex.in d.§.quoniam verò,in Auth.de exhib.& introd.reis,qui sanè loquitur præcisè de mulieribus indotatis: idq́; colligitur primo ex illis verbis, videmus autem quosdam cohærentes mulieribus indotatis,& illa propositio in,intelligitur negatiuè, l.si filio,& l.si cum dotem.§.transgrediamur.ff. sol.matri. l.vlt.§.1. ad fi. ff. quæ in fraud. cred. atq; ita intelligitur de mulieribus non dotatis.

Secundò hoc etiam colligitur ex illis verbis attamen, & quòd non sit facta neq; dos,neq; ante nuptialis donatio, atq; ita loquitur in eo casu,quo dos non fuit constituta.

Tertiò colligitur ex illis verbis,& sicut scripsimus legẽ volentem,si sine dote existentem vxorem vir dimiserit quartam partem eius substantiæ accipere eam, atq; ita deducitur argumentum ab ea vxore,quæ dotem non habet, quod esset infirmum,si traheretur ad eam vxorem,quæ habeat dotem constitutam;& illa dictio sine,omnem dotem prorsus excludit, arg. l.si eum,§.vlt.ff.si quis caut. & consequenter intelligitur etiam de dote exigua.

Quar-

Quarto hoc etiam colligitur ex illis verbis, vt ſicut læſas eas iuuamus, ſi fortè dimiſſæ fuerint à iuris indotatæ conſiſtẽtes,ita vel ſi perdurauerint ſemper cum eis, eadem fruantur prouidentia.

Quintò colligitur,quia ſubiungit etiam tex.in verſ. hęc autem,hæc autem dicimus ſi coniunctorum alter dotem,aut ante nuptialem donationem non faciens,inops aut vir, aut mulier inueniatur.

Ex his omnibus verbis ſæpius repetitis manifeſtè apparet, quòd illa conſtitutio loquitur pręcisè de mulieribus indotatis; ergo non habet locum in muliere dotata, quamuis dotem habeat exiguam.

Similiter etiam pondero tex.in §.quia verò,in Auth. vt lic. mat.& auiæ,qui etiam loquitur de vxore indotata;& hoc quidem primùm colligitur ex illis verbis, ſi quis vxorem aliquã ſine dotalibus acceperit cum affectu ſolùm nuptiali.

Secundò idem etiam colligitur ex illis verbis, ſi quis indotatam vxorem per affectum ſolùm acceperit.

Tertiò hoc idem colligitur ex illis verbis, ſi verò talis mulier,nam loquitur de muliere, quæ ſuperius fuit circunſcripta hac qualitate, vt ſit indotata.

Quod ſi vtraq; conſtitùtio ſemper loquitur de muliere indotata,nec ſit alia lex, quæ hoc beneficium quartæ portionis vxori ſuperſtiti deferat,certè ſequitur,quòd vxor dotata,quãuis habeat dotem exiguam,ad hoc beneficium nõ admittatur.

Vnde etiam Irnerius in d.Auth.Præterea, apertè loquitur, ſi matrimonium ſit abſq; dote.

10 Hanc verò conſequentiam probo primum, † quia quando lex loquitur cum aliqua qualitate,is qui nititur ex ea lege, debet probare illam qualitatem,c.1.de regular.l.1.§.quod autẽ, & ibi Bar. not. ne quid in flu.pub. idemq; Bart. per illum tex. adnotauit in l.Fulcinius,§.cum hoc,nu.1.ff.ex quibus cauſis in poſſ.ea.& in l.1.ff.de condic.ex lege;& ſimiliter qualitas, quæ eſt cauſa,cur aliquis audiatur,vel admittatur,debet probari,& qui non probat eam qualitatem,nihil probaſſe dicitur, quia lex

lex loquens cum aliqua qualitate, nunquàm habet locum, nisi in ijs, in quibus illa qualitas verificari possit, Ioann. And. & Dominic. in c. 1. de homicid. lib. 6. idem Dominic. in c. quãquàm, in princ. nu. 4. & Franc. nu. 1. de vsur. lib. 6. Alexã. in cons. 3. nu. 7. lib. 2. & alibi sæpissimè, Dec. in cons. 49. col. 2. versic. & cum statutum, & in cons. 222. nu. 2. Grat. in cons. 9. nu. 37. lib. 1. Alcia. in cons. 164. nu. 3. lib. 9. Natt. in cons. 648. Rol. Vall. in cõs. 10. nu. 22. & infra lib. 3. & in cons. 10. nu. 13. lib. 4.

Idq́; multò magis procedit, quando huiusmodi qualitas sæ-
11 pius est in lege repetita; † quia cum lex sit condita à perito Legislatore, non est credendum, quòd verba frustra fuerint adiecta; & inconsideratè repetita, l. 3. in princ. & ibi not. Ias. ff. de iureiurã. nam verborum multiplicatio auget sensum, l. si stipulatus, in prin. & ibi not. glo. 1. ff. de vsur. Alex. in cons. 91. num. 3. lib. 7. & verborum Inculcatio sordescit in Legislatore, si cum effectu non intelligantur, Angel. in cons. 53. ad fi. & ideò in dubium non potest refricari, quòd repetita prælectio probauit, l. vni. §. supradictis, vers. cũ nemini de emẽda, Cod. Dom. Iustin.

12 Secundo eandem consequentiam probo; quia † quando lex loquitur determinatè respectu personarum, vel casuum, non possumus vltra terminos vagari; sed necesse est in terminis subsistere; nam verbis legis contenti esse debemus, l. si seruus, §. non dixit prætor, de acqui. hæred. l. si verò, §. de viro. ff. sol. matrimon. Rapha. Cuma. in cons. 79. in fi. & ideò vbi lex loquitur determinato modo, non debemus aliud subaudire, quia eius est glossare, cuius est condere, l. vlt. C. de legib. quam ad hoc propositum citat Bal. in cons. 57. nu. 3. versic. Præterea, vbi lex loquitur lib. 5. & ideò lex, cuius prouidentia est limitata, suos terminos non egreditur, idem Bal. in cons. 261. in fin. lib. 3.

13 Tertiò confirmo, † quia illa interpretatio est eligenda, quæ magis quadrat verbis legum, l. 1. §. si is, qui nauem. ff. de exercito. actio. l. 3. §. hęc verba, ff. de nego. gest. l. 4. §. toties, de dam. infect. alioquin totũ ius nostrũ turbaretur sentẽtijs interpretũ, qui audacia quadã ducti, non tàm leges exponerẽt, quã ex suo capite nouas conderẽt, vt inquit Alcia. in cõs. 49. in prin. lib. 5.

Quar-

14 Quartò quando† lex loquitur pręcisè, & cum certa qualitate, non debet extendi per rationem ad hoc, vt quis lucrum cõsequatur. Nam lex generalis non restringitur per rationem, si quis indebitè damnum non patiatur, licet indebitè à lucro excludatur l. prospexit. ff. qui, & à quibus, quam Barto. sic intelligit in dicta l. non dubium, num. 9. C. de legib. & sequitur Bald. ibid. nu. 7. Imol. in l. si verò. §. de viro, nu. 10. ff. solut. matrim. & Corn. in cõs. 236. nu. 2. in fin. & 3. lib. 3. & in cõs. 53. n. 10. lib. 4. Ergò simili modo per contrarium lex specialis non debet extendi per rationem generalem, si quis indebitè damnum nõ patiatur, licet indebitè excludatur à lucro; quia contrariorum est eadem disciplina, & quod operatur propositum in proposito, idem operatur oppositum in opposito, l. si vt proponis, C. de nupt. l. vlt. §. vlt. de lega. 3. l. inter stipulantem, §. sacram, de verb. oblig. & quia iniuria nõ afficitur is, cui lucrum extorquetur, non autem damnum infligitur, l. qui autem. §. simili modo
15 dicimus, ff. quæ in fraud. cred.† Igitur mulier indotata, cũ deficiant verba legis, ad lucrum successionis non debet admitti. Neq; enim par eademq; ratio videtur damnum pati, & lucrũ amittere, l. vlti. ad fi. C. de codicil. & l. Proculus, de dam. infect.
16 Quintò vbi habemus legis decisionem claram,† nõ est quærendum de ratione, not. Bar. in l. Gallus, §. si eius, de liberis, & posth. & quando lex est cõdita ab Imperatore, & ratio non inuenitur, potest dici sic ei placuisse, idem Bart. in l. si quis mihi bona. §. iussum in princ. de acquirend. hæred. & in l. hæreditas, circa principium, nu. 1. in fin. ff. ad leg. Falc. & in l. in quantitate, §. magna, eod. tit. & tunc potissimùm habet locum, quòd dicitur non omnium, quæ à maioribus nostris sunt constituta, rationem reddi posse, l. non omnium, ff. de legib. Quare cum supradicta noua constitutio Imperatoris apertissimè loquatur de mulieribus indotatis, quàmuis certa ratio reddi nõ possit, ad mulieres dotatas, vt lucrum faciant, non debet extendi.
17 Sexto lex ipsa extenditur per rationẽ,† quando ratio dispo nit de lege: at quando lex ipsa disponit de ratione, tũc per rationem non debet extendi; sed ratio generalis debet potius ab

ipsa lege restringi: tũc autem lex intelligitur disponere de ratione, quando Legislator nouum ius constituit contra rationé iuris antiqui:nam tunc noua constitutio principaliter nititur auctoritate cõditoris,tametsi noua aliqua ratione adducatur, vt declarat Cor.in d.cons.53.nu.11.lib.4. Quare noua hæc cõstitutio,quæ loquitut de mulieribus indotatis,per rationé non debet extendi ad mulieres dotatas; quia licet eadem fortassis ratio inopiæ locum habeat,tamen in his deficit auctoritas conditoris,qui se restrinxit ad mulieres indotatas.

Septimò plerunq; cõtingit mulieres indotatas inopes esse, & omni præsidio destitutas,l.vltima, paulò post principiũ,C. de iure dot.vbi infelix dicitur mulier indotata,& ideò Imperator commiseratione motus eis duntaxat voluit subuenire,vt si aliundè non habeant aliquod subsidium alimentorũ,in quarta portione bonorum locupletis mariti defuncti succedant, vt in d.§.quoniam verò,in Auth.de exhib.& introd. reis, & §. quia verò,vt lic.mat.& auiæ,& ideò hæc constitutio ad mulieres dotatas non debet extendi; quia cum habeant dotem, non sunt omni prorsus pręsidio destitutę, quoniam rursus nubere possunt,l.1.ff.solu.matri.& l.2.ff.de iure dot. at regulariter maritus vxorem indotatam non esset ducturus,l.vlt.§.1.ad fi.ff. quę in fraud.cred.Et quàmuis aliquæ mulieres dotatæ adhuc possint indigere,quia dotem habent exiguam,non tàm facile pos-
18 sint maritum inuenire, † tamen sufficit, legem in quàmpluri- mis esse rationabilem, licet in singulis non ęquè sit rationabilis,quoniam in legibus genera singulorum, non singula generum inspicimus,Bal.in rubr.extra de consue.num.5.& in l.non dubium,nu.7.C.de legib.Seueri.in l.omnes populi,num.95.in fin.& Ioan.Crot.ibid.nu.93.vers.discutiendo,de iustit.& iure, Alex.in cons.32.nu.6.lib.7.Zas.in l.2.nu.3.ff.de re iud.

19 Octauo,† qui facit aliquem actum, intelligitur se subijcere legi loquenti de illo actu,l. si duo, in princ. & ibi not.Bald. & Paul.Castrens.de acqui.hæred.vnde non est mirùm si vxor indotata,quæ laborat inopia,marito locupleti in quarta portione possit succedere;quia,cum eam duxit, censetur ea lege duxisse,

xiſſe,vt poſſit ſibi ſuccedere ſecundum formam illius conſtitutionis.At ſi quis vxorem dotatam duxerit,nó poteſt dici,quòd huic ſucceſſioni videatur conſentire, quoniam illa conſtitutio apertè loquitur de ijs, qui adhærent mulieribus indotatis; &
20 †ideò durum,& iniquum videtur,quòd vxor dotata ipſi marito etiam inuito ſuccedat,arg.§.licet autem,Inſti. de adopt. ibi in eo caſu, & filius conſentire debet, ne ei inuito ſuus hæres agnoſcatur. Quare cum illa conſtitutio clementia nitatur d. §.quoniam vero, in princ.in Auth.de exhib.reis, dum inquit, quoniam verò ad clementiam omnis à nobis aperta eſt lex, nō debet contra ſenſum verborum trahi ad inhumanitatem, & iniquitatem.

Nono,quando maritus accepit vxorem ſine dote,præſumitur eam accipere ſolùm propter coniugalem affectum,& ideò conſtitutum eſt,vt ea poſſit illi ſuccedere in quarta portione; ſed quando accepit vxorem dotatam, licet cum parua dote, cum magnam habere non poſſit, non videtur eam accepiſſe propter ſolam maritalem affectionem; ſed etiam propter dotem;& ideò tenetur ſolùm ad reſtitutionem dotis, non autem ad quartam portionem. Igitur apparet diuerſam eſſe rationē inter mulieres dotatas,& indotatas, licet dotem habeant exiguam;& hanc rationem perpēdit Imperator in l.vlt.C. de repud.& in §.ſi quis enim,in Authē.de nup.& in §. quoniā verò, in Auth.de exhib.& introd.reis,& in §.quia verò,vt lic.mat.& auiæ,dum dicit,ſi quis vxorem indotatam per affectum ſolùm
21 acceperit,ex quibus verbis colligitur,† ſolam inopiam coniugis ſuperſtitis non fuiſſe in cauſa, cur ad ſucceſſionem quartæ portionis admittatur,ſed quòd propter ſolùm affectum maritalem fuerit contractum matrimonium; quod habet locum, quando nulla dos fuerit conſtituta, & ideò ſi dos fuerit conſtituta,verba deficiunt,& ceſſat ratio illius conſtitutionis, ergò ceſſare debet etiam diſpoſitio,l.4.§.toties.ff.de damn.infect.l. adigere,§.quàmuis,ff.de iure patro.cum conc. & huic rationi innititur Soc.ſen.in cóſ.124.ſub nu.41.verſ.quinimmo nó eſt ſimilitudo,lib.4.& Fabia.Pepus,in d.Auth.Præterea,num.mihi 7.

hi 7.vers.quinto probatur,qua etiam ratione vtitur, Alcia.licet loquatur de dote,quæ fuit congrua tempore contracti matrimonij,in cons.18.nu.11.in fi.lib.9.

Decimò lex ipsa voluit prospicere in casu magis necessariò;nam magis consulendum est ijs,quibus maius periculũ intenditur,c.vbi periculum,de elect. & elec. potesta.lib.6.l.1.§.
22 sed,& si quis,ff.de carbo.edict.Vnde etiam† lex in dubio debet intelligi in casu magis necessariò,l.1.§.quid ergò, de vent. inspic.l.quod labeo.ff.de carbo.edic.Bal.in cons.35. col.2. vers. sed lex in dubio lib.2. & ideò nemini mirùm videri debet, si noua illa constitutio mulieribus indotatis duntaxat, nõ etiam dotatis voluerit prospicere,quia frequentiùs contingit, quòd mulieres indotatæ defunctis eorum maritis, magis inopia opprimantur;quamobrem nouissima.i. extrema inopia consideratur in d.§. quoniam verò, in Auth.de exhib.reis, in illis verbis,nihil habere valentes,sed in nouissima viuẽtes inopia, atq; ita hæc quarta miserationis gratia indulgetur,vt Alcia. etiam intelligit in d.cons.18.nu.9.in fin. lib.9.

23 Vndecimo considero, † quòd noua constitutio non potest trahi ad casus non decisos,neq; ad personas similes,l.illam, vt ibi not.Bal.in specie,nu.1.C.de collat.l.si verò,§.de viro.ff.solut.matrim.l.præcipimus,in fi.C.de appella.non enim extẽditur contra ius commune,idem Bal.in l.1.in fin.de lege fal.can.toll. & dispositio fundata etiam super æquitate tunc demùm extenditur,cum non disponit contra ius commune, glo.quam ibi sequitur Bal.in l.si quis seruo, C.de fur. & notab. esse dicit Aret.in l.mutum,col.pen.vers.sed contra primum dictum, de acquir.hæred.Addo etiam Ioan.And.in c.2.vt lit.pend. quem sequitur Abb.in c.proposuisti,col.pen.de probat. & Ias. in l.à Titio,in fin.princ.de verb.oblig.& lex,quæ derogat iuri alterius, multò minùs debet extendi, Bald.in l. quicquid in fine, C.de bon.matern.

At illa noua constitutio, quàmuis fundata sit in clementia, & æquitate,derogat iuri communi, & iuri alterius; quoniam vxor non succedit viro,neq; vir vxori, nisi de iure prætorio defi-

deficientibus agnatis,& cognatis,l.1.ff.& C.vnde vir,& vxor; ergò non debet extendi ad mulieres dotatas, licet eadẽ ratio æquitatis locum habere videatur. Nam tunc demùm extensio fit ad casum similem subsistente eadem, vel maiori ratione, si contrarium non reperiatur decisum à iure communi,glo. communiter recepta in Auth.quas actiones, de sacrosf.eccles. & in Clem.Romana,in verbo Auditor,de resc.Paul. Castr.in cons. 78.nu.5.in fin.lib.1.Natt.in cons.52.nu.8.dicens,ꝙ omnes sequuntur,Zas.in cons.4.nu.11.lib.1.Alc.in cõs.113.nu.19.lib. 9.atq; ita lex contra ius commune extendi non potest, licet ratio diuersitatis reddi non possit de casu ad casum,vel de persona ad personam,Bart.in l.Gallus,§. ille casus, num.1.de lib.& posth.& in l.2.in princ.nu.34.ad fi.de vulg.sub.Paul. Castr. in l.2.in princ.nu.2.ff.de inuest.testa.& quòd illa constitutio corrigat ius commune, manifestè apparet,quia vult vxorem superstitem extantibus etiam liberis in quarta portione succedere,& in materia correctoria eam ponit Imol. in l. si verò,§. de viro,nu.15.ff.solu.matrim.

24 Duodecimo tota materia† extensionis est fundata in rationis identitate,vel maioritate,& ideò vbi est minor ratio, cessat extensio,etiam si sit materia fauorabilis, quæ possit extẽdi, c.in fidei, de hæretic.lib.6.l, lege Iulia.§. hoc capite.ff.de ritu nupt.c.vlt. in ratione sui, de translat. prælat.l. cui pacto.ff.de seru.export.Imol.in l.si verò.§.de viro,nu.15.circa med.ff.solut.matrim. Aret.in l.2.in princ.col.2.ad fi.de verb.obligat.& in cons.25.circa fin.Soc.sen.in l.si is,qui ducenta,§.vlt.in prin. de reb.rub.& in cons.9.nu.15.lib.3.Fely.in c. at si clerici.§.de adulterijs,nu.12.de iudic.Dec.in cons.261.col.pen. versicu.& quia in casu isto, Paul.Picus in l.Titia,§. Titia, cum nuberet, nu.44.de lega.2.Paris.in cons.vlt.nu.23.lib.3.Alc.in consil.1. nu.27.lib.2.Io.Crot.in l.si constante,in 1.lec.nu.52.ff.solu.matri.Crau.in cons.173.nu.13.& in cons.368. nn.12. & in cons. 413.nu.16.Rim.iun.in cons.18.nu.93.

Sed ex prædictis apparet non subesse eandem rationem in mulieribus dotatis,quæ reperitur indotatis; & si dotem habẽt

exiguam,non subest tanta ratio, sed minor,ergo non debet fieri extensio. Amplius dico,quòd si dubitatur, an sit eadē ratio, vel minor,cessat etiam extensio in ijs, quæ sunt contra ius cōmune,Saly.in l.2.nu.21.vers.aut dubitatur,C.de noxal. actionib.& sequitur Alex.in cons.207.nu.21.lib.6.& Crau. in cōsi. 67.nu.6.& in cons.173.nu.13.& in cons.548. nu.25. Igitur in
25 casu proposito † noua illa constitutio,quæ est contra ius commune,non debet extendi ad mulieres dotatas, in quibus constat non subesse tantam rationem,vel saltem dubitatur, an eadem ratio per omnia subsistat;& hoc quidem, quòd extensio fieri non debeat ad casum magis dubium,habet locum,quàmuis ratio sit expressa,Alci.in cōs.5.nu.8.& infr.lib.9.& ita sentit Imol.in d.l.si verò,§.de viro,nu.15.circa med.ff.solu.matr.

26 Tertiodecimo,† si statutum disponat, quòd filia dotata non succedat patri,intelligitur etiam de filia, quæ fuit dotata dote exigua,Bal.in Auth.res quæ,nu.17.commu.de lega.& in cap.si proponente,de rescrip.& Alc.in l.ex facto,nu.62.de vulg.substitut.quòd si filia dotata exigua dote excluditur à successione patris,quæ debetur iure naturæ,l. nam & si parentibus,in prin. ff.de inoff.testa.l. cum ratio.ff.de bon.dam.& l.scripto, in fi.ff. vnde libe.multò magis mulier dotata exigua dote debet excludi à successione huius quartæ,quæ debetur ex clementia iuris positiui contra ius commune:nam & multò faciliùs tollitur priuilegium, quàm ius commune,l.eius militis,§. militia missus.ff.de milit. testam. Accedit etiam quod illa dispositio est
27 extraordinaria,† & non fundata in bona ratione naturali, cum sufficeret si tali mulieri inopi alimenta præstarentur, etiam si non vocetur ad quartam hæreditatis, & oneretur maritus contra voluntatem suam tantùm substantiæ suæ ei relinquere, vt dicit Alcia.cons.18.num.16.in fine.lib.9.Igitur extra suos terminos non debet prorogari.

Quartodecimo,hæc sententia confirmatur. Nam Imperator in d.§.quoniam verò,in Auth.de exhib.& introd.reis, expresè vult,eam legem in omnibus esse inductam ad exemplū illius constitutionis, quæ quartam decernit eis, quæ dimissæ

fuerint à viris indotatæ, vt colligitur ex illis verbis.ſ. omnibus ſecundum inſtar illius noſtræ conſtitutionis, quæ quartam decernit eis, etiam hic ſeruandis, ſed ea conſtitutio, quæ eſt l.vlt. C.de repud.& §.ſi quis enim duxerit vxoré, in Authé.de nupt. non habet locum in ea vxore, quę dotem habet, licet exiguam: ergò nec iſta locum habere poteſt. Quod autem illa nó habeat locum in vxore dotata, licet dotem habeat exiguam, apparet, quia non diſtinguit inter vxorem dotatam parua, vel magna dote; Nec quiſquàm dixerit, eam legem cum ſit pœnalis, extendi ad vxorem parua dote dotatam, c.in pœnis, de reg.iur.lib. 6.& ibi Ioan.And.& l.vlti.C.de interd.mat. Igitur nec iſta, quæ in omnibus dicitur inducta ad exemplum illius conſtitutionis poteſt extendi ad vxorem dotatam, etiam ſi modicã dotem habeat, præſertim cum ſæpiſſimè loquatur de vxore indotata, & ſine dote, vt ſuperiùs oſtendimus, & hoc argumẽto vtitur etiam in ſpecie, Soc.ſen.in d.conſ.121.nu.41.lib.4.qui etiã ſubdit nu.42.quòd hæc eſt communis opinio, quicquid alij cótradixerint, quia omnes gloſſ.& Doct. antiqui, vſque ad tẽpus Baldi ſimpliciter acquieſcunt, neq; diſtinguunt inter dotẽ magnam, vel exiguam, & ſimiliter Ang.& Fulgo.in d.Auth. Præterea, non diſtinguunt. Item Ang.in Auth.vt lic.matri, & auiæ, ſimpliciter loquitur de muliere indotata. Et cum Doctor.(inquit Soc.) ſæpius faciant differentiam inter dotem congruam, & non congruam, certè idem dixiſſent in terminis d.Auth. Prę terea, ſi hoc voluiſſent, arg.l.vni.§.ſin autem ad deficientis. de cad.toll.& ideò à verbis legis non eſt recedendum, & ſecũdum iſtam ſententiam tanquàm à glo.approbatam, putat iudicandum celeberrimus olim Collega meus D.Cephal.in cóſ.671. nu.15.& 25.verſ.nec mouet.

Atq; ex his rationibus facilè conuincitur, comm. Doct.ſententiam veram nó eſſe; nam illius fundamenta commodiſſimè ſubuerti poſſunt.

Quod enim ex aduersò dicitur, primo inopiam coniugis ſuperſtitis eſſe veram, & finalem rationem illius conſtitutionis, ne vxor mendicare cogatur in opprobrium viri defuncti, &

bene transacti matrimonij, ex ijs, quæ superiùs latè diximus, multumq; versauimus, apparet non posse consistere; quia hæc
28 est ratio sine causa, sine qua † non: sed per se sola non sufficit, quoniam requiritur, quòd matrimonium, etiam sine dote fuerit contractum ex sola maritali affectione; tunc enim ipse maritus, suum etiam consensum præstitisse intelligitur, quod dici nõ potest, cum vxorem dotatam acceperit, liceat dos ipsa exigua videatur, quo casu apparet non subesse eandem, vel parem rationem, sed diuersam, aut saltem minorem, & ideò cessat extensio, vt superiùs demonstrauimus; & quod sola inopia nõ sit causa illius constitutionis, apparet; quia eatenus esset ei consultum, quatenus sibi pro alimentis posset sufficere, atq; ita excluderetur inopia; & tamen hoc est falsum, quia legatum ei relictum, etiam si pro alimentis posset sufficere, non tamẽ eam excludit à successione quartæ portionis, vt colligitur ex illa constitutione; item in quarta portione succedit, quàmuis lõgè excedat quantitatem alimentorum, & ideò illa successio non defertur solo intuitu alimentorum: nam illa quarta potest ascendere, vsq; ad centum libras auri, vt expressum est in d. §. quia vero, in Auth. vt lic. matri, & auiæ.

Et si ratio inopiæ simpliciter considerata fuisset causa illius constitutionis, frustra Imperator toties fecisset mentionem de mulieribus indotatis, vel de matrimonio sine dote, quoniam satis abundè potuisset sufficere, si dixisset, quòd coniux inops superstes succedat locupleti in quarta portione, & ideò non sola ratio inopiæ, sed coniuncta cum hac qualitate, quòd vxor superstes sit indotata, fuit causa illius clementiæ, & nouellæ constitutionis contra ius commune, vt vxor ad successionem viri locupletis in quarta portione admittatur.

29 Præterea, & secundo respondeo, † quòd ratio generalis, etiã si sit in lege scripta, debet restringi ad terminos dicti, ne si generaliter intelligatur, alijs legibus contradicat, §. fratris, cum glo. Inst. de nupt. l. de eo, §. si quis ex iuris, cum glo. vlt. ff. ad exhiben. Soc. iun. in rub. ff. sol. matrimo. nu. 56. & 60. & in cons. 30. num. 37. lib. 1.

Et

Et si ratio generalis debet restringi ad terminos dicti, ne alijs legibus contradicat, multò magis debet restringi, ne sibi ipsi repugnet, arg.c.inter dilectos, de fide inst. & l. non ad ea, de cond.& dem.§.quibus in prima, c. const.l. vbi repugnantia, ff.de reg. iur. sed omnia iura prædicta expresè loquuntur de mulieribus indotatis, ergo non possunt adaptari ad mulieres dotatas, non enim est verisimile, quòd eadem lex corrigat se ipsam, d.l.non ad ea, de cond.& demon.Bal.in l. vlt. in fin.C.per quas personas nob.acqui. & correctio legum summo studio vitanda est, c. cum expediat, de elect.& elec.pot.lib.6.l.1.C. de inof.dot.Fulgos.in cons.53.nu.1.

30 Tertiò respondeò, quòd† vbi ratio disponit de lege, tũc lex ipsa extendi potest; sed quando lex disponit de ratione, tunc magis debet obseruari decisio legis, quàm ratio; & ideò nõ debet extendi, quia deficit auctoritas creditoris, vt superiùs in sexto argumento expositum fuit: id quod multò magis respiciendum est, quando is, qui extensiua vtitur interpretatione, tractat de lucro captando, vt diximus in quarto argumento.

31 Quartò respondeo, quòd† si ratio expressa suadeat extẽsionem fieri debere, & alia ratio reddi potest, quæ impediat extẽsionem, ista potiùs debet attendi, atq; ita extensio fieri nõ debet, Alex.in l.si constante, in princ.nu.5.vers. secundo intellige.ff.sol.matri.Ruin.in cons.59.nu.19.lib.3.sed ex supradictis apparet aliam posse reddi rationem, quæ omninò cessat in mulieribus dotatis: ergo extensio locum non habet.

Secundò non obstat illa ratio, quod parum, & nihil æquiparantur, l.quàmuis, de cond.& demonst. Quia licet, quod nihil est, dicatur minus, l.minus, & l.verbum amplius.§. minus.ff. de verb.signif.tamen illud, quod parum est, non dicitur nihil esse; immò vniuersalis negatiua, si in aliquo, vel minimo est falsa, in totum dicitur falsa, l.si is, qui ducenta.§.vtrum, de reb.dub. & ideò cũ lex ipsa loquatur de muliere indotata, vel sine dote, debet intelligi de ea, quę nullã omninò dotẽ habeat: nã si etiam exiguã dotẽ haberet, non posset dici indotata, vel sine dote, & ita respondet Soc.sen.in d.cons.121.num.41.in fin.& 42.

Et hæc responsio confirmatur ex eo, quòd si statutum excludat filiam dotatam, etiam si filia minimam habeat dotem, intelligitur exclusa, Bald. in c. si proponente, in vers. item not. argumentum, de rescrip. Igitur illa dicitur indotata, quæ nullam omninò dotem habet. Nec ad rem pertinet, quòd possit petere supplementum congruæ dotis, Bal. in l. vlt. col. 2. versi. sed pone, C. de dot. prom. & Dec. sequitur in dicta Authen. Præterea, nu. 4. vnde vir, & vxor. Quia hæc mulier quæ agit, nō petit supplementum congruæ dotis, sed tanquàm indotata petit quartam portionem substantiæ mariti defuncti; & ideò si supplementum dotis velit petere, hoc sibi conceditur, sed cōtra alios debet experiri, quibus dotandi onus incumbit. Similiter etiam non dicitur sine liberis, cui vel vnus filius, vnauè filia est, l. non est sine liberis, ff. de verb. signi. l. 1. C. de cond. insert. ergo nec mulier sine dote dici potest, quæ dotem licet minimā habeat; & ideò ad quartam agere non potest.

Hoc amplius dico, quòd parum nō habetur in cōsideratione sicut magnum, quādo quis venit contra ius commune, nam quo modica læsione non datur restitutio, l. Seio, ff. de rest. in integ. & ibi Bar. & ideò nec mulier, quæ dotem habet, licet exiguam, tanquàm indotata contra ius commune debet admitti; quia in ea deficit qualitas à lege requisita, vt diximus in primo argumento. Item potest admitti, quod parum, & nihil æquiparantur, quādo intelligitur de minimo, quod quidem in proposito non refragatur, vt paulò post dicemus.

Tertiò, & vltimò non obstat, quòd si modica dos excluderet beneficium illius legis, mulier etiam vno nummo dotata deberet excludi, quod esset absurdum, quia nec legatum eam repellit, d. Authen. Præterea, C. vnde vir, & vxor, cū conc. Quia
32 respondeo primùm, quòd † dos in vno nummo non potest constitui, sicut etiam locatio constitui non potest, l. si quis códuxerit, ff. locati, & tradit Ias. in rub. ff. sol. matri. nu. 25. nam dos datur pro oneribus matrimonij, c. salubriter, de vsur. l. pro oneribus, C. de iure dot. & si non deseruiat oneribus matrimonij, dos nulla est, l. si pater mulieris, ff. de iure dot.

Secundò

Secundò respondeo, quòd interdum etiam matrimoniũ potest esse dignum minima dote, & tunc parua etiam dos dici nõ potest, quoniam matrimonium non est dignum maiori dote, vt Ruin. respondit in cons. 131. in fin. lib. 4.

Itaq; subductis contrarijs rationibus, apparet com. opinionem veram non esse. Vnde potest dici, quòd diuersam sententiam tuentur alij, licet pauciores numero, quantùm tamen ad hoc pertinet consilio saniores, vt in simili proposito dicitur in c. gratum, ad fin. de postula. prælat. Nec in iudicando plurimorum acquiesces sentétię, vt à veritate declines, vt dicitur Exod.
33 cap. 23. in prin. † Nanq; illa sententia semper præualet, quę meliori, & subtiliori nititur ratione. c. capellanus, in fin. & ibi not. Abba. num. 3. de ferijs, & §. Item precium, in fi. instit. de empt. & vend. & quo quisq; magis ratione nititur, eo maioris auctoritatis eius verba esse debent. c. 1. in princ. 20. distinc. Neque. n. maiori irrogatur iniuria, si minor veritatẽ inuestigauerit. l. potiores C. de offic. recto. prouin. quandoquidem sæpè Deus reuelat minori, quod celatur maiori c. esto subiectus, 95. distinc. c. nullus. 39. dist. Vnde etiam com. opi. quæ ratione conuincitur, contemptui habetur, Crau. in cons. 941. num. 47. vers. quo casu, nam Doc. nostri interdum imitantur aues, vt cùm vna volat, omnes aliæ sequantur, vt inquit Dec. in cons. 481. num. 12. & in cons. 494. nu. 15. & in cons. 499. nu. 12. & in cons. 630. nu. 9. Natta in cons. 120. num. 1. & in cons. 125. num. 4. & in cõs. 147. in fin. & Rol. Val. in cons. vlt. num. 49. & infra lib. 2. Quare sententia quæ optimis rationibus nititur, contra communẽ est amplectenda, Dominic. in c. 1. num. 5. de sum. Trini. lib. 6. & ibi Grau. num. 3. Abba. in. c. 1. nu. 14. de constit; & in c. prudentiam, num. 4. ad. fin. de off. deleg. Dec. in cons. 259. num. 1. & in cons. 271. nu. 12. in fin. & 13. Ripa. in l. si vnquã, nu. 44. in fin. de reuoc. donat. Grat. in cons. 1. nu. 18. lib. 2. Cur. iun. in cõs. 29. nu. 11. & in cons. 63. nu. 3. & excellẽtissimus olim collega meus D. Cephal. in cõs. 116. nu. 16. & hoc quidẽ bonus Iudex, qui sit acutioris ingenij, potest arbitrari. Abb. in d. c. 1. nu. 14. de cõstit. & in d. c. capellanus, nu. 3. de ferijs, & in d. cap. prudentiam, nu. 4. ad fi.

ad fi. de off.deleg.& in c.tua nos.nu.9. de vsur.Cur.sen. in cōs. 76.in fin.& Iudices dicuntur imperiti,qui existimant ab inueterata,& recepta Doc. sententia, vel potiùs communi errore non recedere,vt scribit excellentissimus nunc collega meus D. Menoch.in cons. 44. num.42.circa med.qui etiam in cons. 93. num.50. post alios scribit à communi opi. recedendum esse,cū ei repugnant veræ,& concludentes rationes.

Quòd verò dicitur secundùm priorem opinionem à Rota Bonon. fuisse pronunciatum,potest facilè submoueri, quia res inter alios iudicata alijs non præiudicat,l.sæpè,ff.de re iudic.l. vlt.C.quibus rei iudic.non noc.& tot.tit. res inter alios actas, vel iudica.alijs non nocere,& ideò exemplis non est iudicādū, sed legibus,l.nemo,C.de sent.& interlo.omn.iud. & ibi Bal.in specie notat ab exemplis argumentum duci non posse, quod probat etiam l.Imperatores,ff.de priuileg.cred.Itaq; veritaté, & iustitiam sequi iudices oportet, Deute.cap.7. & Exod.cap. 23.& l.rem non nouam,C.de iudic.& d.l.nemo,C.de sent. & interlo.om.iud.Neq; Rota Bono.est tantæ auctoritatis,vt non liceat ab eius sententia recedere,vt in specie scribit excellen. collega meus D.Menoch.in cons.393. nu.9. atq; ex his credo primæ dubitationis esse satisfactum.

34 Secunda mouetur dubitatio,†an dicatur dos parua,quando eius fructus ad alimenta vxoris non sufficiant.

Et quidem ex aduersò dicitur, dotem modicam appellari, etiam si non sit parua in notabili quantitate, & in specie dicitur parua,quando eius fructus non sufficiunt ad alimēta ipsius vxoris,vt scribit Bal.in d.Authē.Præterea, ad fin.consequitur Roman.in l.diuortio,nu.5.ff.solu. matri. & hanc esse communem attestatur Dec.in d.Auth.Prçterea,nu.5.& Cur.iun.nu.7. Guald.de arte testand.in tit.de lega. caut.20. & Micha.Grass. de success.ab intesta.in §.successio ab intestato, q.39.nu.4.

Sed ego in casu proposito diuersam sententiam veriorē puto,quòd immò dos parua sic generaliter non possit diffiniri, vt sit ea,cuius fructus ad alimenta non sufficiant.

Mouet me primùm,quia quantitas dotis pro modo facultatum,

tum,& dignitate natalium viri,& vxoris, & numero liberorũ debet conſtitui,l.cum poſt.§.gener, l.quæro,ff. de iure dot.l.ſi filię,de lega.3.& ibi Bar.& alij,Bal.in Auth.res quę,nu.19.cõmu.de lega.Rui.in conſ.52.nu.13. lib.2. & pleriq; alij, quos ſciens prætereo,vnde ſi tenues ſint facultates patris,& nulla dignitas natalium viri,& vxoris( vt in caſu propoſito,)vt plures ſint liberi,dos congrua poteſt conſtitui;tàm & ſi fructus ad alimenta vxoris non ſufficiant; namq; omnibus circunſpectis ratio ipſa non patitur,vt pro alimentorum quantitate dos cõſtituatur;ſi quidem parentes ſecundùm vires patrimonij, non ſupra vires dotes pro filiabus dare compelluntur, vt dicitur in l. cognouimus,§.1.de hęret.& Maniche.& ſi curator ſupra vires patrimonij dotem promiſerit,à lege releuatur,l.cum poſt.§.1. eodemq; vlt.ff.de admin.tuto.Itaq; non poteſt generaliter dici eam dotem congruam non eſſe, cuius fructus ad alimenta vxoris non ſufficiant.

Secundò conſidero,quòd dos non debet regi ab alimentis, ſed alimenta debent taxari ſecundùm dotis quantitatem, l.cũ vnus,in fin.ff.de alim.lega.quàm ſecundùm veram lec. à gloſſ. approbatam ſic intelligit,& ſing.dicit Roman.in ſing.532. & ſequitur Alcia.in reſp.18.nu.7. lib.9. Igitur dos cõgrua poteſt intelligi,quàmuis eius fructus pro alimentis non ſufficiãt,quando,ſcilicet quantitas patrimonij,& dignitas natalium, vt in caſu propoſito non facit,vt maior dos conſtituatur.

Tertiò conſidero,quòd dos congrua dicitur,quæ à patre eſt conſtituta,qui ſanè pro pietate paterni nominis creditur optimum pro liberis capere conſilium,l. nec in ea,ff. de adulter.&
10 ideò quod & competens viſum fuit,alijs incompetens videri non debet,Paul.Caſtrenſ.in conſ.275.nu.6. lib.1. & in conſil. 403.num.2.lib.2.& in conſ.421.verſic.ſecundò principaliter, eod.lib.Alex.in conſ.33.nu.5.lib.4.Soc. ſen. in conſ.30.nu.4. verſ.concludo quantum,lib.1.& in conſ.288.num.21.lib.2.& plerique alij,quos latè congeſſit Tiraq.in l.ſi vnquàm, in prin. nu.36.de reuoc.donat.& copioſè ſequitur Clariſſ. ciuis meus, Decia.in conſ.17.nu.16.& infra, lib.2. Sed in caſu propoſito

dos

dos primum à patre fuit constituta, ergo præsumitur fuisse cõgrua. Et si ex aduerso quis dixerit eam non fuisse congruam, debet probare secundùm facultates patris, & consuetudinem regionis maiorem dotem potuisse, & debuisse constitui, & si hoc probetur, tunc cum ipsa filia habeat ius petendi supplemẽtũ congruæ dotis ab hęredibus patris, non potest petere quartam in bonis mariti; & similiter cum dos in secundo matrimonio fuerit aucta à fratribus, qui sunt hæredes patris, potest dici, quòd aut tale argumentum sufficiat, aut non: primò casu, cũ filia sufficienter, & condecenter pro viribus patrimonij, & conditione personarum fuerit dotata, in quarta succedere nullo modo potest; posteriore autem casu, cum adhuc possit petere supplementum congruę dotis, in hac quarta similiter succedere non potest, quia non est in eo statu, vt nouissima laboret inopia, & cogatur mendicare.

35 Quartò considero, † quòd honorabilia matrimonia requirũt dotem honorabilem, Bal. in l. 1. nu. 2. in fi. de secun. nupt. Boer. decis. 130. nu. 1. Igitur per cõtrarium matrimonia vilium personarum dotem honorabilem non requirunt, & consequenter dos etiam exigua potest esse congrua, quia contrariorum contraria sunt consequentia, l. cum quidam, de liber. & posthu. l. & si contra, de vulg. & pup. subsistit, & quod operatur propositum in proposito, idem operatur oppositum in opposito, l. si vt proponis, C. de nupt. l. vlt. §. vlt. de lega. 3. vnde etiam quãdoq; minima dos dicitur congrua; vt puta si matrimonium non sit dignum maiori dote, Ruin. in consil. 131. in fin. lib. 4. Quare cũ hæc mulier, quæ agit vilis sit conditionis, & suis manibus sit solita operari, bene intelligitur fuisse dotata; quàmuis redditus ipsius dotis non possint ad eius alimenta sufficere; quoniam ex sua industria, & honesto artificio potuit etiã sibi victum quærere, vt in facto præsupponitur, & ita in terminis post Iacob. Butrig. perpendit Corn. in d. Auth. Præterea, nu. 8. vnde vir, & vxor, qui testatur ita etiam Senis fuisse iudicatum; quam etiam opinionem sequitur in cons. 249. nu. 3. & infra lib. 3. vbi etiam refert Ioan. Bapt. Caccialup. & alios idem consuluisse, & ita in

eadem

eadem facti specie respõdit Soc.sen.in cons.121. nu.45. lib.4. & hanc eandem sententiam sequitur Fabia. de Pepis in d. Authen.Præterea,nu.mihi 6.& infra,quam etiam tuetur copiosè Purpur.in cons.330. nu.3. vsq; ad fin.qui ex facto respondit, vxorem non posse petere quartam,quãdo ex sua industria potest sibi uictum comparare,& hanc quoq; opinionem sequitur excell.collega meus D.Menoch.in cons.321.num.27.& infra, qui post Soc.sen.in d.cons.121.nu.46.lib.4.scribit, hoc habere locum etiam in muliere nobili,quæ facta sit inops, & popularis,ergo multò magis hæc sententia est recipienda in muliere,quæ non fuit nobilis,& operari consueuit, ut in casu proposito contingit.

36 Quintò considero,quòd† quantitas dotis debet etiam cõstitui secundùm consuetudinem regionis, ut scribit Corn.in cõs. 1.nu.16.lib.4.Soc.sen.in cons.57.nu.30.lib.4.Rui. in cons.52. nu.13.in fin.lib.2.& ultra alios ego adduco tex. apertũ Exod. cap.22.in uers.si seduxerit,in hæc uerba; reddet pecuniã iuxta modum dotis,quam uirgines accipere consueuerunt. Sed ex consuetudine dotes,ut plurimum, non solent ita constitui, ut earum fructus ad alimenta sufficiant secundùm dignitatem, ut experientia docet,quæ est efficax rerum magistra.c. quàm sit, de elect.lib.6.& de hac consuetudine in multis ciuitatibus, & præsertim in Lombardia fidem facit Soc.sen. in cons. 121.nu. 46.lib.4.& Alcia.qui alios etiam refert in resp.18. nu.6.lib.9. ergò generaliter dici non potest eam dotem esse paruã, cuius fructus ad alimenta non sufficiant.Nam, & olim dos mille ducatorum erat congrua unicuiq; etiam Comiti,Rapha.Fulgos. in cons.22.Dec.in cons.26.Alcia.in d.resp.18.nu.6.lib.9. Decia.in cons.15.nu.5.lib.3.& tamen nec illis quidem tẽporibus ex redditu talis dotis Comitissa potuit pro dignitate cum seruitoribus,& ancillis uiuere,ut Alcia. dicit.

Sexto considero tex.in §.quoniam uerò, in Auth. de exhib. reis,ubi hęc quarta miserationis gratia indulgetur,quãdo uxor superstes in nouissima est inopia: Igitur non potest illa constitutio habere locum in ea, quæ secundùm qualitatem nataliũ, & mo-

& modum patrimonij fuerit à patre dotata, quæq; ex honesto aliquo artificio potest sibi subuenire.

Septimò, & vltimò hanc sententiam cõsulendo in proprijs terminis tenet copiosè Soc.sen.in cons.30.nu.12.& infrà,& in cons.121.nu.44.& infrà lib.4.qui etiam,nu.46. dicit eam multis in locis esse approbatam à consuetudine,quæ est optima legum interpres, c.cum dilectus,de consue.l.minimè.ff.de legib. & nu.48.subiũgit ita etiam in ciuitate Senarum fuisse iudicatum.Idemq; tenet Corn.in d.Auth.Præterea,nu.2. vers. & intellige,& in cons.249.nu.3.lib.3.quam etiam opinioné sequitur Riminal.sen.in d.Auth.Præterea,nu.6.sub vers.& aduerte, ibi tamen Soc.non videretur,& latè tuetur Pepus, nu.mihi 6. versic. circa primam difficultatem, & infrà, & ita concludit etiam Cur.iun.num.7.versic.circa istud,& num.8. & Alcia.in d.resp.18.nu.6.& infra lib.9.

Ex his autem tollitur planè,quòd scribit Bald.in d.Authen. Præterea,ad fi.quem alij perfunctoriè,ac veluti per transenam videntur sequi; nam necessariò debet intelligi, quòd tunc dos dicatur esse parua, cuius fructus ad alimenta vxoris non sufficiunt,quando inspectis facultatibus,& dignitate natalium, & numero liberorum,& cõsuetudine regionis,maior dos potuit, & debuit constitui.Sed si ratio ipsa non patiatur,vt maior dos constitueretur,nemo sapiens dixerit eam dotem esse paruam, quæ & facultatibus ipsius patris,& conditioni personarum, & consuetudini regionis conueniat, tametsi eius fructus ad alimẽta non sufficiant,quemadmodum ex ijs,quæ superius diximus, manifestè apparet,& Doct.in locis proximè citatis declarant.

Neq; ijs doctoribus,qui illam sententiam Baldi simpliciter sequuntur,& communem profitentur, multùm est differẽdum, quia notando,& disputando,faciliùs veritas inuenitur,l. numerum,§.mista,ff.de mun.& hono.& veritas sæpius exagitata magis splendescit in lucem,cap.graue,35.q.9.& ideò tunc aliqua opinio dicitur esse approbata, quando est discussa non etiam si Doct.perfunctoriè loquantur,nam quicquid non discutitur, iustitia non putatur,vt inquit Cassiodo.quem refert Bald.in c.

eccle-

ecclesia S.Mariæ,nu.13.vers.quoad primùm,de constit. Rolā. Val.in cons.39.nu.34.& in cons.44.nu.35.lib.4.& excell.collega meus D.Menoch.in cons.201.nu.117.& in cons.204. nu. 86.& magis credendum est legibus,& rationibus, quàm auctoritatibus,vt superiùs etiam diximus.

37 Tertia,est dubitatio,† an extantibus fratrib.diuitibus,à quibus D.Catherina actrix ali commodè potest,liceat eidē intentare remedium d.Auth.Præterea,contra hæredes mariti locupletis;an verò,quia dotata fuit à patre , non possit amplius ad fratres recurrere pro alimentis.

Et prima quidem fronte probabiliter videtur posse dici,ꝙ, quàmuis fratres sint diuites,nihilominus actrix posset quartam petere duplici potissimum ratione, quibus(vt ex aduerso dicitur) responderi non potest.

Prima est,quia mulier non ex eo solo admittitur ad beneficium illius quartæ;quia non habeat alimenta; & ideò quàmuis hæc mulier possit à fratribus alimenta obtinere,non debet excludi.Nam quarta defertur mulieri superstiti , licet supersint etiam filij communes,vt euidenter colligitur ex d.§. quia verò,in Auth.vt lic.matri,& auiæ, atq; ita non valet hæc consequentia , mulier habet filios à quibus potest petere alimenta , ergò excluditur à successione quartæ. Igitur pari ratione hæc consequentia destruitur , hæc mulier potest à fratribus diuitibus petere alimenta,ergò non admittitur ad quartam.

Secunda ratio,quæ adducitur hęc est,quòd remedium illius constitutionis est subsidiarium: & similiter in subsidium soror debet ali à fratribus,quando parentes non supersunt , vel inopes existunt; & ideò mulier potest eligere contra quem velit experiri,vtrū ne aduersus fratres,an verò contra hæredes mariti;& cum iam constituerit iudicium contra hæredes mariti , non potest amplius variare, l. si fundus, §. eleganter.ff. de lege commisso.

38 Tertiò inducitur etiam l.precia rerum.ff.ad l. falc. † vbi dicitur,præposterum esse ante aliquem diuitem esse,quam acquisierit , & ideò quàmuis hæc mulier videatur posse petere alimenta

menta à fratribus, non tamen propterea diues potest appellari, ex quo sequitur, quòd à successione quartę, quæ propter inopiam defertur, non debeat excludi; atq; ita per illum tex. hanc sententiam veriorem dicit Micha. Grass. de success. ab intestat. §. successio, q. 39. nu. 5. qui etiam testatur ita à quodam collegio fuisse pronunciatum; & hanc opinionem tenet etiã Rimin. sen. in d. Auth. Præterea, nu. 9. & Ias. nu. 8. & Dec. nu. 20.

Quarto etiam augetur dubitatio, nam licet vxor, quę nupta est sine dote, si patrem habeat diuitem, non possit succedere in quarta bonorum ipsius mariti, vt pleriq; tradunt in d. Authen. Præterea, & hæc etiam sit magis recepta sententia, vt ibidem attestatur Fabia. de Pepis, nu. 9. aliter nu. 22. & Dec. num. 19. in fin. tamen aliud videtur dicendum de vxore, quæ habet fratrẽ diuitem, quia non æquè frater tenetur alere sororem, ac pater tenetur alere filiam; si quidem pater tenetur filiam alere ex iure naturali, l. 1. §. ius naturale. de iust. & iur. & Instit. de iur. nat. gen. & ciui. ad fin. princi. & l. vni. §. sileat. de rei vxo. actio. in illis verbis; cum ipse naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum educationem hortetur. At frater tenetur alere patrẽ, & sororem ex iure ciuili. l. 1. §. 1. ff. de tutel. & ratio. distrah. cũ conc. Quod quidem ius ciuile multò faciliùs tollitur, quàm ius naturale. §. sed naturalia, Insti. de iure nat. gẽ. & ciuil. l. eas obligationes, ff. de capit. dimit. & ideò de vxore, quæ habet patrẽ diuitem, non rectè infertur ad eam, quę habet fratrem locupletem, quia hoc est argumentum à maiori ad minùs, quod non concludit l. relegatorum, §. vlti. ff. de interdic. & releg. l. lege Iulia. §. hoc capite, de ritu nupt.

Quintò accedit, quòd alimenta à parentibus, vel à fratribus
39 † petũtur iudicis officio nobili, Bar. in l. si quis à liberis, in prin. ff. de liber. agnoscend. At quarta in bonis mariti petitur iure actionis, quod ius est efficacius; nam actio semper præsupponit obligationem, vt colligitur ex diffinitione actionis in l. nihil aliud est actio. ff. de actio. & oblig. & Instit. de actio. in princip. Cæterùm iudicis officium nullam præsupponit obligationem, l. qui per collusionem, §. præcij. ff. de actio. empt. l. quintus, de

aur.

aur.& arg.lega.quò fit vt alimenta præterita, quæ debentur officio iudicis, peti non possint;sed ea,quæ debentur iure actionis,vtiq; peti possunt, Bar.in l.libertis,quas.§.1.ff.de alim.leg. & in l.1.de iudic.vidui.toll.Bal.in l.de alimentis, & ibi Ias.nu. 6.C.de transáct.& hac ipsa ratione mouetur Dec.qui hãc opinionem sequitur in d.Auth.Præterea,nu.20.

Sexto hęc opinio comprobatur,nam huic mulieri,vt ex aduersò dicitur,nulla actio competit contra fratres, quia fuit à patre dotata,vt constat publico instrumento:& ideò per statutum à bonis paternis exclusa,& similiter intelligitur exclusa à bonis ipsorum fratrum,qui sunt hæredes patris,& cùm dos ipsa succedat loco alimentorum,Bar.& Imol.& in l.Titio centũ, §.Titio genero,de cond.& demon.Bal.in l.cum lege, de episc. & cleric.hæc filia dotata non potest à fratribus, qui sunt hæredes patris,petere alimenta sibi exhiberi,& si filia est exclusa ab alimentis,quæ sibi debentur à patre iure naturę, multò magis censetur exclusa ab alimentis, quæ sibi debentur à fratribus iure ciuili,quoniam(vt dictum est)faciliùs tollitur, quàm ius naturale,§.sed naturalia,Insti.de iure naturali gent.& ciu.

Sed tamen ego diuersam sententiam veriorem puto, quòd immò extantibus fratribus diuitibus, à quibus hæc mulier ali commodè potest,ad successionem quartæ non admittatur. Nã certissimi iuris est, quòd ea tantùm vxor admittitur ad huius quartæ successionem,quæ laborat inopia, & contra honorem transacti matrimonij cogitur mendicare,d.§.quoniam verò,in Auth.de exhib.reis,& d.§.quia verò,vt lic.mat.& auiæ, & hoc
40 latè superius ostendimus; † sed hæc D.Catherina non est in eo statu,vt laboret inopia,& cogatur mendicare, ergò nullo modo ad huius quartæ successionem debet admitti. Quòd autem non sit in eo statu,vt laboret inopia,& mendicare cogatur,manifestè apparet,quia ius commune ei prospexit; nã si sit inops, potest iure suo à fratribus petere alimenta, l.1.§.1.ff. de tutel. & ratio.distrah.l.qui filium,& ibi Bar.ff.vbi pupil. educ. debe. idem Bar.in l.si quis à liberis,§.vtrum,ff. de liber. agnoscen.& ideò mulier,quæ agit,non potest dici inops,hoc est, sine ope;

quia fratres habet diuites, qui tenentur ei opem ferre; & consequenter cessante ratione illius constitutionis, debet etiam cessare constitutio, c. cum cessante, de appella. l. adigere, §. quàmuis, ff. de iure patro. l. quod dictum. ff. de pact.

Atq; hæc sententia à nostris, etiam Doct. magis recepta est. Nam similiter à successione quartæ excluditur mulier, quæ patrẽ habet diuitẽ, à quo sanè ali debet, vt scribit Raph. Cuma. in l. in suis, de libe. & posth. & ita ex facto ipse etiam respondit in cons. 131. duo fratres, & sequitur Alexander in d. Auth. Præterea, nu. 11. quam etiam opinionem disputando copiosè defendit Fabia. de Pepis, ibidem, nu. mihi 10. qui non solùm de patre loquitur; sed etiam de fratre, & magis communem eã profitetur, & ita dicit à Modern. Senens. & Perusinis fuisse responsum, & verum dicit; sic enim consuluisse Socin. sen. in cons. 30. nu. 4. & infra lib. 4. & ita tenet Corn. in d. Authẽ. Præterea, nu. 7. qui etiam dicit apud Senas ita se cõsuluisse, & hanc opinionem communem etiam testatur Dec. ibidem, nu. 19. in fin. & similiter communem profitetur celeberrimus olim collega meus D. Cephal. in cons. 244. nu. 20. & infra eam tuetur, & in iudicando dicit non esse recedendum, & hanc quoque opinionem probat Rol. à Val. in cõs. 14. nu. 19. & 53. lib. 3. vbi dicit; quòd si frater est diues, aut non laborat egestate, tenetur alere sororem, & tunc ea non potest in quarta succedere, & in casu sibi proposito contrarium consuluit eam posse succedere, inductus ea ratione, quia frater non erat diues, sed laborabat inopia: quo casu non tenetur (inquit) sorori alimenta prȩstare, atq; ita apertè hanc sentẽtiam probat: quoniam similiter etiam sequitur clariss. ciuis meus, præceptor, & collega, D. Decia. in cons. 70. nu. 17. vers. non obstat quintum lib. 2. quod est repetitum in cons. 111. lib. 3. dicens cum Rolando hanc opinionem procedere, quando frater est locuples; sed in casu sibi proposito præsupponitur, vt ipse dicit, quòd ipse etiam frater magna laboret inopia, & hanc quoq; opinionem sequitur, & communem testatur Hierony. Gabriel. in cons. 142. nu. 30. dicens sufficere secundum communem opinionem habere patrem, aut fratrem

fratrem diuitem, à quibus vxor alimenta petere possit, vt non succedat in quarta portione.

Et hæc quidem sententia in casu proposito longè magis est recipienda, quia siue respiciamus verba ipsius constitutionis, illa non modo non deseruiunt petitioni huius quartæ, sed apertè contradicunt, quandoquidem hæc mulier non potest dici indotata, vt loquitur constitutio, quæ inspectis facultatibus patris, & qualitate personę dicitur bene fuisse dotata, vt superius ostendimus, siue consideremus rationem, quæ sanè fuit causa miserationis, vt mulieri inopia laboranti succurratur, quando omni alio auxilio est prorsus destituta, adeò vt mendicare cogatur, quòd est actricis potissimum fundamẽtum; nam illa etiã ratio in casu proposito euidenter cessat, quia id, quòd deficit ad victum, potest sibi honesto aliquo artificio comparare, aut si non potest, fratres habet diuites, à quibus de iure debent ei alimenta exhiberi, & ideò si verba deficiunt, & ratio cessat illius constitutionis, non video quomodo hæc mulier ad huius quartæ successionem possit admitti, cum etiam si dubitetur, an eadem, vel tanta ratio locum habeat, extra proprios terminos non debeat prorogari, vt diximus in primo articulo in duodecimo argumento, quòd hoc loco pro confirmatione huius comm. sententiæ repetitum intelligatur.

Neq; obstant suprascriptæ rationes, quia ex prædictis commodissimè potest responderi. Nã quòd primo obijcitur, quartam mulieri deferri, quàmuis supersint communes filij, à quibus posset alimenta petere, d. §. quia verò, in Auth. vt lic. matr. & auiæ, facilè tollitur duobus modis, & primò quod inspicitur tempus mortis mariti, an vxor sit locuples, vel inops, & an eo tempore habeat à quibus possit petere alimenta, vel non, quia eo tẽpore successio defertur, l. si quis filio exhæredato, in prin. ff. de iniust. testam. l. 1. §. proximius, ff. vnde cogna. §. cum quæritur, Inst. de hæred. quæ ab intesta. def. & §. proximius, de leg. agna. success. sed tunc temporis filij diuites dici non possunt, priusquàm fiant hæredes patris, quia pręposterum est, ante aliquem esse diuitem, quàm acquisierit, l. precia rerum, ff. ad leg.

 falcid.

41 falcid. & ideò † non potest dici, quòd vxor eademq; mater possit eo tempore, quo & filijs, & vxori defertur successio, alimẽta petere ab ipsis filijs, & maximè cum habeant beneficium abstinendi, & possint abstinere, l. necessarijs, ff. de acquiren. hæred. §. sui, in fin. Instit. de hæred. qualitate, & diff. & propterea vxori etiam, quæ tunc temporis inopia opprimitur, quarta defertur in bonis ipsius mariti, vt in prædictis iuribus continetur. Sed in casu proposito tempore mortis ipsius mariti vxor habet fratres diuites, à quibus debent ei alimenta præstari, vt dictũ est, neq; hoc incertum est, vt in facto præsupponitur, & ideò non potest dici in eo statu constituta, vt cogatur mendicare, quare cum inopia vrgeri non possit, cessat ratio illius constitutionis, & consequenter cessare debet cõstitutio, quia qualitas inopiæ, & egestatis tempore mortis mariti requisita in ea non reperitur, & ita in specie respondet Soc. sen. in cons. 30. nu. 8. vers. respondetur, lib. 4. & Corn. in d. Authen. Præterea, num. 8. versi. aduerte, C. vnde vir, & vxor.

Secundo etiam respondetur, quòd licet mater extantibus etiam filijs succedat in quarta, non tamen sequitur, quòd si soli filij admittantur, mater possit ab eis petere alimenta, quoniam facilè potest contingere maritum fuisse diuitem, & filios propter diuisionem bonorum, & æs alienum esse pauperes, ita vt commodè non possint alimenta matri præstare, l. si quis à liberis per tot. & ibi Bart. ff. de lib. agnoscen. qua ratione cõsultius visum fuit vxori superstiti, quæ vrgetur inopia prospicere, vt extantibus etiam filijs ad quartam portionem bonorum mariti diuitis admittatur; sed in casu proposito certum est (vt in facto præsupponitur) fratres huius mulieris esse diuites, ita vt commodè possint ei subuenire, quemadmodum de iure tenentur; & ideò cum cesset ratio illius constitutionis, ad successionẽ quartæ non debet admitti, & ita sentit etiam Corn. in d. Auth. Præterea, nu. 8. versic. aduerte, C. vnde vir, & vxor.

Neq; etiam refragatur, quòd secundo loco obijcitur, remedium illius constitutionis esse subsidiarium, sicuti remedium petẽdi alimẽta ab ipsis fratribus, & ideò ipsa mulier alterutrũ potue-

potuerit eligere,& cùm elegerit quartam, non possit amplius variare,d.l.si fundus,§.elegãter,ff.de lege commisso.Quia pluribus modis,& rectè respondetur;& primò,quòd ille tex.loquitur,& intelligitur de remedijs inuicem repugnantibus, tunc.n.
42 vno electo,alterum tollitur,l.1.C.de furt. † Sed hæc remedia non sunt repugnantia,sed diuersa;& ideò quàmuis vnus eorum elegerit,potest nihilominus ad alterum redire,l.naturaliter,§. nihil commune,ff. de acqui.poss.

43 Secundò respondeo,†quòd remedium prædictæ cõstitutionis omninò cessat,si aliud potest competere, ita vt vxor non possit dici in nouissima inopia constituta,vt ex verbis illius cõstitutionis manifestè apparet, vnde frustrà dicitur fuisse intentatum,& ideò ad alterum remedium,quod sibi competit,redire non prohibetur, l.2.ff. de optio.lega. & ibi Bart.in §.data, nu.5.& Bero.in cons.23.nu.19.lib.2. Tunc autem variare quis non potest,quando vtiliter elegit remedium,quod sibi dicitur competere,vt in d.l.si fundus,§.eleganter,ff. de lege cõmisso.

44 Tertiò respondeo, † quòd à iure communi constitutum est, vt soror à fratribus diuitibus ali debeat,d.l.1.§.1.ff.de tutel.& rat.distrah.cum conc. Quod autem vxor inops viro locupleti succedat in quarta contrà ius commune, miserationis gratia indultum est,vt in d.§.quoniam verò, in Auth.de exhib.reis,& in d.§.quia verò,vt lic.matri, & auiæ;nam ex iure communi, vxor non potest marito succedere, nisi de iure prætorio deficientibus omnibus agnatis,& cognatis,l.1.ff. & C. vnde vir,&
45 vxor,†& ideò illud remedium,quòd alimenta debeant ei à fratribus præstari,est ordinarium secundum ius commune,hoc autem remedium,quod succedat in quarta parte bonorum mariti,est contra ius commune,& extraordinarium,ergo donec locum habet remedium ordinarium, debet cessare extraordinarium,l.causæ,la 2.in princ. de minorib.l.in prouinciali,§. si in loco communi,ff.de oper.noui nunc.l. qui bona fide,§. de illo, & ibi not.Bart.de dam.infect.Vnde etiam apparet, quærelam inofficiosi testamenti, quod est remedium subsidiarium, non posse intentari si aliud competat,l.Papinianus,§.si impubes,ff.

de inoff.testam.§.tam autem,Inst.eod.tit.l. maximum vitium, versic.nam cum vltimum adiutorium,C.de liber.præter.

Quartò respondeo,quòd cum vtrunque remedium sit subsi-
46 diarium,†illud,quòd est minus subsidiarium,excludit id,quòd est magis subsidiarium,vt est casus in l.si filius tuus, & ibi Bal. C.de inoffic.donat.quam ad hoc etiam propositum inducit Socin.sen. in cons. 177. col.2.versi. confirmatur lib.2. & Ias.qui dicit illũ tex.esse notab.in l.in prouinciali.§. sed si in loco nu. 9.versi. vltra, Bar.ff. de oper.no.nunc.& sequitur Tiraq. in l.si vnquàm,in verbo libertis, nu.97.de reuoc. donat. Atque hoc remedium,quòd fuit propositum de successione quartæ aduersus hæredes mariti,est magis subsidiarium, & magis exorbitat à iure communi,quàm alterum remedium petitionis aliméto-rum contra fratres diuites,quia hoc nouissimo iure, & miserationis gratia fuit introductum, vt superius dictum est, ergo cũ possit habere locum aliud remedium petitionis alimentorum aduersus fratres diuites,quod est minus subsidiarium,& minus lædit ius commune,hoc ipsum cessare debet;nam & à iure cõmuni minùs est recedendum,quàm fieri potest,c.cum dilectus, de consue.c.1.in fi.de filijs presbyte. lib.6.

Tertiò non obstat,quòd hæc mulier diues dici non possit, quàmuis habeat ius petendi à fratribus alimenta, arg.l. precia rerum.ff. ad legem falcid.Quia,vt cesset hoc remedium magis subsidiariũ,& magis extraordinariũ,sufficit,ꝙ cõpetat aliud remediũ ordinariũ, vel minus subsidiariũ,& minus extraordinariũ,vt iam diximus. Nã satis, superq; à iure communi eius inopiæ prospectum est,cum à fratribus alimenta petere possit; ita vt non debeat mendicare , & consequenter cesset ratio illius constitutionis,vt cum cõmuni sententia cõcludit etiã Cephal. in cõs.244.nu.20.& infra,& plerique alij,in locis supra citatis.

Neq; ad rem pertinet,quòd Michael Grass. in tract.de successio.in §.successio.q.39.nu.5.dicat aliam opinionem esse veriorem,& à quodam Collegio ita fuisse pronunciatum ; quia mouetur solùm ex dicta l.pręcia rerum,ff. ad l. falcid.quæ ad
47 propositum non facit;† quia,vt mulier excludatur , non requiritur,

ritur,quòd ſit diues,ſed quòd non laboret inopia,vt non cogatur mendicare;cum autem ex iure communi poſſit à fratribus petere alimenta mendicare non cogitur,ergò ad ſucceſſionem quartæ non admittitur,vt dictum eſt,& cum ipſe etiā Michael dicat hanc eſſe communem ſententiam, eaq; legis auctoritate, vel concludenti ratione, non conuincatur,in iudicando nullo modo eſt recedendum,c.ne innitaris,de conſtit.& l.1. de offic. quæſt.Bar.& alij in l.1.de pœna Iud.qui malè iudic.atq; ita ab hac comm.ſententia in iudicando non eſſe recedendum in ſpē affirmat excellentiſs. olim collega meus D. Cephal. in conſil. 244.num.20.& infra.

Quartò non refragatur,quòd doctores ex maiori parte loquantur de vxore ſuperſtite,quæ habet patrem diuitem, aliud verò dicendum ſit in ea, quæ habet patrem locupletem; quia .ſ.pater teneatur alere filium,vel filiam ex iure naturali; frater autem teneatur alere ſororem ex iure ciuili, vt ſuperiùs dictū

48 eſt.†Nam quod attinet ad propoſitum noſtrum, nulla debet conſtitui differentia inter patrē,& fratrem;quia ſatis eſt fratrē iure ciuili obſtrictū eſſe, d.l.1.§.1.ff.de tutell.& ratio.diſtrah. cum conc.nam hæc ſola ratio excludit inopiam,& mendicitatem ipſius vxoris,per quam etiam Doct.concludunt, ꝙ vxor, quæ patrem habet diuitem,non poſſit in quarta ſuccedere, & cum ratio diuerſitatis quo ad id,de quo agitur,reddi non poſſit,diuerſum ius conſtitui non debet,l.3.§.1.ff.de iniuſt.teſtam. l.vlt.C.ad l.falcid.l.à Titio,de verb.oblig.l. illud.ff. ad legem Aquil. & quod ſufficiat ſimilitudo rationis in eo, de quo agitur,probatur per c.tranſlato,& ibi Abb.nu.3.& Fely.num.15. de conſtit.& l.vlti.& ibi not.Iaſ.nu.1.C.de collat.Dec.in l.diē functo,nu.16.de offic.aſſeſſo.Zaſ.in conſ.15.num.125.& infra lib.1.Crau.de antiq.tempo.in 4.parte,nu.102.

Præterea pleriq; etiam Doctores loquuntur in ſpecie de vxore,quæ habet fratrem diuitem,à quo cum poſſit alimenta petere,ſecundùm eos non admittitur ad huius quartæ ſucceſſionem,vt ſuperiùs oſtendimus.

Quintò non obſtat,quòd alimēta à parentibus, vel à fratri-

bus petantur iudicis officio nobili, quarta autem in bonis mariti petatur iure actionis, atq; ideò efficacius debeatur, iuribus supra citatis. Quia si hæc ratio esset vera, sequeretur, quòd hæc quarta magis esset debita vxori, quàm alimenta filijs, quod nó modo absurdum, sed etiam ridiculum est dicere, nam plùs quá
49 manifestum est, † hanc quartam vxori deberi iure positiuo, & exorbitanti, & alimenta filijs deberi ex iure naturali, l. 1. §. ius naturale, de iust. & iur. & ita huic rationi respondet Alcia. in consi. 18. nu. 18. versic. non obstat lib. 9. Item secundo loco respondet in specie Purpur. in consi. 330. num. 7. quòd licet in vno maior sit efficacia, quàm in alio, postquàm sunt in esse producta, vt prædicta ratio concludit, tamen in modo producendi faciliùs est iudicis officium, quod datur, quàmuis actio nó producatur per l. planè. ff. de petit. hęred. & glo. in cap. sicut 47. distinct. quæ vult pauperi contra diuitem dari officium iudicis pro habenda eleemosyna, pro qua non producitur actio; Idq; etiam idem Purp. latiùs confirmat in l. 1. ff. de iurisd. omnium iud. col. 12. versi. vlt. Bar.

Tertiò ego respondeo, quòd licet actio competat pro quar-
50 ta, † tamen illa nó datur, nisi in subsidium, & cum sit magis subsidiaria, & extraordinaria, quàm petitio alimentorum, debet cessare, cum alimenta nôn deficiant, vt superius dictum est, per d. l. si filius, C. de inoff. donat. quæ vult cessare querelam inofficiosæ donationis, si habet locum restitutio in integrum; & tamé restitutio in integrum petitur iudicis officio nobili, l. quod si minor, §. vlt. & l. illud, §. vlt. ff. de minorib. Bart. in l. 1. nu. 10. ff. de iurisd. om. Iud. & ibi Alcia. nu. 49. hanc communem opinionem esse testatur, & aduersus recentiores tuetur; & in specie, quòd si filio possit subueniri per officium iudicis, cesset illa querela inofficiosæ donationis, scribit etiam Bart. in l. 2. C. de inoff. donat. per d. l. si filius, eod. tit.

51 Neq; ad rem pertinet, † quòd iudicis officium nullam præsupponat obligationem, d. l. qui per collusionem, §. precij. ff. de actio. empt. cùm similib. Quia primùm respódeo illud esse verum, secundùm propriam significationem; nam largò quodam

modo

modo obligationem præsupponit, gl. in l. si seruum, §. effectus, de verbo. oblig. & in l. promissor, la 1. ff. de constit. pecun. & ita intelligit, & declarat Roma. in l. si socer à genero, nu. 15. ff. sol. matri. & Ias. Instit. de actio. circa principium, nu. 62.

Prætereà, & secundò respondeo, quòd officium iudicis semper nititur æquitate, l. quod si Ephesi, ff. de eo quod certo loco, Bar. in l. 1. nu. 10. ff. de iurisd. omn. iud. ex æquitate autem, licet consensus non interueniat oritur obligatio, l. si mè, & Titiũ, ff. si cert. peta. qua ratione iudicis officium saltem præsupponit obligationem, quæ nascitur ex æquitate: alioquin si per iudicẽ solueretur id, quod esset indebitum, vnde æquitas oriri debet, nasceretur iniquitas, contra l. meminerint, C. vnde vi. & ita declarat Alc. in l. 1. nu. 44. ff. de iurisd. omn. iud.

Neq; ad propositum facit, quòd alimenta præteriti tẽporis iudicis officio peti non possint, quę tamen iure actionis possunt peti, quia cum aliquis vixerit, iudicis officiũ, quod nititur ęquitate non habet fundamentum æquitatis, vnde si quis ob eam causam mutuam pecuniam accepisset, tunc etiam, quia æquitas suggerit, possent peti, vt scribit Bart. in l. libertis quos. §. 1. ff. de alime. lega. & sequitur Ias. in l. de alimentis, num. 6. C. de transact. In proposito autem si hæc mulier propter alimenta præteriti temporis, mutuam pecuniam acceperit, similiter eã poterit à fratribus petere, & de futuris nulla potest ei fieri cõtrouersia, vt superiùs dictum, & demonstratum fuit.

Sexto, & vltimò, non obstat, quòd hæc mulier fuerit dotata à patre, & ideò non possit petere alimenta sibi à fratribus exhiberi, quoniã sũt hæredes patris. Quia respõdeo duobus modis.

Primò, quòd aut ista mulier fuit condecenter dotata, aut non, priore casu excluditur ex verbis, & mente constitutionis, d. §. quoniam verò, in Auth. de exhib. reis, d. §. quia verò, in Authen. vt lic. matri, & auię. Posteriore autem casu, si non est condecenter dotata, potest petere supplementum congruæ dotis à fratribus, qui sunt hæredes patris, atq; ita ab hoc beneficio quartæ portionis, quæ nouissimo loco debetur in subsidium intelligit exclusa, & hoc modo argumẽtũ bellissimè retorquetur.

Secun-

52 Secundò respondeo,† quòd fratres siue sint hæredes patris, siue non sint, iure proprio, & tanquàm fratres tenentur alere sororem inopē, vt l. 1. §. 1. ff. de tutell. & ratio. distrah. cū conc. & ideò nihil est necesse hoc loco disserere, an propter doté intelligatur ab alimentis exclusa, quia quotiescunq; deducitur ad inopiam, fratres tenentur ei alimenta exhibere. Quamobrē cum hæc mulier à fratribus suis possit petere alimenta, quæ nulla ratione possunt ei denegari, debet à petitione quartę portionis in bonis mariti submoueri, quoniam magis congruit iuri communi, & rationi, quod eius inopię per fratres diuites, quàm per hæredes mariti succurratur, vt ex prædictis manifestissimè apparet.

Quoniam verò solutio huius dubitationis reis conuentis ad victoriam satis abundè potest sufficere, nihil est necesse aliàs dubitatione euoluere; sed vt nihil indiscussum relinquatur, & vt dilucidius appareat, eos omninò absoluendos fore, aggredior ex ordine quartum articulum, an, s. prædictæ D. Catherinæ possit efficere, quòd dictam quartam partem bonorum nó petierit in bonis primi mariti. Et quidem prima fronte magis videtur dicendum, quòd ei nihil possit officere.

53 Primùm,† quia debitor potest in fraudem creditorum repudiare hæreditatem, & legata sibi relicta; potest enim velle acquirere, non suum proprium patrimonium alienare, l. qui autem, paulò post principiū, & §. sed, & illud, ff. qui in fraud. credit. Igitur pari ratione hæc mulier quartam sibi delatam ex bonis primi mariti potuit nolle acquirere; & nunc cum inops esse appareat, non debet prohiberi quominus quartam sibi delatam ex bonis secundi mariti possit petere.

54 Secundò† vxor, quæ petit quartam ex hæredibus primi mariti, miti debet ex inopia illius temporis, quo primùm matrimonium fuit dissolutum, arg. l. in delictis, §. si extraneus, ff. de nox. actio. Sed hoc fundamentum in præsentia deficit, quia secundas nuptias contraxit; & ideò desinit inopia laborare, nec cogitur amplius mendicare: & si quartam obtineret, non tamē ob id dedecus præteritæ mendicitatis tolleretur: quia quod factum

ctum est, infectam fieri nulla ratione potest, l. in bello, §. factæ, ff. de cap. & postlim. reuer. c. si Paulus, 32. q. 5. ergò huiusmodi
55 quartã ex bonis primi mariti petere nullo modo potest. † Neq; congruit rationi, vt nunc petat quartam ex bonis primi mariti, ne sit dedecori secundò, quia nunc eius inopia non lædit honorem primi matrimonij, sed secundi, cuius forum sequitur, & domicilium retinet, c. is qui de sepult. lib. 6. In hoc. n. secundo matrimonio perseuerare intelligitur, l. omnem, ff. ad Tertul. §. non tamen, in Authẽ. de nupt. & d. c. is qui.

Tertio accedit, quòd coniux superstes contrahendo secundas nuptias, videtur lædere primùm virum, quia eius anima ex secundis nuptijs contristatur, §. si autem tutelam, & §. soluto naturali, & §. quæ verò, versic. nos igitur. in Auth. de nupt. Igitur, si primo marito fecit iniuriam, indigna est illius successione, §. non tamen, in Auth. de nupt.

Sed tamen supponendo primùm maritum fuisse locupletẽ, quod & per notorium probari potest, vt Bar. scribit in l. si cõstante, in prin. nu. 11. ff. solu. matrim. diuersa sententia mihi verior videtur, quòd cũ ista mulier potuerit, vel nunc possit quartam consequi ex bonis primi mariti, non possit eam nunc petere ex bonis secundi.

Primùm, quia videtur casus in d. §. quoniam verò, versic. nã si aliundè forsitan, in Authen. de exhib. reis, vbi dicitur, quòd si
56 aliundè forsitan habeat, & dotem non offert, non succedit; † sed ista habebat aliundè; quia habebat actionem ad quartam ex bonis primi mariti ex qua congruam dotem dare potuit secundo marito. Igitur non potest succedere. Nam qui actionem habet, rem ipsam habere videtur, l. qui actionem habet. ff. de reg. iur. vnde etiam quod mihi debetur, meum appellatur, gl. in l. si tibi pecuniam, in verbo meum, ff. si cert. peta. cum conc. adductis per Doct. in d. l. qui actionem, nu. 1. Item quia hæc mulier potuit saltem cedere actionem, quam habuit ad dictam quartã portionem iux. l. nomen filiarũ, §. habere, ff. de verb. signi. & ita in his terminis hoc argumẽto vtit̃ Soc. sen. in cons. 121. nu. 36. lib. 4. & Fabia. de Pep. in d. Auth. Præterea, nu. mihi 33. vers. 8.

Secun-

57 Secundò confirmatur,† nam qui potest facere, vt nõ sit pauper, vel vt sit diues, quo ad eius præiudicium, pro diuite haberi debet, quia sibi culpa potest imputari, l. qui potest facere, ff. de reg. iur. & ibi not. l. iure ciuili, & l. si ciui. §. vlt. de cõd. & demonstra. & l. in executione, §. pe. de verb. oblig. sed hęc mulier potest facere vt non sit pauper, vel vt non laboret inopia; quia potest petere quartam ex bonis primi mariti, ergo si nõ petat, non potest etiam quartam petere ex bonis secundi mariti. Nã plusquàm manifestum est, quòd ea mulier, quę non laborat inopia, non admittitur ad quartam, d. §. quoniam verò, in Authé. de exhib. reis, & d. §. quia verò, in Auth. vt lic. matri, & auiæ, & d. Auth. Præterea, & ideò cum quartam possit exigere ab hæredibus primi mariti, illa perinde debet in eius bonis computari, ac si eam exegisset, l. facere posse, & ibi Bart. & alij. ff. solut. matr. & damnum quod quis sua culpa patiatur, sibi debet imputari, c. damnum, de regu. iur. lib. 6. l. quod quis damnum. ff. eod. tit. & hoc etiam argumento in terminis vtitur idem Soc. sen. in d. cons. 121. nu. 31. lib. 4. & Fabia. de Pep. in d. Authen. Præterea, nu. 33. in princ.

Tertiò considero, quòd si mulier potest petere quartam ex
58 bonis primi mariti, vt præsupponitur † si non petat dolo facere videtur, vt quartam ex bonis secundi mariti consequatur. Igitur eam consequi non debet, quia cum quis in præiudicium alterius dedita opera incidit in paupertatem, non gaudet priuilegio paupertatis, l. etiam, §. licet, ff. solu. matri. l. penult. in fin. ff. de iur. dot. l. vlt. §. vlt. ff. quæ in fraud. cred. Bart. in l. alia. §. eleganter in fi. ff. solu. matri. & in terminis hoc etiam argumento vtitur Soc. sen. in d. cons. 121. nu. 35. lib. 4. & Fabia. de Pep. in d. Auth. Præterea, nu. 33. versi. 4. vnde vir, & vxor, & illud dictum Socini sequitur etiam Crau. in cons. 202. num. 1. in versi. ideò scripsit, & Didac. var. resol. lib. 2. cap. 16. nu. 9. versic. 3. & Decia. in cons. 121. num. 20. & inf. lib. 3. & clariss. olim collega meus D. Cephal. in cons. 244. nu. 22. & infra, & hanc quidem opinionem in proprijs terminis, post alios communem profitetur Michael Grass. in §. successio ab intestato, q. 42. dicens, ꝙ si mu-

ſi mulier inops, quæ dotem nullam habuit,ſecundo nubat, & quartam ex bonis prioris mariti petere neglexerit, non poterit eam conſequi ex bonis ſecundi mariti.

Neq; huic ſententiæ officiunt contrariæ rationes, quia facilis eſt,& expedita reſponſio.

Nam ad primam,per quam dicitur debitorem poſſe repudiare hæreditatem,& legatum in fraudem creditorum,reſpondet in ſpecie Fabia.de Pep.in d.Auth.Præterea,nu.*33*. verſic. ſed in contrarium, & ego apertiùs declaro, quòd licet poſſit mulier nolle acquirere,non tamen ob id, quòd non acquiſiuit beneficium conſequi poteſt, & ideò tanquàm nihil proprium habens,non debet admitti ad quartam bonorum ſecundi mariti.Nam in caſu propoſito hoc agitur, quòd mulier nolit acquirere quartam ex bonis primi mariti ad iſtum effectum, vt quartam conſequi poſſit ex bonis ſecundi mariti, quoniam ſi eam habeat ex bonis primi mariti,non poteſt eam amplius petere ex bonis ſecũdi,quia ceſſat cauſa inopiæ,propter quã hoc ei beneficium indulgetur,d.§.quoniã verò,in Auth.de exhibẽ. & introd.reis,& d.§.quia verò,vt lic.mat. & auiæ.Aliud eſt igitur ſimpliciter nolle acquirere, & hoc cuilibet permiſſum eſt,
59 d.l.qui autem,ff.quæ in fraud.cred.† aliud eſt nolle acquirere, vt propterea non acquirẽs ſit talis,vt ad præiudicium alteriùs poſſit beneficium conſequi,& hoc nõ videtur eſſe permiſſum; quia alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri,c.nõ debet,de reg.iur.lib.6.Nec debet alteriùs inertia,aut negligẽtia,aut cupiditate alterius ius corrumpi,l.ſi pariter,circa prin. ff.de liber.cauſ.l.ſi non expedierit,§.1. verſic. quid ergo.ff. de
60 reb.iud.aucto.poſſid. † vnde,& ſibi prodeſſe vnuſquiſq;, dùm alteri non noceat, non prohibetur, l.1.§. idem aiunt, ff.de aqua pluu. arc.

Hoc amplius dico,ꝙ d.l.qui autem, in prin.ff. quæ in fraud. cred.expreſsè loquĩt,quando quis alienat in fraudẽ creditorũ, vt tũc poſſit alienatio reuocari,quoniam eo edicto Prętor cõſuluit creditoribus reuocando ea,quæ in fraudem creditorum alienata ſunt,vt dicitur in l.1.paulò poſt principium,eod.tit.

Et

Et ideò, qui cum possit acquirere hæreditatem, vel legatũ, non acquirit, quia non alienat, hoc est proprium patrimonium non diminuit, illo edicto non prohibetur, vt dicitur in d.l. qui autem, in princ. At in proposito, vt mulier à successione quartę excludatur, satis est, quòd possit esse diues, vel quòd possit inopia non laborare, d.§. quoniam verò, in Auth. de exhib. reis, & d.§. quia verò, vt lic. matri, & auiæ, & d. Auth. Præterea. Quare cum D. Catherina potuerit consequi quartam ex bonis primi mariti, & noluerit, non debet admitti ad successionem quartæ bonorum posterioris mariti; habet enim, quod sibi imputet, si noluit suæ inopiæ prospicere; nam sibi imputare debet, qui sibi non prospexit, vt dicitur in l. vlt. de aqua plu. arcen. §. qui bona fide. §. de illo, de damn. infect.

Secundò non obstat, quòd vxor; quæ petit quartam ab hæredibus primi mariti, debeat niti ex inopia illius temporis, quo primùm matrimonium fuit dissolutum, & cum mulier secundas nuptias contraxerit, illa inopia cessauerit.

Quia huic etiam respondet in specie Fabian. de Pep. in d.
61 Auth. Præterea, nu. 33. vers. sed responderi potest, † quòd inspicitur tempus mortis primi mariti, quo propter inopiam defertur quarta vxori superstiti. Neq; hoc ius ei delatum, & acquisitum extinguitur, licet posteà ad pinguiorem fortunam peruenerit, quoniam satis est inopiæ qualitatem à lege requisitã eo tempore adesse, quo successio defertur, arg. l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxa. actio. & l. Titius, ff. de mili. testam. Bart. in l. ex facto, de vulga. subst. & in l. præcipimus, §. sanè, C. de appell. & ita in specie respondit etiam Dec. in cons. 24. nu. 2. & 3. & 6. & sequitur Guliel. Benedict. in c. Raynutius, in illis verbis, & vxorem nomine Adelasiam, in quinta decis. nu. 242. de testam.
62 † Idq; consimili exemplo confirmatur: nam si extat statutum, quòd filia dotata non succedat patri; requiritur, quòd filia sit dotata tempore mortis patris, & sic eo tempore, quo successio defertur, quòd si eo tempore non fuerit dotata, ad successionẽ patris admittit, neq; si postea incipiat esse dotata, excluditur, Bar. in cons. 31. quidam decessit intestatus, quod sentit etiã in

l. Ti-

l.Titio centum,§.Titio genero,nu.5.de cond.& demonstrat.& Bal.in l.si plures,nu.29.de cond.insert.Ancha.in cons.300.nu.1.& 2.Alex.in cons.151.nu.2.lib.2.& in cons.227.nu.9.lib.7. Corn.in cós.49.nu.12.lib.1.Dec.in cons.105.nu.2.Rol.à Val. cons.96.nu.14.& infrà,lib.4.

Vnde quemadmodum filia post mortem patris dotata non excluditur à successione patris sibi delata, pari ratione vxor, quæ inops est tempore mortis mariti,non debet excludi à successione quartæ sibi delatæ,quàmuis posteà locuples facta fue-
63 rit,† quia cessante causa, non cessat effectus in esse productus, Bar.in l.Titia,§.Imperator,nu.10.de lega.2.

Neq; inspicitur, vtrum inopia nunc sit dedecori primò, vel secundò marito;nam hoc solùm generaliter prospectum est,vt vxor superstes succedat in quarta bonorum mariti locupletis defuncti,ne alioqui cogatur mendicare,vt in prædictis iuribus continetur.Itaq; cum in casu proposito coniux superstes tempore mortis primi mariti fuerit inops, potuit exigere quartã in bonis ipsius,quòd ius non dicitur extinctum, licet posteà secundas nuptias contraxerit, & ad pinguiorem fortunam peruenerit; ex quo sequitur, quòd ex bonis secundi mariti quartam consequi non possit.

Tertiò,& vltimò,non obstat, quòd vxor, quæ contrahit secundas nuptias lædat memoriam prioris mariti,ideoq; videatur indigna illius successione: Quia respondet etiam Fabia.de
64 Pep.in d.Auth.Præterea,nu.34. versic.primò, † quòd mulier, quæ contraxit secundas nuptias,amittit dignitatem, quàm ex primo viro fuerat consecuta, iux.l. fœminæ,ff. de senato.quia nec verè,nec fictè dicit̃ in primo matrimonio, perseuerare, sicuti si vidua permaneat, l.filij.§. vidua,ff. ad municip. & l.vlt. C. de bon. mater. & in hoc casu loquitur, & procedit tex.in d.§. nõ tamen,in Auth.de nupt.Sed ex hoc non sequitur,quòd coniux superstes per secundas nuptias,priuetur quarta sibi delata ex bonis primi mariti;nam hoc iure sibi acquisito priuari non debet,quia nulla lege hoc est constitutũ, §. consideremus, in Auth.de trient.& semiss.& l.illam,C. de collat.l. at si quis,

§.di-

§.diuus,ff.de religio. & sump.fune.& ex diuersis non infertur, l.Papinianus exuli;de minorib.l.naturaliter,§.nihil commune, ff.de acquir.possess.

Secundò idem etiam Fabia.respondet,quòd vxor,quæ contrahit secundas nuptias,priuatur bonis mariti defuncti,quoniã supersunt liberi ex eo concepti,l.generaliter,& l. fœminæ. de secũdis nupt.& §.soluto,& §.si verò expectet,in Auth.de nupt. sed in casu proposito mulier non suscepit liberos, neq; ex primo,neq; ex secundo viro,ergo cessat pœna priuationis.

Tertiò etiam respondet idem Fabia.quòd vxor, quæ transit ad secundas nuptias,perdit dignitatem,quam habet ex persona mariti,sed non perdit id,quòd consequetur ex prouidentia legis,Bal.per illum tex.in l.vlti.de bon.mat.quod dicit memoria retinendum,& ideò illud ius,quod habet ex dispositione legis,vt possit consequi quartam ex bonis mariti defuncti, non debet amittere.Quare sublatis contrarijs rationibus, manifestè apparet vxorem ipsam,quæ potuit,vel potest cõsequi quartam ex bonis primi mariti,non posse nunc quartam petere ex bonis secundi mariti.

Quinta est dubitatio,an sufficiat dotem esse congruã tẽpore cõtracti matrimonij,ad hoc,vt non sit locus d.Auth.Præterea.

Et quidem prima(quòd aiunt) fronte magis videtur respondendum,non sufficere dotem esse congruam tempore contracti matrimonij, sed congruam esse oportere tempore mortis ipsius mariti.Nam constitutũ est,quòd vxor superstes in quarta succedat,ne contra honorem benè transacti matrimonij cogatur mendicare,d.§.quoniam verò,in Auth.de exhib.reis, & §.quia verò,vt liceat matri,& auiæ,coniuncta l.vnum ex familia,§.vlt.de lega.2.Sed hæc ratio habet locum, quando dos nõ est congrua tempore mortis ipsius mariti,quia tunc cõtra honorem bene transacti matrimonij,si dos non sit congrua,cogitur mendicare; ergò ad successionem quartæ debet admitti, atq; ita tempus mortis ipsius mariti spectandum est; & magis in specie ponderatur textus in d.§.quoniam verò, in illis verbis;sed in nouissima viuentes inopia,propterea sancimus,prouiden-

65 uidentiam fieri etiam harum. Nam illa † dictio propterea, denotat causam finalem, c. 1. paulò post prin. de restit. spoliat. lib. 6. l. 2. ff. de vsur. item ille tex. subiungit in fi. vt inopia cōiugis per
66 diuitias saluetur alterius: † Itaq; cum hoc fuerit constitutum, ne vxor inops post mortem viri locupletis laboret inopia, & vt per diuitias defuncti alterius inopiæ succurratur, necessariò sequitur, quòd tēpus mortis alterius coniugis spectari debeat, an qui superest, inopia opprimatur. Nam clarum est, quòd cōstante matrimonio, vxor non potest inopia laborare, quia siue fuerit dotata, siue indotata, à viro debet ali, Paul. Castren. & Alex. in l. si cum dotem, §. sin autem, in sæuissimo, ff. solu. matri. Similiter etiam ponderatur tex. in Authen. Præterea, C. vnde vir, & vxor, vbi dicitur, quòd si coniux præmoriens locuples sit, superstes verò laboret inopia, succedat in quarta; Nam hæc verba referuntur ad tempus mortis, quo de successione agitur; quia viuentis nulla est hæreditas, l. qui superstitis, de acqui. hæred. l. 1. ff. de hæred. vel actio. vendi, & ideò cum de successione hæreditatis agitur, tempus mortis inspicitur, an aliquis possit succedere, l. si alienum, §. 1. ff. de hæred. instit. §. pen. Insti. de hæred. quali. & diff. Quare simili modo videtur posse dici, quòd vxor dotem congruam habere debeat tempore mortis mariti, vt à successione quartæ repellatur, & si tunc temporis dotem congruam non habeat, ad successionem quartæ admittatur; & hæc iura in proprijs terminis sic pōderat, & inducit Rol. à Val. in cons. 15. nu. 5. & infra lib. 3.

Secundò, & fortiùs ponderatur etiam tex. in §. quoniam verò, in Auth. de exhib. reis, in vers. inops, aut vir, aut mulier inueniatur, ex his. n. verbis colligitur, quòd non debeat considerari quantitas dotis datæ, vel constitutę, sed an tēpore mortis vnius
67 alter coniux inops inueniatur. † nam illud verbum inueniatur, significat quandam inuestigationem, Ange. in l. possideri, §. Neratius, ff. de acqui. possess. & ita illum tex. perpendit Barbat. in cons. 74. col. 3. lib. 4. vbi dicit sic inducendo casum esse indubitatum. Idemq; scribit Rol. in d. cons. 15. nu. 21. lib. 3.

Tertiò inducitur etiam ille tex. in d. §. quoniam verò: Nam

illa dispositio locum habet, siue vir, siue vxor tempore mortis alterius inops inueniatur, vt dicitur. Atqui clarum est, quòd illa datio dotis tempore contracti matrimonij militat in vxore, & non in viro: quo casu sequeretur, quòd si illa esset ratio formalis, quòd. s. matrimonium esset contractum sine dote, haberet locum eius dispositio, quo ad vxorem dumtaxat, & non quo ad maritum; & tamen ille tex. idem de vtroq; disponit,
68 scilicet de viro, & vxore. † ergo sequitur, quòd formalis ratio est inopia, quæ vtriq; pariter congruit tàm viro, quàm vxori, cui consequenter est, quòd siue vxor fuerit dotata, siue indotata sufficiat, quod tempore mortis mariti relicta sit inops, & ita Barb. in d. cons. 74. col. 3. vers. 2. lib. 4. inducit illum tex. & subdit ibi esse casum, qui ponit gladium ad radicem huius dubitationis, idemq; affirmat Rol. in d. cons. 15. nu. 21. lib. 3.

Quartò etiam accedit, quòd tempus mortis patris inspicitur, an filio legitima debeatur, l. cum quæritur, & Auth. nouissima, de inoff. testam. l. 1. §. si impuberi, ff. de colla. bono. ergo simili modo tempus mortis mariti spectandum est, an hęc quarta vxori debeatur, quia defertur iure hæreditario, iurib. supra citatis, coniuncta. l. si alienum, §. in extraneis, ff. de hæred. instit.

69 Quintò quando quæritur, † an filia sit congruæ dotata, ita vt contemplatione congruæ dotis à masculis per statutum excludatur à successione patris, spectatur tempus mortis ipsius patris, an eius facultatibus inspectis dotem congruam habeat, Paul. Castr. in cons. 131. licet ista Domina Lysa in antiq. quòd in nouis est cons. 265. lib. 1. idemq; scribit Bal. Nouell. in tract. de dote in 6. parte, priuil. 17. & copiosè consuluit Dec. in cons. 276. ergo simili modo, cum quæritur, an vxor dotata possit viro succedere in quarta, inspiciendum est, an tempore mortis ipsius mariti congruam dotem habeat secundum facultates, & dignitatem ipsius viri.

Sextò si tempus contracti matrimonij, non autem mortis spectari deberet, an mulier esset bene dotata, vel non; sequeretur, quòd si maritus accepisset vxorem indotatam, vel non bene dotatam, & posteà constante matrimonio vxor peruenisset

ad pinguiorem fortunam,& dotem,vel incrementum dotis viro dedisset( id quod fieri posse dubium non est,l.vlt.de donat. ante nupt.§.est & aliud,ad fi.insti.de donat. Bald.in cons.456. nu.1.lib.1.)certè sequeretur,quòd posset succedere in quarta, cum tempore contracti matrimonij dotata , vel bene dotata non fuerit;& tamen hoc est falsum,quia quarta defertur solùm vxori inopi inspecto tempore mortis, ne mendicare cogatur, iuribus suprà citatis;igitur non debet spectari tempus contracti matrimonij,sed mortis alterius coniugis,& hoc argumento vtitur etiam Rol.à Val.in d.cons.15.nu.20.lib.3.

Septimò si tempus contracti matrimonij inspiciatur,& non
70 tempus mortis mariti,sequitur absurdum,† quòd si aliqua mulier viro dotis nomine dederit centũ aureos,atq; illa dos fuerit congrua inspecta qualitate ipsius mariti; deinde verò ipse maritus dignitate Comitatus,vel Marchionatus sit decoratus, atque is mortis tẽpore reliquerit annuũ redditum viginti, vel triginta millium aureorum;vxor superstes debeat esse sua dote contenta,quòd est inhumanum , & indecorum , quia donec vidua permanet,censetur esse in priore matrimonio,l.quoties, C.de dignitat.lib.12.l.vlt.C.de bon.mat.& l.fœminę,ff.de senatorib.Verùm planè lex,quę ad clementiam aperta est,vt dicitur in d.§.quoniam verò,in Auth.de exhib.reis, non videtur velle,quòd vxor, quæ inspecta cõditione viri in magna dignitate constituti,honorificè solita erat incedere cum famulis, & domicellis,nunc post eius mortem debeat sua exigua dote esse contenta,& cum centum dumtaxat aureis vitam ducere infelicem,hoc enim esset contra clementiam, quam tamen ipse legis conditor in d.§.quoniam verò,profitetur. Quare, vt cesset hoc absurdum,dicendum est,quòd vxor superstes, quæ inopia opprimitur,debeat in quarta succedere:Nam absurdum est fugiendum,l.nam absurdum,ff.de bon.libert.cum conc.& ratione euitandæ absurditatis extensio permittitur,Ioan. Crot.in l. si is qui pro tempore, num.166.ff.de vsucap.Rui.in cons.168. nu.29.lib.3.& in cons.84.nu.8.lib.4.atq; ita in proposito argumentatur,Rol.in d.cons.15.nu.6.& infra lib.3.

Octauò,& vltimò pro hac sententia idem Rol.eod. cõs.15. nu.25.versic.quarto,adducit in terminis Barbat.in d. cons.74. col.3.& seq.lib.4.& Corn.in cons.4.col.vlt.vers.& licet,lib.4. & in cons.224.aliàs 324.in prin.eod.vol.& Dec.in cons.24.in prin.vers.2.& in vers.8.& in vers.prædicta, & eundem Dec.& Cur.iun.in d.Auth.Præterea,vnde vir,& vxor. Guliel. Bened. in c.Raynutius,in illis verbis, & vxorem nomine Adelasiam, in quinta decis.num.242. de testam. & Tiraquell.in tract.cess. causa,in 4.limitat.

Sed,& si hæc iura, & rationes, & auctoritates mulierum videantur vrgere,ego tamen contrariam sententiam veriorem, & crebriorem puto , quòd imò tempus contracti matrimonij spectandum sit,an vxor fuerit benè dotata,vel non,vt si fuerit benè dotata ad successionem quartæ non admittatur ; tametsi inspecto tempore mortis mariti,dotem congruam nõ habeat.

71 Et primùm cõsidero d.§.† quoniam verò,in Auth.de exhib. reis,dum in princ.ait,videmus autẽ quosdam cohærentes mulieribus indotatis;nam cum loquatur de mulieribus indotatis; de mulieribus dotatis,præsertim ijs,quæ inspecto tẽpore contracti matrimonij sunt benè dotatæ , nullo modo potest intelligi:Namq; illud participium cohærentes , quòd est præsentis temporis,intelligitur secundum tempus verbi,l.in delictis, §.si extraneus,ff.de noxal.actio.& l.Titius,ff.de milita.testam.

Rursus considero,quòd ille tex.subiungit,attamen eo,quòd non sit facta neq; dos,neq; ante nuptiales donatio, nihil habere valentes,sed in nouissima viuentes inopia,&c. Pondero illã dictionem eo,quòd,quę redit rationem, cur huiusmodi mulieres nihil habere valeant,& in nouissima sint inopia constitutæ, quia,inquit,neq; dos,neq; ante nuptiales donatio facta est;quæ verba nullo modo possunt adaptari ad eas mulieres , quibus dos præsertim congrua fuerit constituta .

Item ille tex.illicò subiungit;propterea sancimus,& ita dictio propterea , vt ex aduersò etiam dicitur , apertè significat causam finalem illius constitutionis,d.c.1. paulò post princ.de restit.spolia.lib.6.& l.2.ff.de vsur.Itaq; illa inopia,est circumscri-

ſcripta ob eam cauſam, quod huiuſmodi mulieres nuptæ ſint ſine dote; ergo nõ poteſt illa conſtitutio intelligi de ijs mulieribus, quæ dotem congruam habuerunt tempore nuptiarum.

Præterea ſubiungit etiam ille tex. in verſic. hæc autem dicimus, ſi coniunctorum alter dotem, vel ante nuptialem donationem non faciẽs, inops aut vir, aut mulier inuenietur: ex quibus verbis manifeſtè colligitur, quòd aut vir, aut mulier debeat inueniri, non quidem ſimpliciter, ſed quia dotem, vel ante nuptialem donationem non fecerit. Itaq; à verbis legis pręſertim exorbitantis recedere non licet, & ſi verba adaptari nõ poſſunt, ceſſat diſpoſitio, l. 4. §. toties, de dam. infect. l. quod conſtitutum, ff. de mili. teſtam.

Secundò pondero etiam tex. in d. §. quia verò, in Authen. vt lic. mat. & auiæ, dùm dicit, quia verò legem dudum poſcimus præcipientem, vt ſi quis vxorem aliquam ſine dotalibus acceperit cum affectu ſolùm nuptiali; quæ quidem verba nullo modo poſſunt adaptari ad vxorem, quam quis cum dotalibus inſtrumentis accepit; Item ſubiungit, & aliam poſt hanc fecimus legem decernentem, ſi quis indotatam uxorem propter affectũ ſolùm acceperit, & vſq; ad mortem cum ea viuens pręmoriatur, accipere ſimiliter, & eam quartam illius ſubſtãtiæ portionem: Pondero illud verbum, indotatam, quod ſine dubio exclu

72 dit vxorem benè dotatam; †nam quod de vno dicitur, conſequens intellectus patet, quòd de altero negatur, c. non ne benedicimus, de præſumpt. cap. qualis, 25. diſtinct. l. cum prætor, in princ. ff. de iudic. Item pondero hæc verba propter affectum ſolùm; quæ ſimiliter excludunt vxorem, quam quis cum dotalibus inſtrumentis acceperit, nam nemo dixerit, eam vxorem propter ſolum affectum ductam eſſe, quæ ducta eſt cum dote congrua eo tempore inſpecto. Igitur cum in verbis nulla eſt ambiguitas, non debet fieri aliqua controuerſia, an vxor, quæ dotem congruam habuit tempore nuptiarum, poſſit in quarta ſuccedere, quoniam apertè colligitur, quod ſuccedere non poſſit: Neque caſus, qui poſtea inciderit, in conſideratione haberi debet, quoniam à primordio tituli poſterior formatur

euentus, l. 1. C. de imponen. lucra. descript. lib. 11.

Tertiò inducitur etiam l. vlti. C. de repud. vbi sancitum est, quòd si maritus accepit vxorem sine dote, eamq; sine causa expulerit, quartam partem suæ substantiæ eidem persoluere cogitur; & hæc † qualitas sine dote, adijcitur huic verbo, acceperit, ergo secundùm tempus illius verbi debet intelligi, l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxa. actio. & l. Titius, ff. de milita. testam. Bart. in l. ex facto, de vulg. substi. Et ideò si eo tẽpore quo quis eam in vxorem accepit, illa dotem congruam habuerit, ad quartam non admittitur; Deinde verò condita est lex in d. §. quoniam verò, in Auth. de exhib. reis, quæ similiter vult, ꝙ si quis vxorem acceperit sine dote, illa succedat in quarta portione, si maritus locuples decesserit; & Imperator dicit, se illã quartam deferre ad similitudinem illius quartæ, de qua loquitur, dicta l. vlt. C. de repud. & dicit in omnibus secundùm instar illius constitutionis etiam hic seruandis. Quemadmodum igitur in d. l. vlt. consideratur tempus contracti matrimonij, quòd scilicet contractum fuerit matrimonium sine dote; ita etiam illa constitutio in d. §. quoniam verò, quæ in omnibus sequitur, illius exemplar debet intelligi, quod tẽpus contracti matrimonij sit inspiciẽdum, an vxor dotem congruam habuerit, ad successionem illius quartæ non admittatur, quia quæcunq; posita sunt in lege, quæ extenditur, repetita intelliguntur in l. extendente, vt in Authẽ. de fili. ante dota. instr. nat. paulò post princ. Idemq; colligitur ex d. §. quia verò, in Authẽ. vt lic. matri, & auiæ, vbi etiam Imperator considerat tempus, quo quis vxorẽ accepit sine dote, & se ipsum refert ad l. vlt. C. de repud. atq; ita ex verbis, & mente harum omnium legum manifestè probatur, quòd si matrimonium fuerit contractum cum dote præsertim congrua, quàmuis postea ex aliquo euentu non sit congrua, illa dispositio locum non habeat, & ita perpendit, & ad propositũ hęc iura inducit Soc. sen. in cõs. 30. n. 10. & 11. lib. 4.

Quartò etiam accedit, quòd in d. §. quoniam verò, in Auth. de exhiben. reis, & in d. §. quia verò, vt lic. matri, & auiæ, & in Auth. Præterea, vnde vir, & vx. hæc duo requiruntur; primùm qui-

quidem, quòd matrimonium fuerit contractum sine dote ( & quia in hoc articulo præsupponitur dotem fuisse congruã tempore contracti matrimonij, sine veri præiudicio admitto nũc, quòd de dote congrua intelligatur;) secundum est requisitum,
74 quod vxor superstes sit inops: † ergo alterum non sufficit, l. si hęredi plures, de cond. instit. & satis constat non sufficere, quòd vxor sit indotata, vt possit succedere, sed requiritur etiã, quòd laboret inopia. Per contrarium ergo similiter nõ sufficit, quòd vxor superstes inopia opprimatur, quia alterum etiam requiritur, quòd tempore contracti matrimonij, dotem saltem congruam non habuerit: Nam si sola inopia sufficeret, Imperator vnico verbo potuisset dicere, locum esse successioni illius quartæ, si coniux superstes inopia opprimatur, & hoc modo frustrà de matrimonio sine dote contracto fecisset mentionem: quod non est dicendum, cum sæpissimè & de dote, & de donatione ante nuptias mẽtionem fecerit; & similiter etiam Doct. omnes colligunt, quòd sine dote saltem congrua debeat esse contractum matrimonium, vt illa successio quartæ locum habeat, & hoc perpendit in specie Soc. sen. in d. cons. 30. num. 11. lib. 4. & Hierony. Gabriel. in cons. 142. num. 11. in fin. qui etiam subdit nu. 12. id quod Doct. tradunt ad dignoscendum, vtrùm mulier
75 sit inops, an non, spectari oportere tempus mortis, † intelligendum esse quando mulier dotem congruam non habuit, & hoc colligit ex d. §. quoniam verò, vers. hæc autem dicimus, dũ ait, hæc autem dicimus, si coniunctorum alter dotem, aut ante nuptialem donationem non faciens, inops inueniatur.

Huic etiam sententiæ à fortiori deseruiunt plurimæ rationes, quas superiùs deduximus in prima dubitatione, cum ostendimus, hanc quartæ succesionem non deferri, si dos etiam exigua data fuerit. Nam illæ rationes hoc in loco intelligantur repetitæ, quæ quidem eccitari nullo modo possunt, quãdo quis vxorem duxerit benè dotatam, licet postea ex aliquo euentu dos minus congrua dici possit. Neq; enim potest dici contractum fuisse matrimonium sine dote, si fuit contractum cum do
76 te congrua, † & quando dos fuit congrua nihil refert, quòd tẽ-

pore mortis vxor ex fructibus illius dotis viuere non possit, vt ex verbis, & mente Bald. in d. Auth. Præterea, in fine, & aliorũ Doct. colligit in specie Hierony. Gabriel. in d. cons. 142. nu. 4. & 5. Qui etiam nu. 15. subiungit, quòd si hæc opinio vera non esset, triginta ab hinc annis, quibus etiam inter nobiles dotes constituebantur admodum exiguæ, ex quibus erat impossibile vxores sustentari, illæ semper successissent in quarta portione mariti, & hodie succederent in illis regionibus, in quibus dotes congruæ censentur, quàmuis ad alimenta nõ sufficiãt; quòd tamen dicit esse absurdissimum, ergo cum dotem congruã mulier, aut donationẽ ante nuptias vir dederit, nihil amplius quęrendum est, an ex eius fructibus tempore mortis mariti possit commodè viuere, quia deficit vnum, quod necessariò requiritur, vt habeat locum huiusmodi quartæ successio.

Et hãc quidem opinionem, quòd si mulier habuerit dotem congruam tempore contracti matrimonij, ad quartam nõ admittatur, consulendo copiosè tenet Soc. sen. in cons. 30. nu. 10. & infra lib. 4. quam etiam putat esse indubitatam in cõs. 121. nu. 44. vers. 1. eod. vol. & sequitur Fabia. de Pep. in d. Authen. Præterea, nu. mihi 35. qui etiam dicit se ita vidisse responsum à Socino præceptore suo, & ita sentit etiam Riminal. sen. ibidẽ nu. 6. vers. tamen hoc non videretur. Idemq; copiosè respõdit Alcia. in respons. 18. nu. 10. & infra, lib. 9. vbi nu. 11. dicit hanc opinionem non habere aliquem in indiuiduo contradicẽtem, & ideò non esse tutum in practica ab ea recedere, quã firmiter etiã tenet celeberrimus olim collega meus D. Cephal. in cons. 671. num. 19. qui etiam putat eam esse indubitatam, & ita latè etiam consuluit Hieronymus Gabriel in d. cons. 142. num. 8. & infra, qui etiam num. 15. in fin. dicit, hanc opinionem esse communem, & verissimam, & rursus nu. 21. in fin. subiungit esse cõmunem, & indubitatam per textus clarissimos.

Neq; huic sententiæ repugnant iura superiùs inducta, quia ex his, quæ diximus, facile possunt submoueri. Nam textus in d. §. quoniam verò, in Auth. de exhib. reis, si rectè inspiciatur, & perpendatur, bellissimè retorquetur, quia non modo inopiam coniu-

coniugis superstitis requirit; verum etiam, quòd huiusmodi inopia ex defectu dotis, vel ante nuptialis donationis proficiscatur, & ideò sola inopia nõ potest sufficere, vt clarissimè ostẽdimus. Itaq; cum ille textus consideratur in ratione, quæ redditur per illam dictionem propterea, apparet eam rationem habere locum in mulieribus, quæ sunt indotatæ, vel saltẽ dotem congruã non habuerunt tẽpore nuptiarũ, de quibus specialiter loquitur; & ideò cõceditur, quòd inopia superstitis cõiugis requiritur tempore mortis alterius, quia tunc agitur de illius successione, & quod Imperator voluerit prospicere inopię coniugis superstitis; sed tamen illud etiam requiritur, quòd dos saltẽ congrua, vel ante nuptialis donatio non fuerit constituta, quia in hoc tantùm casu tanquàm magis necessariò voluit Legislator succurrere, neq; extra proprios terminos debet illa constitutio extendi ad eum casum, quo non eadem ratio, sed multò minor inuenitur, vt copiosè diximus in prima dubitatione prę sertim in duodecimo fundamento.

Neq; ad rem facit, quòd in d. §. quoniam verò, in Authen. de exhiben. reis, Imperator hoc solùm consideret, quòd aut vir, aut vxor inops inueniatur, & hoc ad tempus mortis necessariò referatur, vt dictum est in secunda ratione, quia Barb. in d. cõs.
77 74. colum. 3. lib. 4. & Rol. in d. cons. 15. nu. 21. lib. 3. † perperam intelligunt illum tex. dum resecant verba præcedentia, quoniã verba illius versi. ita se habent, hæc autem dicimus, si coniunctorum alter dotem, aut ante nuptialem donationem non faciẽs, inops inueniatur; ex quibus colligitur, quòd ratio formalis illius constitutionis non est inopia simpliciter, sed in muliere, quod sit indotata, in viro autẽ, quod donationem ante nuptias non fecerit; & ita animaduertit in specie Hierony. Gabr. in d. cons. 142. nu. 12. dicens quòd Barb. qui resecat verba prę cedentia, malè illum tex. intelligit, & quidem inciuile est, nisi tota lege perspecta, vna aliqua eius particula proposita, iudicare, vel respondere, vt dicitur in l. inciuile. ff. de legib.

Tertiò non obstat, quòd illa dispositio habeat locum siue vir, siue vxor inops inueniatur, & tamen datio dotis tempore

con-

contracti matrimonij in vxore tantùm, non etiam in viro locũ habeat. Quia ille textus nõ solùm de dote, sed etiam de donatione ante nuptias mentionem facit, & quidem dotis mentio facta intelligitur respectu mulieris, non mariti, & donationis ante nuptias respectu mariti, & illa inopia vxoris, aut viri superstitis post mortem alterius est circunscripta ob eam rationem, quòd dos data, aut donatio propter nuptias facta nõ fuerit, vt ille tex. euidenter expressit, & in specie declarat Socin. sen. in d. cons. 30. nu. 11. & Hierony. Gabr. in d. cons. 142. nu. 5. & 12. & nos superius explicuimus.

78 Quartò illud etiam † non refragatur, quòd an legitima debeatur filio, tempus mortis patris spectari debeat, d. l. cũ queritur, C. de inoffic. testam. cum conc. Quia tempus mortis inspicitur, quando constat legitimam deberi ad cognoscendũ quãtitatem legitimæ, sed in proposito dubitatur, an quarta vxori debeatur, & magis est, vt non debeatur, quia lex ipsa perpẽdit eam qualitatem, quòd maritus vxorem acceperit indotatam, vt manifestè apparet ex iuribus superius inductis: & ideò sequitur, quòd si quis vxorem duxerit cum dote congrua, ipsa vxor non possit in quarta succedere, licet dos ipsa inspecto tẽpore mortis incongrua videatur, & ita huic rationi respondet in specie Alcia. respon. 18. nu. 18. lib. 9.

Quintò similiter non obstat, quòd cum quæritur, an filia sit congruè dotata, inspicitur tempus mortis patris à cuius successione excluditur; quia illud receptum est ea nimirum ratione, quia filia debet esse dotata de bonis patris, à cuius successione excluditur, vt notissimi iuris est, l. vlti. C. de dot. promiss. l. qui liberos, de ritu nupt. & ideò cum contemplatione dotis congruæ per masculos excludatur à successione patris, meritò inspicitur illud tempus, quo à successione excluditur, arg. l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxal. actio. cum conc. At in proposito vxor dotata, quæ excluditur à successione mariti, non debet esse dotata de bonis ipsius mariti; & ideò sufficit si tempore nuptiarum fuerit congruè dotata, quoniam legi satisfactum est, quę mulieribus indotatis dumtaxat voluit prospicere, vt superius

rius ostendimus per dictum §.quoniam verò,in Authen.de exhiben.reis, cum conc.

Prætereà,dos filiæ, quæ, tanquàm dotata excluditur à successione patris fauore conseruandæ agnationis, succedit in locum legitimæ,quæ ei debetur, vt tradit Cyn. in l.sancimus,C. de nupt.Bar.in l.Titio centum,§.Titio genero, nu.6. de cõd.& demon.Bal.in Auth.res quæ,nu.18.commu.de lega. & sequũtur alij,quos copiosè refert Tiraq.in l.si vnquàm,in verbis, susceperit liberos,nu.93.de reuoc.donat. & ideò non est mirum si tempus mortis inspiciatur,an sit congruè dotata,quia legitima in cuius locum subrogatur, mortis tempore debetur, d.l. cum quæritur.C.de inoff.testam.& l.1.§.si impuberi.ff.de colla.bono.Cæterum vxori in bonis mariti legitima nõ debetur, cum de iure ciuili vxor ad successionem mariti non admittatur,sed solùm à iure prætorio deficientibus omnibus agnatis, & cognatis,l.1.ff.& C.vnde vir,& vxor, & hæc quarta miserationis gratia in casu tantùm expresso ei conceditur, vt in d.§. quoniam verò,in Auth.de exhib.reis,cum conc. vnde non potest dici,quod quarta ipsa in locum legitimæ succedat; & cum pro oneribus matrimonij constituatur c. salubriter, de vsur.l. pro oneribus,C.de iure dot.absurdum est dicere,quòd tempus mortis,quo soluitur matrimonium,spectari debeat, arg.l.Titio cum morietur,ff.de vsufruct.Itaq; ex diuersis, quæ diuersã habent rationem,non rectè infertur,l.naturaliter,§.nihil commune,ff.de acqui.possess.l.Papinianus exuli, de minorib.l. vlt. ff.de calumnia.

Sextò non obstat, quòd si inspiciatur tempus contracti matrimonij,non autem mortis,sequeretur, quòd si mulier constãte matrimonio fuerit dotata, & tempore mortis mariti nõ laboret inopia, posset succedere in quarta. Quia facilis est, † & expedita responsio,nam tempus mortis inspicitur, vt si vxor superstes inops non inueniatur,non possit succedere;quòd locũ habet, etiam si nulla dos fuerit constituta,d.§. quoniam verò, in Authen.de exhib.reis,cum conc.Sed si vxor inops tempore mortis mariti inueniatur,non ideò succedit in quarta,nisi etiã

79

tem-

tempore contracti matrimonij fuerit indotata, vel saltem si eo tempore inspecto non fuerit congruè dotata, vt superius ostendimus.

Septimò non obstat illud absurdum, quòd sequitur, si tẽpus contracti matrimonij inspiciatur, & quòd ratione euitãdæ absurditatis extensio fieri possit. Quia primùm potest dici, quòd leges adaptantur ad ea, quæ frequentiùs eueniunt, non ad ea, quæ raro accidunt, l. iura, & l. nam ad ea, ff. de legib. neq; enim lex positiua, quæ generaliter ponitur, omnia particularia potest circunspicere, l. suus quoq;. §. puto, cum glo. ff. de hæred. instit. & ideò in legibus inspicimus genera singulorum, non singula generum, Bal. in rubr. extra de consue. nu. 5. & in l. non dubiũ, nu. 7. C. de legib. & pleriq; alij sequũtur, quos citauimus supra in 1. dubitatione in septimo opinionis nostrę fundamẽto.

Præterea dato, quòd lex ipsa extẽdatur ad eum casum, quo propter eximiam dignitatem mariti aduersam post contractũ matrimonium, ne tantùm dedecus vxoris superstitis cõtra honorem benè transacti matrimonij consequatur, non tamen debet extẽdi ad istum casum, quo nulla accesserit dignitas marito, & vxor fuit solita manibus suis operari, vt in facto ꝓponit.

Octauò, & vltimò, non obstant auctoritates in contrarium adductæ. Nam ad Barb. in d. cons. 74. col. 3. & 4. lib. 4. fuit responsum, quòd perperam intelligit tex. in d. §. quoniam verò, in Auth. de exhiben. reis, & Hieronymus Gabriel in cons. 142. nu. 20. in specie dicit, eum deceptum esse, quia aut falsas prorsus, & contra verba clara legum, aut max. friuolas rationes adducit, Corn. verò in d. cons. 4. col. vlti. versi. & licet lib. 4. & in cons. 324. in princ. eod. vol. hoc solùm vult, quòd ad impediẽdum, ne vxor admittatur ad successionem quartæ, sufficiat, ꝙ tempore mortis mariti habeat vnde se possit alere; sed non sequitur, nec ipse dicit, quòd si vxor sit inops tempore mortis, sufficiat, vt possit admitti, quia secundum ea, quæ superius diximus, illud etiam est necessarium, quòd matrimonium fuerit contractum sine dote, vel saltem sine congrua dote, inspecto tempore nuptiarum.

Simi-

Similiter etiam Dec.in d.conſ.24.vult,quòd ſi vxor ſuperſtes tempore mortis mariti fuerit inops,non amittat ſucceſſionem quartæ,licet poſteà ad pinguiorem fortunam peruenerit, quia hoc ius ſucceſſionis intelligitur ei fuiſſe delatum,& acquiſitum tempore mortis;ſed pręſupponitur,quòd matrimonium ſine dote,vel ſaltem ſine congrua dote fuerit contractum, neq; hoc in dubium reuocat,quia non erat poſitum in controuerſia.

Simili quoq; modo reſpondeo ad Bened.in d.c. Raynutius, in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam in 5. deciſ.nu.242. de teſtam. qui ſupradictum etiam reſponſum Decij adducit, & eodem modo reliqui Doct.debent intelligi.

Quare cum radicitus ſublatæ fuerint omnes rationes, & auctoritates,quibus Rolã.nititur in d.conſ.15.lib.3.intrepidè cũ communi ſententia concludendum eſt, ſatis abundè ſufficere, dotem eſſe congruam tempore contracti matrimonij, ad hoc, vt vxor ſuperſtes à ſucceſſione quartæ excludatur.

80 Sexta eſt dubitatio † an nobilitas,quæ ſuperuenit in familia, & agnatione D. Catherinæ ob ſingulares virtutes multorum inſignium virorum poſt contractum matrimonium, & dotem receptam,ſit conſiderabilis in materia congruitatis,vel incongruitatis ipſius dotis.

Et quidem ex ijs,quæ in præcedenti dubitatione diximus, hæc quoq; dubitatio diſſoluitur;nam ſi ſufficiat, vxorẽ ab initio tempore contracti matrimonij congruam dotem habuiſſe, vt in quarta non poſſit ſuccedere, ſicuti concluſum fuit, pluſ-
81 quàm manifeſtum eſt, † nobilitatem agnatorum poſtea contingentem nihil ei prodeſſe;Neq; enim inſpicitur ſolùm tempus, quo agitur de alimentis,& ſucceſſione, ſed illud maximè ſpectandum eſt,an inſpecto tẽpore contracti matrimonij,& dotis conſtitutæ,vxor fuerit bene dotata,vt ſuperius fuit expoſitũ.

82 Præterea nuſquàm expreſſum reperitur, † quòd nobilitas, vel dignitas collateralium,tribuat alicui honorem,vel nobilitatem in præiudicium alteriùs; nam reſcriptum etiam principis,quo alicui gratia conceditur,ſemper intelligitur ſine præiudicio iuris alieni, cap. quàmuis, in fin.de reſcrip.lib.6.l.nec

accuſ.

accus.C.de emancip. liber.l. impuberi,ff.de admin.tuto.l.2.§.
meritò, ne quid in loc. pub. & ideò nobilitas, siue dignitas à
collateralibus acquisita, non facit, vt hæc mulier succedat in
quarta portione bonorum mariti; cum huiusmodi successio
marito etiam inuito,vxori defertur,vt in d.Authen. Præterea,
vnde vir,& vxor,cum conc. Quare cum hoc nulla lege fuerit
receptum,& illa constitutio exorbitet à iure communi, nullo
modo est admittendum, l.1.in fin.ff. de senat. in illis verbis,
quod nec vsquàm relatum est,nec vnquàm receptum, & l.illá,
C.de collat.& §.consideremus in Auth.de nõ eleg.sec. nuben.
83 Huc etiam accedit,quòd † nobilitas non transit in collatera-
les,sed in posteros,l.nobiliores,C. de commer. & mercat.l.se-
natoris, cum duabus sequen.ff.de senat. Doct. in l.1.C. de di-
gnitatib.lib.10.ciuis meus Decia. in cons. 19.nu. 239.lib.3.&
licet interdum transire possit; hoc tamen intelligitur duobus
concurrẽtibus. Primò, quòd ad eos transeat hæreditas,seu bo-
norum successio,vt explicat Tiraq.de nobilit.cap.17.Secundò
requiritur,quòd is in quem transit hæreditas, artem mechani-
84 cam ampliùs non exerceat,neq; enim † quisquàm nobilis dici
potest,qui vilem artem suis manibus exerceat, Fely.in c.super
eo,nu.10.de testib. Sed D. Catherina,quæ nunc agit ad quar-
tam, in bonis nobilium collateralium agnatorum non succes-
sit,vt est in confesso, quia si successisset,non laboraret inopia;
& quod magis est, vilem etiam artem cum marito suo exer-
cuit,ergò nobilitas agnatorum collateralium nihil ei prodes-
85 se potest; Nã † nobilitas præsertim ea,quę à virtute proficisci-
tur,est quoddam priuilegium personale,& ideò non egreditur
personam cui cohæret,l.1.ff.de constit.princip.c.priuilegium,
de reg.iur.lib.6.Matth. de Afflict.in constit. Regni Siciliæ in-
cip.intentionis nostræ, col. 9. & hoc multò magis dicendum
est, quando, vt in casu proposito, agitur de præiudicio alte-
rius,vt dictum est.

Quare nihil ad rem facit, quòd in mulieribus ciuibus,præ-
sertim,vt ex aduerso dicitur nobilibus, non sit habenda con-
sideratio operarum, saltem quo ad supplementum alimen-
torum,

torum, vt ſcribit Crau. in conſ. 199. num. 7. Quia reſpondetur primò, quòd hæc mulier, dùm eſſet viro coniuncta, operari cõſueuit, vt in facto præſupponitur.

Secundò reſpondeo, quòd ſiue inſpiciatur ſtatus patris, qui, vt dicitur, fuit Lardarolus, ſiue inſpiciatur qualitas mariti, qui fuit Piſtor, ſeu, vt vulgò dicitur, Fornarius, indecorum ſibi videri non debet, ſi ex aliquo honeſto artificio, quòd mulieribus eius conditionis conueniat, id, quod deeſt ad victum, ſibi acquirat.

Tertiò reſpondeo, quòd in propoſito non agitur, vt alimenta ſuppleantur, ſed vt hæc mulier ſuccedat in quarta portione bonorum mariti, ad quam non debet admitti, niſi probauerit ſe ex verbis, & mente illius conſtitutionis cõprehenſam eſſe.

Quod autem dicitur de ætate, & debilitate mulieris, ex eo potiſſimum tollitur, quòd à fratribus, qui ſunt diuites, poteſt ei commodiſſimè ſubueniri, vt in tertia dubitatione concluſum fuit. Item ſi à lege non vocatur ad ſucceſſionem, quia non habet qualitatem requiſitam, ſua fortuna debet eſſe contenta, l. vlt. C. fin. regund. cum conc.

Prætereà in facto etiam negatur, eam aliqua corporis ægritudine affectam eſſe, & ei qui dicit incumbit onus probandi, l. 2. ff. de probat.

Septima, & vltima eſt dubitatio, an eidem D. Catherinæ, proſit ad dotem minùs congruam habuiſſe, etiam ante contractum matrimonium fratres patrueles Doctores inſignes.

Huic dubitationi ex ijs, quæ proximè diximus, ſatisfactum videri poteſt; nam cum nobilitas acquiſita à collateralibus, eorum perſonas non egrediatur, vt ſuperius dictum eſt, ad cõſtituendam huic mulieri dotem ampliorem nihil prodeſſe poteſt, quia ex diuerſis non infertur, l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſ. cum conc.

86 Prætereà in conſtitutione dotis † ſpectatur dignitas natalium vxoris, & mariti, quantitas patrimonij, & numerus liberorum, l. quæro, l. cum poſt, §. gener, ff. de iure dot. l. ſi filiæ, de leg. 3. Quod autem ſpectetur dignitas, patruelium, & aliorum

colla-

collateralium, quorum successio ad mulierem non peruenerit, nusquàm relatum, neq; vnquàm receptum videtur, & ideò eru bescimus, cum sine lege loquimur, l. 1. in fin. ff. de senat. l. illam, C. de collat. atq; ex his omnibus liquido constat, actricem à petitione quartæ repellendam esse, & reos conuentos absolui debere; quod etiam in re dubia (quanquàm hæc sit planè perspicua, & quantum ego sentio indubitata) fauorabilius est, c. ex literis, de probat. l. Arrianus, ff. de actio. & oblig. l. fauorabiliores, ff. de reg. iur. Laus Deo.

*Franciscus Mantica.*

# CONSILIVM QVINTVM.

## *SVMMARIVM.*

1 SPecies *facti eleganter recensetur.*

2 *Quæstiones quatuor eliciuntur.*

3 *An mulier, quæ non habet tantam dotem, vt ex ea viuere possit, dicatur indotata? & nu. 6.*

4 *Paria sunt non habere, vel parum, aut inutile habere, & num. 17.*

5 *Modica dos non excludit mulierem à quarta Authen. Præterea, & quomodo, latè.*

7 *An dos sit computanda in quartam, de qua agimus?*

8 *Congruitas dotis videtur considerari inspecto tẽpore mortis mariti.*

9 *Si consideraretur congruitas dotis, quòd deberet sufficere ad alimenta, omnes quasi mulieres succederent maritis in quartam, quòd non videtur dicendum.*

10 *Auth. Præterea, non solùm exorbitans, sed etiam correctoria.*

11 *Authen. nostra habet solùm locum, quando mulier est in extrema inopia.*

12 *Mulier etiam paruam dotem habens, excluditur à quarta, secundùm antiquos.*

13 *Dos condigna à principio, etiam secundùm moderniores, excludit à quarta, & quid si laborare poßit nu. 14.*

15 *Congruitas dotis secundum tempus contracti matrimonij, quàmuis maritus sit auctus diuitijs.*

16 *Mulier habens dotem saltem à principio congruam, non potest dici esse in extrema miseria.*

18 *Dos, quæ non sufficit ad alimenta, non impedit beneficium quartæ, quomodo intelligatur.*

19 *Mulier quæ cũ dote ex laboribus viuere poßit, excluditur à quarta.*

20 *Pater qui dedit congruam dotem à principio, licet efficiatur ditior, non cogitur augere eam.*

21 *Hæredes mariti nõ tenentur alere vxorem superstitẽ, & quomodo.*

22 *Tria requiri copulatiuè, vt Auth. nostra habeat locum.*

23 *L. vltima C. de repud. quomodo intelligatur.*

24 *Dos congrua, etiam si ex se non sufficiat ad alimenta, excludit ab hac quarta.*

25 *An habens fratres diuites, excludatur ab hac quarta?*

26 *Magis tenetur pater alere filiam, quàm frater sororem.*

27 *Mulier habens fratres diuites, non potest dici in extrema miseria.*

28 *Mulier potius à patre, quàm ab auo dotari debet.*

29 *Mulier prius à fratre, quàm ab hæredibus mariti ali debet.*

30 *Mulier habens dotem insufficientem ad alimenta, debet ali à patre, & à fratribus hæredibus patris, non à marito.*

31 *Mulier habens patrem diuitẽ, excluditur à quarta, & mortuo patre ab hæredibus debet petere legitimam, vel alimenta.*

32 *Mulier habens filios diuites, & succedit in quarta, intelligitur si ipsa nihil habeat.*

33 *An sit in electione mulieris petere alimenta à fratribus, an successionem in quartam bonorum mariti?*

34 *Hæredes mariti tenentur alere, vxorem mariti prædefuncti, quomodo intelligatur?*

35 *Par ratio patris quo ad filiam, & fratris quo ad sororem, in materia alimentorum, & propositæ dubitationis.*

36 *An mulier quæ suis manibus potest operari, careat beneficio istius quartæ? & nu. 39.*

37 *Mulier, quæ viuo viro nō operabatur, nec eo mortuo operari debet.*
38 *Maior quinquaginta annis non cogitur operari, & quomodo intelligatur, nu. 41.*
40 *Maritus opifex valens operari, non habet beneficium, l. maritum, ff. solut. matri.*
42 *In operis non est præfinita aliqua ætas, sed secundum robur, & valetudinem hominis exiguntur.*
43 *Nobilitas fratris non transit in sororem, cum sit quid personale.*
44 *Operari non est dedecus, sed laudabile mulieribus.*
45 *Debitor potest non acquirere in fraudem creditorum, ita videtur mulierem posse omittere petitionis quartam in bonis primi mariti prædefuncti.*
46 *Qui potest ditari, & negligit, habetur pro diuite.*
47 *Qui dolo facit, vt sit pauper amittit beneficium paupertatis.*
48 *Qui facit contra legem, est indignus beneficio legis.*
49 *Debitor, quare posit non acquirere, etiam in fraudem creditorum?*
50 *Diues non videtur, cuius hæreditas in plures partes diuidenda est.*

1 C† ATHERINA Fartoris, seu Laridarij filia, an 1540. Ioanni à Nouaria Pistori cum dote lib. 450. Bonon. nupsit. Quo defuncto, Prospero, & ipsi Pistori nupsit an. 1576. cum dote lib. 1350. quibus cum cohabitando arté Panariam exercuit, Prosper decessit intestatus, relictis post se hæredibus D. Iosepho sororis filio pro dimidia, & DD. Ludouica, & Faustina alterius sororis filiabus pro altera dimidia; & D. Catherina vxore, quæ asserens se indotatam, & pauperem, petit quartam bonorum viri ex dispositione Auth. Præterea, C. vnde vir, & vxor. Quæritur an sit audienda. Pro cuius rei declaratione, quoniam quatuor obijciuntur D. Catherinæ, ex quibus dicitur cessare d. Auth. Prętereą; videndum erit an hæc obstent.

2 Quæritur itaq; † primò, an d. Auth. Præterea, locum habeat in vxore dotata, cum dos ad eam alendam non sufficiat.

Secundò, an procedat in muliere, quæ à fratribus ali pót.

Tertiò

Tertiò, an in ea, quæ operando poteſt ſibi victum quęrere.
Quartò, an in illa, quæ potuit petere quartam ab hæredib. primi viri, & non petijt.

3 Venio ad primùm, & videtur prima frõte dicendum † mulierem eſſe indotatam, quæ non habet tantã dotem vnde poſſit viuere, quoniam non habet eam congruam, & ideo ſuccedat in quarta bonorum viri; quia d. Auth. Præterea, requirit, vt mulier ſit indotata, ad hoc, vt ſuccedat; Sed indotata eſt,
4 quæ modicam dotem habet; †quia paria ſunt non habere, vel parum, aut inutilem habere, l.quamuis. ff.de condit.& demõ-
5 ſtrat. & ideò hoc caſu mulier ſuccedit; & † quòd modica dos non excludat mulierem à quarta, videtur commu. opi. quam tenet Bald. in d.Auth. Præterea, in fin.Paul.Caſtr.in fi. Salyc. nu.2. Rom.Alex.nu.4.verſ.ex his etiam, Iaſ.nu.3.Dec.ſub.nu. 4.vbi dicit hanc eſſe communem opin. & Pep. ſub num. 16.& ſeq. Paul.de Monte Pico, nu.10.Curt.iun. nu.7. Alex.in l. diuortio, in princ. ſub nu.27. verſ.ſed tu dicas.ff. ſol.matr. Rol. à Valle conſ.14.nu.20.in 3. Ratio enim d.Auth.eſt, ne mulier egeat, ſed eget, quæ non eſt congruæ dotata, nec poteſt ali ex dote, & eam ferè habet inutilẽ, & ideò ſuccedit. Ex hoc ergo capite D. Catherina habens modicam dotem, debet in quarta ſuccedere.

6 Et propius accedendo,† quòd parua dos dicatur non ſolùm minima, vel quæ in ſe non eſt congrua, ſed etiã, quæ non ſufficit ad alimenta, tenuit Bald. in d. Auth. Præterea, & Paul. Caſtr. in fin.Salyc.Dec. ſub nu.5. vbi dicit Senis ſe conſuluiſſe, dotem 200. florenorum eſſe paruam; quia non ſufficit ad alimenta, Paul. Caſtr. & Rom. in l.1.in princ. ff.ſol.matr. cõmunem dicit Soc.conſ.30.nu.3.in 4.Barb.conſ.74.col.2.verſ. & ſi dicatur, & ſeq. col. in 4.Celſ.Vgo. conſ.4. nu.11. vſq; ad finem, communem etiam teſtatur Ioan. Dilect. de arte Teſtã. tit.de legat. cautel. 20. in princ. Fab. Pomp. poſt Salyc. in d. Auth. Præterea, nu. 74. Rol. à Vall. conſ. 14. nu.21. & conſ. 15.nu.4.& ſeq. in 3.Mantua. conſ.145. nu.8. Corſet.de minimis col.vlt.ver. 41. 73. Itaq; cum lib. 1350. non ſufficiant ad

7 alendam D. Catherinam,videtur posse quartam petere, † cõputando tamen ipsas lib.1350.in quartam, seu tantò minùs recipiendo quantum efficit d.summa,vt vult Bal.& Paul. Castr. in d.Auth. Praeterea,in fin. & Pep. nu. 20. dicit esse communẽ opinionem.Secundò, posito etiam,quòd dos alias congrua esset, quae non sufficit ad alendam mulierem , & eam excluderet à quarta,dos D.Catherlnae non potest dici congrua, quia etiã si tempore contracti matrimonij , fuisset conueniens , quo ad qualitatem viri, & vxoris , auctis postea facultatibus D. Prosperi,desijt esse congrua ; quia ipse factus locuples , maiorẽ inuenisset dotem , & tùm pinguiora alimenta diuites coniuges
8 exigebant . † Inspicitur autem an mulier habeat dotem idoneam ad se alendam tempore quo vir decedit , quia tunc spectatũ an mulier sit inops,vel diues,§.vlt. in Auth. de exhib.reis. condita enim est d.constitutio in fauorem mulierũ, ne egeant; Vnde nisi spectaremus tempus mortis viri , an mulier habeat congruam dotem vnde alatur , inanis fuisset d. constitutio ; & ita tenet Guli. Bened. in c.Raynuc. in ver. & vxorem nomine Adelasiam, decis. 5. nu.242. de testam. Dec. cons.24. nu.2.& seq. Corn.cons.4.col. vlt. vers.& licet, & cons. 124. in princ. in 4. citati à Rol. à Val. in d.cons.15.sub nu. 25.vers.4. & vlti. in 3. plurimosq; alios citat volentes inspici tempus mortis,an mulier sit inops,vel diues.Cũ ergo D.Catherina moriẽte Prospero secundo viro, reperta sit inops ; nec tùm haberet vnde posset vitã substinere , debet succedere in quarta bonorũ viri.

His tamen non obstantib.contrariũ credo esse verius,D.Ca
9 therinã non posse in quarta petita succedere ; † & si haec praxis inolesceret multae haereditates viuorum defunctorum euerterentur ; quia paucae sunt , quae habeant tantam dotem vnde commodè secundum suam conditionẽ possint ali ; & scio pluribus in locis consuetudine eas excludi ; sed iure etiam id credo esse verius in casu nostro . Et praemitto d.Auth. Praeterea,
10 non † esse simpliciter exorbitantem à iure antiquo ; sed correctoriam , quia priuat haeredes mariti magna parte bonorum ; & ideo est restringenda, vt dicit Corn. in cons.180.inter consilia

filia Soc.n.9.in prin. cui subscripsit Bulionus de Monte Vbiano; & illud cons.est inter consilia Corn. 178. in 2.& addit esse contra rationem inductam illam dispositionem; & ideò esse coarctandam,l.quòd contra,ff.de legib. & ideò Doctor.eam
11 restringũt,† vt habeat tantùm locum,vbi mulier est in extrema inopia,vt cogatur mendicare. Nam si aliquo modo possent aliundè viuere cessat illa dispositio; vt communiter receptum esse dicit Corn.cons.4.col.1.in 4.& in d.cons.108. in fin.inter cons.Socin.in 1.seu cons.178.in 2.inter cons.Corn.& in dicta Auth.Prępterea,sub num.7.& licet ibi gl.in ver.locuples,quam Soc.cons.30.in prin.in 4.dicit esse communiter receptam, velit stari arbitrio Iudicis;Pep.tamen sub nu.74. dicit inspiciendum esse,an mulier possit habere victum, & vestitum aliundè, & tunc non intelligitur pauper,& hoc vult Bald. & Sali.ibi.& Soc.d. cons.30.sub nu.2.vers.præterea, in 4.& Bar. in l.si constante in 1.quæst.prin.sol.matr. & hanc esse communem opin. testatur Soc.in d.cons.30.sub nu.3.& 14.& cons.121.nu.44.& seq.in 4.Cum ergò cõstet D.Catherinam non esse redactam ad extremam inopiam,non potest quartam petere.

Hoc pręmisso,videndũ est secundum ordinem dubiorũ,quæ
12 præposita sunt, an dos excludat Catherinam, & quæ; † & magna fuit inter veteres altercatio,an habens paruam dotem excludatur à quarta,Doctores.n.ante Bal.tenuere excludi, post Bal.verò plures credidere non excludi,sed Angel.& Fulgo.tenent cum antiquis,vt inquit Soci.cons.121.sub nu.42. in 4.voluerunt.n.paruam dotem excludere mulieres à quarta, etiam quando dos non fuit congrua,si verò mulier condecenter dota
13 ta fuit,secundùm suam conditionem,& viri † plurimi etiã post Bal.tenuerunt mulierem excludi à quarta.Nemo.n.dixerit hãc esse paruam dotem,quæ fuit cõdigna,& ita intelligunt,§. quoniam verò in Auth.de exhib.reis,quæ est nouella 53. seu dicta Auth.Præterea,quæ indotatam vult in quarta succedere. Indotatam intelligit,quæ non habuit congruam dotem; si verò cõdigna coniugibus dos fuit,excluditur, & id firmat Corn. in d. Auth.Præterea,sub nu.2.& ibi Ias.nu.3. Pep. sub nu.16. & ad-

dit ita consuluisse, Soc. cui subscripsere Solénes doctores Collegij Pisani, & alij Perusini, & ipse, & Corne. in dicta Authen. Præterea, sub nu. 2. dicit se ita consuluisse, Senis in consil. 620. quod cons. non inueni. Sed ita consuluit in cons. 108. Raph. Cum. cõs. 132. & Corn. cons. 249. sub nu. 2. in 3. dicit sufficere, quòd mulier habeat tantam dotem, vt non cogatur mendicare, ad hoc vt excludatur à quarta, & num. 4. addit dotem mille florenorum esse honestam, & mulieré repellere à quarta; quia sufficit, inquit, vt non sit in extrema inopia; hanc. n. respexit Authen. Præterea; Idem confirmat Socin. in cons. 121. nu. 44. in 4. qui consuluit in eodem casu, & probat Bal. qui citat in contrarium, hoc voluisse perpendendo singula eius verba, & subijcit id voluisse Sali. Paul. Castr. & alios; quia Auth. Præterea, intelligitur, quando mulier est in extrema paupertate, sed si dos sit
14 congrua conditioni coniugum, † ita vt cum ea, & operis possit vitam substinere, excluditur à quarta, & dicit se ita Senis consuluisse in causa Augustini Sancti à Massa, & Corn. subscripsisse, aliosq; præstantissimos doct. Sequitur id etiam Iaco. Butr. & Corn. in d. Auth. Præterea, sub nu. 8. & Pep. nu. 16. & Socin. in cons. 30. nu. 9. vers. secundo principaliter, in 4. vbi defendit suf
15 ficere † dotem fuisse congruam tempore contracti matrimonij: non autem considerari, quòd non sit congrua eo quid vir auctus sit facultatibus.

Secundò, præter auctoritates tot, & tantorum patrum, idem probat. §. quia verò, in Auth. de exhib. reis, vbi inopi vxori datur quarta in bonis viri ad exemplum quartæ, de qua in l. vlt. C. de repud. vbi illa l. disponit, si vir sine dote acceperit vxoré, & eam sine causa expellat, vt illi det quartam substantię, sicut ergò perpenditur, ibi dotem non esse datam tempore matrimonij; quia dicit acceperit vxorem sine dote; ita est dicendum in §. quoniam verò, qui extendit d. l. vlt. & quæ dicuntur in l. extensa, intelliguntur repetita in l. extendente, vt in Authé. de filijs, ante dotal. instr. natis post principium.

Tertiò omnia iura, quę loquuntur de hac quarta, semper dicunt si mulier fuerit indotata, vt d. §. quoniam verò, in Authé. de

de exhib.reis,& §.quia verò in Auth.vt liceat matri,& auiæ,& l.vlt.C.de rep.quæ extenditur à dictis Auth. Certè hoc frustra dicerent,si nollent habentes dotes congruas excludi à quarta. Id etiam patet in Rub.Auth.de exhib.reis, & indot. vxoribus, vt habeant quartam partem in substantia viri; quæ est nouella scilicet,quæ latinæ versa inscribitur de vxoribus sine dote nubentibus, quam Alber. Rosat.in d.l.vlt.C. de repud.ita citat, de muliere sine dote nubente,& ipse idem sentit.

Quartò,si verum est requiri,vt mulier sit in extrema inopia, ad hoc vt habeat quartam,vt supra dictum est,& communem
16 testatur Corn.cons. 4.col.1.in quarto, † sequitur, vt si habeat dotem,non succedat in quarta, quia non potest tunc laborare extrema inopia, & hæc est ratio quare dotata incongruè non succedit,& ideò rectè meo iudicio consuluit Soc.in d.cons.30. in quarto sufficere, quòd tempore contracti matrimonij mulier congruè dotata fuerit,& ei subscripsit Corne. & idē Soci. cons.121.nu.38.& seq.in quarto, & Corne. qui in eodemmet casu consuluit in cons.249.in tertio,& ratio est, quia cum dos sit patrimonium mulieris,cogitauit lex,quòd possit se alere cū dote congrua secundum suam conditionem,& non cogitur mēdicare;& istud sufficit ad excludendam eam à quarta bonorum viri;& magis hoc habet locum, vbi iunctis operis vxoris ipsa potest viuere,vt ait Iacob.Butr.& Corn. in d.Auth. Præterea, nu.8.Soc.in d.cons.121.sub nu.45. in quarto.

17 Nec obstant adducta in contrarium,† quia loquuntur in dote minima,aut parua,quæ non est congrua conditioni nubētis, aut viri;illa.n.pro dote non habetur, ita loquitur Bal.in d.Authen.Præterea,in fin.Corset.de minimis,vers.73.Mātua. cons. 145.Barba.cons.74. in quarto, & omnes alij citati à Roland.à Valle in d.cons.14.sub nu.29.vers.3.quòd Authē.Præterea, in tertio,& potest concedi communem esse opin. vt hæc dos non habeatur in consideratione, quo ad excludendam mulierem à quarta.Sed quando dos fuit congrua, vt supponitur in casu nostro,debet excludere,quoniam ista valdè differunt.

Non obstat, quòd dos in casu nostro non sit congrua, quia

commensuranda est cum alimentis, quæ sufficiant mulieri; nã illa tantùm dos excludit à quarta, quæ potest alere mulierem, Bal.in d.Auth.Præterea,in fin.& alij supra citati.Nam contrarium tenet Pep.ibi nu.16.negans legem respexisse ad aliméta, quia si hoc esset,ea assignasset mulieri, non quartam quę potest esse maior,vel minor, quam quæ sufficiat alimentis, vt tenet Hieron.Gabr.cons.142. qui hanc arbitratur receptiorem sententiam.Sed quia Pep.credit communem esse in oppositum.

Secundò loco respondetur opin. in contrarium procedere,
18 vbi†dos aliàs non fuisset congrua; nam tunc si non sufficiat ad alimenta,non excludit mulierem à quarta, si verò fuerit congrua conditioni coniugum, etiam si non sufficiat ad alimenta, excludit à quarta,& ita interpretatur opin.contrariam,Pep.in d.Auth.Præterea,sub nu.16.ver.2.probatur, vbi ponit pro cóstanti doctor.qui volunt oportere dotem sufficere ad alendam vxorem,ad hoc vt excludatur à quarta,loqui de ea dote, quæ est incongrua conditioni coniugum; nam congrua inquit repellet, sumendo argumentum ad hoc quod fatentur aduersarij,vt probet quartam non dari vxori propter alimenta.

Tertiò,posito etiam quòd ob alimenta detur quarta,respondetur?vbi†cum dote potest mulier operando viuere; quia ali potest,excluditur à quarta,vt ait Soc.in d.cós.121. sub nu.46.
19 quia satis est; quòd mulier non cogatur mendicare; nam vbi aliquo modo potest vitã substinere,à quarta repellitur,Iacob. Butr.& Corne.in d.Auth.Præterea,nu.8. Non obstat, quòd & si dos congrua fuit tempore contracti matrimonij, auctis postea facultatibus viri,non permansit congrua;quia Soc.d.cons. 30.nu.9.& cons.121.nu.38.& seq.in quarto,Pepus in d.Auth. Præterea,nu.110.Hier.Gabr.d.cons.142.& Corn.d.cós.249. in 3.tenent contrarium; Nam quo ad constituendam doté semper spectatur tempus contracti matrimonij,an sit congrua;vn-
20 de† si pater dedit congruam dotem filiæ secundum facultates quas habebat tempore contracti matrimonij, licet postea fiat ditior,non tenebitur augere dotem, qui dicitur congruè dotasse,Bal.in Auth.res quæ,nu.16.vers.quæro statuto cauet,Castr. nu.9.

nu.9.Iaſ.nu.26.in 6.not.in Auth.res quæ, C.communia, de legat.Iaco.Butr.in l.pactum in fin. verſic.ſed nunquid,C.de collat.Corne.conſ.107.ad fin.in 2.latè Rui.conſ.56.in 3.Brun.de ſtatut.exclud.fœmi.art.9.q.1.in fin.Paul.Caſtr.conſ.276.in 7. dubio in 1.Soci.conſ.288.2.q.ver.confirmantur præmiſſa, ſub nu.21.in 2.Alex.conſ.33.ad fin.in 4.Iaſ.in Authen. nouiſſima, nu.10.C.de inoff.teſt.vbi dicit filiam,quæ congruè dotata eſt inſpectis facultatibus patris tempore contracti matrimonij,& renunciauit ſucceſſioni paternæ,non poſſe amplius petere ſupplementum legitimæ; etiam ſi auctè fuerint patris facultates. Idem Iaſ.in l.quod ſeruius nu.12.ff.de cond.ob cauſ. Angel.in l.ſtipulatio hoc modo concepta,& Imo.nu.5. verſ. & potes,ff. de verb.oblig.Curt.ſen.conſ. vlt. dicit hanc eſſe communem, Dec.conſ.89.nu.4.Crauet.conſ.11.nu.15.Soc. iun.cóſ.61.nu. 7.in 4.Fabia.d.Auth.nouiſſima,nu.88.& ideò eo modo minus poterat dici non fuiſſe congruè dotatam D.Catherinam, quæ tempore contracti matrimonij attulit congruam dotem facultatibus,& conditioni viri,etiam ſi poſtea auctæ fuerint eius facultates,non ideò.n.augenda dos fuit,nec incongrua dicetur.

Ad conſ.15.Rol.à Valle.reſpondetur, illud totum fundatũ eſſe in hac ratione,quia datur quarta mulieri ne egeat, ergo inquit ſpectandum eſt tempus mortis viri. Nemo hoc negat,& fruſtra laborat in hoc probando; ſed propterea non ſequitur, quòd dos deſinat eſſe cógrua,quia vir auctus fuit facultatibus; & cum illa dos iunctis operis mulieris poſſit eius vitam ſuſtentare,excludit à quarta, vt dictum eſt,immò ſecundum Soci.& alios ſupra citatos,ſufficit ex ſe,quod ſemel cógrua fuerit, etiã ſi inde mulier ali non poſſit;quia Auth.Pręterea, vocat tantùm indotatam ad quartam,non eam quæ dotem congruam habet, & ſtrictè eſt interpretanda, vt procedat ſolùm in caſu, de quo loquitur,nec vocat mulierem, niſi in extrema inopia conſtitutam,in qua non poteſt eſſe illa, quæ habet congruam dotem, vt habet dicta Catherina,& extremam inopiam requiri communiter receptũ eſſe dicit,Corn.cóſ.4.col.4. ad fin.in quarto.

Non obſtat abſurditas, quàm dicit Rol.à Valle prouenturã

ex

ex mulieris egestate; quia id negatur; & si enim egeret mu-
21 lier, † non tenetur vir, aut eius hæres eam alere? nam constat ante d. Auth. Præterea, iura nunquã id respexisse, neq; hæredes viri vnquàm arctasse ad alendam mulierem, nisi intra annum ob dotem mobilium retentam, secundũ communẽ opinionẽ. Et si ergo post d. Anth. Præterea, mulier non alatur ex bonis viri, nulla prouenit iniquitas, quia vir ad illud nullo iure tenetur; & licet superuenerit beneficium d. Auth. procedit in casu de quo loquitur, cum indotata est mulier, aut laborat in extrema inopia, sed id non est extendendum ad alium casum, quãdo habet congruã dotem; & vbi potest sibi aliquo modo subuenire, & ex hoc corruit totum cõmentum absurdi, quòd excogitarunt, qui fauent mulieribus.

Non obstat etiam dum obijcitur, si inspiceretur, an mulier habeat dotem tempore matrimonij euenturum, vt mulier, quæ sine dote nupsit, si postea facta diues amplam dotem det marito, eam nihilominus quartam habituram, quòd esset inconueniens. Nam respondetur cauillosum esse hoc argumen-
22 tum; quia Doctores volunt † tria copulatiuè requiri, ad hoc, vt mulier obtineat quartã, vt sit indotata, vt inops, & vir decedat diues, Soc. d. cons. 30. in princ. in primo si vnum ex his deficiat, caret quarta l. si plures. ff. de hered. instit.

Non obstat aliud fundamentum Barb. in cons. 74. col. 3. in 4. spectari hic inopiam, non dotem, vt in §. vlt. in Authẽ. de exhib. reis, quòd patet, quia vir, & ipse inops vocatur ad quartam bonorum vxoris, qui non dat dotem. Nam respondetur, immò militare eandem rationẽ in viro ob dotẽ vxoris, quàm non tenetur restituere, nisi deducto ne egeat, l. maritum. ff. sol. matr. & tunc non habet quartam: Vnde quia dos congrua opitulatur vxori præmortuo viro, & illi defuncta vxore; lex requirit indotatam esse vxorem, ad hoc, vt gaudeat beneficio quartę, quia dos cõgrua prohibet illã extremã inopiã, quæ requiritur, vt dixi, ad obtinendã quartã, & cõmuniter receptũ esse dicit Corn. d. cons. 4. col. 1. & vlt. vers. & licet in 4. vbi vult vt cogatur mendicare, ad hoc, vt mulier quartã consequatur.

Quod

Quod autem Rol. à Valle in d.conſ.14.nu.2. dicit non poſ
23 ſe argui † à l. vlt. C. de repud. ad noſtram quartam, quia mulier etiam congruè dotata, expulſa à viro poteſt petere quartam, quòd non eſt in caſu noſtro, grauiter decipitur, quia d. l. vlt. vult, vt ſit indotata, ad hoc, vt habeat quartam, vt ibi Odofr. Bar.& Salic. tradunt, & firmat Soc. Nec Bald. l.vlt.in fin. C. de ſentent. quæ ſine certa quantit. aut Alex. in l. ſi cum dotem.§.ſin autem in ſæuiſſimo, ſub nu.12. ff.ſol.matr. dicunt contrarium. Nam volunt ſi vir ſine cauſa eijciat vxorem dotatam, vt ei dotem conſignet, & non quartam; quare ſentiunt totum contrarium nullam quartam, tunc vxori deberi; ſuſtinendo ergo argumentum Soci. quemadmodũ oportet dotatã eſſe vxorem eiectam à viro, ad hoc, vt petat quartam in eius bonis; idem erit in ea, quæ fuerit inops, & vult eandem quartam obtinere, quæ ad alterius quartæ exemplum ei datur, nec facilè ſoluitur hoc argumentum.

Non poteſt etiam dici factam eſſe mentionem dotis, d. l. vlt. & alijs iuribus, quia reſpiciunt, quòd ſæpius ſolet euenire, vt mulieres dotentur. Nam iſtud poſſet tollerari ſi aliquid diſponeretur de dotatis, ſed eſt contrarium, quia diſponitur de indotatis, vt ſuccedant in quarta bonorum viri; ergo aliæ nõ ſuccedunt. Nec credendum eſt iura factura ſemper mentionẽ de indotatis, ſi voluiſſent diſponere de dotatis; & hanc credo eſſe veritatem, & ab omnibus communiter non recipitur;quia etiam rubrica Auth. de exhib.reis dicit,& de indotatis vxoribus, vt habeant quartam partem in ſubſtantia viri,& in nouel. 53. Græce ſcripta, & in Latinum verſa, inſcribitur de muliere ſine dote nubente, quam citat Alber. Roſat. in d.l. vlt. qui & ipſe ſentit hanc opin. & in contextu d.nouellæ idem reperitur, & additur, vt ſicut in l.vlt.C. de repud. indotata à viro eiecta ſuccedit in quarta, ita & inops ſuccedat mortuo viro, tanquàm exiſtens in extrema paupertate; & ideo credo verã
24 eſſe hanc opin. † vt congrua dos etiam ſi non ſufficiat ex ſe ad alimenta, excludat vxorem à quarta, quia non poteſt dici eſſe in extrema paupertate, quòd lex requirit ſecundum commu-

nem

nem opin. vt dicit Corne.in cons. 4. col. 1. in 4. & supra dixi. Vnde magis excludetur D.Catherina, quæ præter congruam dotem alia habet subsidia, de quibus infra dicetur.

Vltimò, non omitto non posse dici D. Catherinam minus congruam dotem habuisse, quòd ante contractum matrimoniũ haberet patrueles insignes Doctores; quia dos non constituitur secundum dignitatem agnatorum collateralium, sed ex facultatibus, & dignitate mulierum, & viri, l.quæro, l.cum post, §. gener. ff.de iur. dot. Cũ ergo D.Catherina habuerit, vt audio, dotem congruam natalibus suis, & viri, & facultatibus, quas suus pater habebat, vel reliquerat, non potest conqueri, quòd congruam non habuerit, ob id, quòd pręclaros Doctores patrueles haberet; præsertim quia dignitas alicuius verè non trãsit in transuersales, vt infra dicetur.

25 Tertium dubium est, an † habens fratres diuites, à quibus ali potest, succedat in quarta, & istud non videtur considerandum, quòd probaturm ultiplici ratione; prima est, nam d. Authen. Præterea, vult vt mater succedat cum filijs in quarta, & tamen filij tenentur alere matrem, l.si quis à liberis.ff.de liber. agnos. vnde non est bona consequentia, mulier habet fratres à quibus alitur, ergo excluditur à quarta.

Secunda est ratio, quia in subsidium mulier succedit in quarta, & in subsidium alitur à fratribus; stante ergo vtroq; remedio subsidiario, est in mulieris electione, an velit quartam petere, an verò desideret ali à fratribus; sicut in simili videmus, creditorem posse nolle acquirere hæreditatem, & legata sibi facta in fraudem creditorum, licèt non possit alienare, l. quæ autem, in princ. ff.quę in fraud.credit. sic mulier potest dicere nolo alimenta à fratribus, sed quartam à viro; pro hoc facit, quòd scribit Cyn.post Iacob.de Aren.in l. 1.C.de alen. lib. Si quis, inquit, habet patrem,& filium diuites, est in eius electione à quo velit alimenta, idem erit in vxore; cum verò egerit contra hæredes viri, non potest amplius mutare opinionem, & venire contra fratres, vt ab illis alatur; l.si fundus.§.eleganter. ff.de leg.commiss.

Tertia eſt ratio, quia d.Auth.Præterea,& in corpore vnde ſumitur perpẽdit,quòd mulier nihil habeat in bonis nec dotẽ; non autem an habeat alimenta, & ideò etiam ſi habeat patrẽ, vel fratres à quibus alatur, ſuccedet in quarta.

Quarta eſt ratio,nam vidua alenda eſt intra annum ab hęredibus viri,donec ſoluant dotem,l.1.§. exactio.C. de rei vxor. actio.& hæc alimenta præſtantur etiam ſi ipſa habeat patrem, & fratres,Iac.Butr.Angel.& Salic.in d.l.1.§.cum autem, ergo idem dicendum in quarta, vt eam habeat,inops relicta à viro etiam ſi habeat fratres à quibus alatur;Quare non rectè loquũtur doctor.qui tenent contrarium, vt Cuma.in l.in ſuis, nu. 6. ver.quod autem,ff.de lib.& poſth.& conſ.112.vbi vult, ſi filia habet patrem diuitem,à quo alatur,remoueatur à quarta, ſequitur Alexan.in d.Authen.Pręterea,nu.11.nam ob prędictas rationes malè ſentiunt.

26 Præterea prædicti doctores loquuntur in patre, † nos ſumus in ea,quæ tantùm fratres habet,inter quos eſt differentia; nam tenetur alere filiam iure naturali,frater iure ciuili; & hãc diſtinct.probat Gozad. in d.Authen. Præterea, nu.82.Micha. Craſſ.de ſucceſſ.ab inteſtato,q.39.nu.5.dicens, quoddam collegium ita pronunciaſſe.

Contrarium tamẽ credo eſſe veriùs,nam frater tenetur alere ſororem inopem,l.qui filium, vbi Barto.ff.vbi pupill.educ. deb.glo.Bald.& Salic.in l.non omni,C. de admin.tutor. Abb. conſ.56.nu.2.in 2.communem teſtatur Fulg. conſ. 234.Iaſ.in l.1.nu.29.& Rip. nu.83.ff.ſol.matr. vbi Iaſ. dicit neminem in hoc diſcrepare,& Rip.teſtatur cõmunem eſſe. Cum ergo quarta detur mulieri in extrema inopia conſtitutæ,& D.Catherina

27 habeat † fratres à quibus eſt alenda,non poteſt dici eſſe in extrema inopia.

Secundò ſi debeatur hæc quarta vxori ob alimenta, vt volunt,qui tuentur D.Catherinam;hæc alimenta ipſa priùs pete-

28 re à fratribus debet,quàm ab hæredibus viri;quia † ſi habeo patrem, & auum diuites, prius à patre petere debeo alimenta, quàm ab auo, vt vult Bart. in l. non quemadmodum. ff.de lib.

agnoſ.

agnosc. quia is est proximior; idem est in dote, nam pater tenetur prius dotare filiam, quàm auus, qui non tenetur nisi propter patrem; Rip.in d.l.1.nu.74.vbi hanc dicit esse communé,
29 ff.sol.matr.† Cum ergo proximior sit frater sorori, quàm viri hæredes vxori, qui nec ei alimenta debent; soror à fratribus est alenda, & eo casu cum non egeat, nullam in bonis viri quartam petet.

Tertiò pro hoc facit, quòd scribit Alex.in l. si cum dotem, §.sinautem in sæuissimo, nu.7.ff.eod.tit.sol.matr. vbi post gl.in vers.quantitatem, vult maritum teneri alere vxorem, etiam vl
30 tra quantitatem dotis, si ipsa careat patre, † nam si patrem habeat, ipse debet alere filiam, non maritus, qui ad hoc tenetur in subsidium, & quòd dicitur de patre, idem est de fratre, præsertim hærede patris; quia est eadem ratio. Tenẽdo ergo, quòd quarta debeatur vxori propter alimenta, cũ hęc prius debeantur à patre, & fratribus, quàm à viro, aut eius hæredibus cessat petitio quartæ, & licet alimenta petantur à patre, vel fratribus officio Iudicis, l.si quis à liberis, §.si vel parens, ff. de lib.agnos. id non refert, modo possit ali, & non egeat, neque.n. curamus de modo cum habemus effectum, l.3.C.de instit. & substitut.l. mulier, in prin. ff. ad Trebell.

Quartò hanc opin.tenuit Rapha.Cuma.in l.in suis, num.6. vers.quid autem, & ibi Alexã.sub nu.6.vers.nam facit iste tex.
31 ff.de lib.& posth.& in cõs.132.vbi† dicit; filiam, quæ habet patrem diuitem, excludi à quarta in bonis viri, mortuo verò patre, posse petere legitimam ab hæredibus, vel alimenta, quorũ onus ad eos transit, Ias.in l.cum mota, sub nu.21.C. transactio. idem tenet Alex.in d.Auth.Præterea, num.11.& in d.l.in suis, sub nu.6.vers.item facit iste tex.vbi dicit potius succurrẽdum esse inopiæ filiæ in bonis patris, quàm viri, & ideò, inquit, quæ patrem diuitem habet, nunquàm poterit dici inops, nec habebit quartam in bonis viri, idem dicit Soci. in d. cons.30.nu.7. in quarto, & nu.4.non est inquit inops filia, habens patrem diuitem, & quæ ab eo ali potest, & ideò quartam non petit, & nu. 8.addit, hanc opin.comprobatam esse à recentioribus, idem

sequi-

ſequitur in conſ.121.nu.49.in quarto,& Pep.in d. Auth. Præterea,ſub nu.22.verſ.ſed quia concluſio negatiua,poſt Dec.ibi nu.20.teſtatur hãc eſſe communem opin.& nominatim in ea, quæ poteſt ali à fratre,id concedit Rolan.à Valle in d. cõſ.14. n.19.& 53.verſ.non obſtat deniq; in tertio, Cornel.Benincaſ. de paupertate, quæſt.9. in 1 .ſpecia.vlt.volunt.n.16.Deci.cõſ. 70.nu.17.in 2.Hieron.Gabr.d.conſ.142.nu.30.Ioſeph. Ludo. concluſ.35.2.limit. Cũ ergo D. Catherina habeat fratres diuites à quibus ali poteſt habeat,& dotem congruam,nõ poteſt dici inops,vt habere debeat quartam in bonis viri.

Nec obſtant contraria;& primò,quòd non ſit conſiderãdum mulierem ali à patre,quia habet filios petit quartam,& tamen à filijs erat alenda,l.ſi quis à liberis, in prin.ff. de liber.agnoſc. Nã reſpondetur non conſtare an filij ſint diuites, moriente patre,quia poſſet euenire eos eſſe liberis oneratos,vt vix poſſent ſe ſubſtinere;ita reſpondet Soc.in d.conſ.30. nu.8. & Pepus in d.Auth.Præterea,ſub nu.22.

Alio etiam modo reſpondetur, & hanc credo eſſe veritatẽ,
32 †etiam ſi mulier haberet aliundè alimẽta,& nihil aliud,concedi poſſet eam quartam in bonis viri habituram; ſed ſi habeat aliquid proprij,vt dotem;tunc excluditur; quia hæc duo ſaltẽ debent concurrere,ad hoc,vt habeat quartam,vt non egeat,& non habeat dotem,vt volũt omnia iura rectè perpenſa.In propoſito ergo noſtro,etiam ſi mater inueniat alimẽta à filijs,quãdo nihil habet dotis,poteſt concedi eam ſuccedere in quarta; ſed D.Catherina non eſt huiuſmodi;quia dotem habet ſe congruam;& ideò à quarta repellitur.

Tertiò reſpondetur,vbi mater alenda eſt ex hæreditate, in qua vult ſuccedere, non ſpectatur an ab alio poſſit in illis bonis ali,in quibus ipſa ius habet. Aliter,reſpondet Pau.de Monte Pico in dicta Auth.Præterea,ſub nu.2.& Benincaſi. de paupertate, quæſt.9.in 1. ſpeciali, in vlt.volunt.ad fin. non refero ne ſim longior.

33 Ad tertium iam eſt reſponſum non poſſe eſſe † hoc in electione mulieris,an velit quartam an alimenta à fratribus;quia fratres

fratres tenentur alere sororem, non hæredes viri eo mortuo; & si tenerentur; prius est hoc onus fratrum, quàm viri, vt dicit Raph. Cum. d. cons. 142. Alex. in d. Auth. Præterea, nu. 11. Soc. d. cons. 30. nu. 7. in quarto, & alij supra citati. Præterea beneficium quartæ est magis subsidiarium, quàm aliměta à fratribus; itaq; vltimo loco alio non alente locum habet, vt vult Soc. d. cons. 121. nu. 36. vers. non omitto in quarto.

Ad tertiam rationem respondetur, quòd cum lex subueniat inopi coniugi, subuenit propter alimenta, vt vitam substineat, vnde cum cesset ratio egestatis, quia habet à quo alatur, cessat beneficium quartæ.

Non obstat, quòd hæredes viri teneantur alere vxorem relictam, etiam si habeat patrem à quo alatur; ergo etiã quartã
34 habebit, † quin hoc argumentum non concludit; diuersa militante ratione, hæredes. n. viri intra annum alunt vxorem, non quòd ad id verè teneantur; sed quia retinent dotem vxoris, & ob id præstant alimenta; & si ergo aliundè, possit ali mulier; nó ob id immunes debent esse ab alimentis hæredes; quia dote fruuntur, & ob eam retentam alunt vxorem, sed hic si quarta debetur ob aliměta, non petetur ab ea, quæ aliundè ali potest, cum detur in subsidium.

Secundò licet communis opinio sit, quòd hæredes viri ob retentam dotem mobilium teneantur alere vxorem; id nó est sine scrupulo. Contrarium. n. & fortè rectius tenuerunt Petr. & Cyn. in l. 1. §. exactio. C. de rei vxor. actio. Paul. Castr. & Ias. in l. diuortio, in prin. ff. sol. matr. nec vlla est lex, quæ probet communem sententiam.

Non obstat, quòd Doctor. tenětes mulierem, quæ potest ali à patre, carere quarta; loquantur de patre non fratre; quia in
35 † vtroq; eadem est ratio, quo ad nostram materiam; & si. n. teneatur plus pater filio, quàm frater sorori; quo ad excludendã tamen mulierem à quarta eadem est ratio, ab ea. n. repellitur, quia non eget, & habet à quo alatur, hæc ergo ratio quo ad auferendam quartam est eadem in fratre, quæ & in patre; quia cũ ab vtroq; alatur, facit ut mulier quarta careat. Secundò respon-

ſpondetur eſſe etiam doctores ; qui loquuntur de fratre alente mulierem,quæ ob id à quarta excluditur , vt Rolan.à Valle in d.conſ.14.nu.19.& 53.& Cuma.in d.conſ.132.nu.2.

36 Tertium dubium eſt,† an quæ ſuis manibus operari poſſit,& hinc ſibi victum quęrere quartam petere poſſit, Deci.poſſe credidit,in d.Authen. Præterea,nu.21.motus his rationibus,quia dedecus eſt mulieri,vt mortuo viro cogatur operari , quæ eo viuente hoc non faciebat ; ſecundò,quia excluditur à quarta , quæ aliundè habet res,& bona,non ea,quæ laboribus ſuis poteſt ſibi ſubuenire;tertiò,quia pauper eſt,quæ nihil tenet,& magis,inquit,hoc locum habet in nobili, cui dedecus eſt operari, vt in filio nobili,Bar.ſcribit in l.ſi quis à liberis,§.ſed ſi filijs,ff. de liber.agnoſc.& Rol.à Valle d.conſ.14.nu.30.in 3.dicit viduam cēſeri adhuc eſſe in matrimonio, l.quoties, ibi in viduitate permanens,C. de priuileg.ſchol.lib.12.l.vlt. C. de bonis
37 mater. cum ſimilibus , & † ideò ſicut mulier viuente viro non operabatur,nec operari debet eo mortuo.

His addendum,quòd audio dictam Catherinam eſſe maio-
38 rem quinquagenaria, † & excedens hanc ætatem non cogitur operari,l.libera maior,ff.de operis libert.liberta , inquit , maior quinquagenaria non cogitur præſtare operas patrono.

Quartò Auth.Præterea non dat quartam vxori ſuperſtiti ſolum ob alimenta,quia poteſt ea excedere;ſed etiam in honorē tranſacti matrimonij,& ideò non conſiderandum eſt, vt , quæ ali poteſt ex operis,amittat quartam.

Quinto poſſet ęgrotare D.Catherina , quo caſu non poſſet operari,& tunc egeret, ne ergo incidamus in hoc abſurdum , danda ei eſt quarta.

Sextò cum habeat in ſua familia D. Catherina agnatos viros inſignes, indignum eſſet eam operari, nobilitas.n.collateralium aliquo modo tranſit in collaterales , Tiraquell.de nobilit.cap.17.nu.2.

His tamen non obſtantibus , contrarium credo eſſe verius
39 ſpectandum eſſe, † an mulier ſuis laboribus poſſit ali ; præſertim ſi habeat dotem,quæ non ſufficiat ad eam alendam,id pro-

batur in d.l.ſi quis à liberis,§. ſed ſi filius, vbi Bar.ff.de liber. agnoſc.vbi pater non tenetur alere filium, qui eſt opifex, ſic & quarta nõ debetur illi,quæ poteſt ſibi ſubuenire manibus, immò minus debetur, quia iure naturę pater alimēta debet filio, hęc verò quarta debetur iure poſitiuo.

Secundò maritus tenet̃ ſoluto matrimonio dotē hæredibus
40 vxoris reſtituere deducto ne egeat.l.maritum,ff.ſol.mat.&† tñ ſi ſit artifex,& poſſit ex arte ſe alere,totam reſtituit; glo.in l.ſi maritus in id.ff. ſolu.matr. quia non eget,& licet alia glo.in l. nonnulli.ff. de accuſat.contradicat, id tamen eſt communiter approbatum,vt teſtatur Pep.in d.Auth.Præterea,ſub num.85. ſic nec mulier eget,quę ex operis poteſt ſe alere, vnde non habet quartam,quæ datur tantùm egenti.

Tertiò per has rationes ita tenuit Soc. in d.conſ.30. ſub nu. 11.verſ.3.& vlt.in quarto,& Pepus in d. Auth. Præterea. ſub nu.72.& 85. dicit Soci. & ita Senis conſuluiſſe in cauſa Auguſtini Sancti de Maſſa, cui ſubſcripſere Doctor. Peruſini, & Corne.& pro eo iudicatum fuiſſe,& ipſe Pep.etiam ita conſuluit cum alijs Doctor.Piſanis, & Soc.in d.conſ.121.ſub nu.45. & ſeq.in quartò,vbi meminit eiuſdem conſilij editi Senis pro dicto Auguſtino Sancto.Communem etiam fatetur eſſe Rol.à Valle in d.conſ.14.num.18.verſ.3.pro iſta parte,& num.45.& ſeq.id concedit;modo mulier non ſit nobilis,& cui dedecus ſit operari,& id magis tenendum eſt in ea,quæ congruam ſuę cõditioni dotem habuit.

Non obſtat,quòd dedecus ſit D.Catherinæ manibus operari,cum ſit vidua, neq; id viro viuente faceret, quoniam ad id reſpondetur immò ipſam ſolitã fuiſſe operari,neq; ocioſam eſſe,vt audio teſtes depoſuiſſe,vnde nihil noui faceret, agendo quæ aliàs egit, neq; id aliquam notam inuret memoriæ viri, qui, & ſi ſit ditatus, erat Piſtor, & in hoc me referam ad prudentiam ſapientiſſimi D.Iudicantis,qui mulieris, & viri conditionem intelliget.

Non obſtat, ꝙ D.Catherina maior ſit quinquagenaria, quę nõ cogitur pręſtare operas patrono,l.liberta.ff.de oper.libert.

†quia

41 † quia id verùm est in liberta, quæ operas patrono promisit, nam si eas vsque ad illud tempus præstitit, id est satis; vltra.n. eam ætatem præstare non cogitur, sed aliud est in ea, quæ debet operari, vt viuat; nulla.n. ab hoc onere est immunis; quæ id
42 agere potest; † neq; in hoc certa diffinita est ætas, sed pro valetudine, & robore hominis quisq; debet operari, l. si nō sortem, §. si libertus, ff. de cond. indeb. & ibi Ias. nu. 12. multi.n. sunt seniores, sed cruda viris, viridisq; senectus, in quo versatur arbitrium D. Iudicantis. Ad tertium ex prædictis patet responsio cum .n. quarta datur ob inopiam, certè datur, vt etiam inde vitam mulier sustentet, & ideò competit illi, quæ dote caret, & est inops. Sed quæ habet dotem, & potest operari, non potest esse in numero inopum, & ideò quartam non habet.

Non obst. quòd posset ęgrotare, quia id omnibus est commune; sed si hoc spectaretur, nunquàm aliquis diceretur posse operari; deinde expectare tristem exitum, aduersamq; fortunā inciuile est, l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. oblig.

Ad vltimum respondetur, quòd D. Catherina habeat insi-
43 gnes viros agnatos, † id ipsam verè non nobilitat, quia priuilegium personale non egreditur personam, vt scribit Afflict. in constitu. Siciliæ, incipiente intentionis nostræ, col. 9. versic. sed quæro, de qua Tiraquel. de nobilitate dicto c. 17. nu. 4. immò nec transit ad patrem, l. 1. ff. de senator. matres inquit consularium, nunquàm repertum est dici donsulares, & ibi gl. & Bart. not. dignitatem inferioris non transiret ad ascendentes, Tiraquell. de nobilitate, cap. 16. Non nego tamen habendam esse rationem generis, ne publicè agat, quæ familiæ possent esse de-
44 decori, † sed in ędibus potest, & debet operari, laudantur.n. honestissimæ matronæ, quæ vt inquit Salomon, Prouerb. cap. vlt. lanam, & linum operantur consilio manuum suarum, nec Reginæ olim ociosæ permanebant, vt multa aggregat Tiraquell. de legib. connubial. l. 10. nu. 37.

Vltimùm superest obiectum, an D. Catherina repellatur à quarta bonorum D. Prosperi, quia non petijt quartam in bonis primi viri, ex quibus potest esse locupletior, & ideò exclu-

deretur tāquàm ditior à quarta bonorum D.Prosperi secundi
45 viri; & videtur, quod ex hoc non posset dici locupletior,† nec teneretur quartam bonorum primi viri peterē, quia sicut debitor potest repudiare hæreditatē, & legata sibi relicta in fraudem creditorum, l.qui autem, in princ. ff.quæ in fraud.credit. nec possunt creditores de hoc cōqueri tanquàm fraudati, quia non alienat in eorum fraudem, sed non acquirit; ita nec hæredes D. Prosperi poterunt conqueri, quòd D. Catherina non acquisiuerit quartam bonorum primi viri. Contrarium tamē
46 credo esse verius, † quia cum D.Catherina posset ditari,& noluit, perinde habetur, ac si ditata esset, l. q. potest. 2. de reg. iur.

Secundò iura, quæ quis habet contra alium, faciunt eum locupletiorem, l.facere posse, & ibi Bart.& alij, ff.sol.matr.ergo & iura, quæ d. D.Catherina habet contra hæredes primi viri, faciunt eam videri locupletiorem.

Tertiò, in subsidiū datur hæc quarta vxori, ne cogatur mēdicare; sed cum possit D.Catherina habere quartam in bonis viri, non dicitur mendicare,& ideò in bonis secundi viri quarta ei non debetur, & si eam non vult, id sibi imputare debet.l. quod quis culpa sua. ff.de regul. iur.

47 Quartò, cum † quis dolo facit ne sit locupletior, amittit beneficium paupertatis, l.etiam.§. licet. ff.sol. matr. vbi vir, qui dolo fit pauperior, habetur pro locuplete, & l.penult.ff.de iure dot.Bart.in l.alia.§.eleganter.in fin.ff. sol.matrim. ergo idē erit in D.Catherina, quæ dolo vult esse pauperior.

48 Quintò, qui † committit in l. eius beneficio abutendo, l.beneficium amittit, l.quia frustra, de vsuris, Bart. in l. auxilium, in fin.ff.de minoribus, sed D. Catherina abusa est, l.beneficio, non petendo in bonis primi viri quartam, quàm ei lex dabat, ergo in bonis secundi viri hoc beneficium amittere debet.

Sextò, de hoc est casus in d.§.quoniā verò, in Auth.de exhib. reis, vers. nam si aliundè forsitan habeat, vbi si aliundè mulier habeat bona, non succedit in quarta, sed D.Catherina aliundè habet bona, cum ad ea actionem habeat, l.qui actionē, de reg. iur. ergo non succedet in quarta bonorum secundi viri.

Vlti-

Vltimò, ita per hæc iura, & rationes aliter à me deductas tenet in terminis nostris Soci. in d. conſ. 121. nu. 30. verſ. ſed adhuc dicere poſſet, in 4. vbi conſuluit contra D. Lucretiam, & non poſſe petere quartam in bonis Franciſci ſecundi viri, quia eã potuit petere in bonis Benedicti primi viri, & noluit; & in eodemmet caſu conſuluit, & id comprobat Corne. in d. conſ. 249. nu. 10. verſ. ex quibus remanet concluſio in 3. in eodem etiam caſu conſuluit Deci. conſ. 24. ſequitur Pep. qui cũ illis conſuluit in d. Auth. Præterea, ſub nu. 105. in fin. & hæc eſt comm. opin. Micha. Craſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato, q. 42.

Non obſtat, quòd debitor poſſit non acquirere in fraudem
49 creditorem, l. qui autem, ff. quæ in fraud. cred. quia † id inde prouenit; quoniam ædictum prohibebat debitoribus ne contraherent, vel alienarent in fraudem creditorũ; ſed non acquirere, non eſt contractus, nec alienatio, & ideò ad illud ædictũ non pertinet, & ita reſpondet Iureconſ. in d. l. qui autem. Nã Prætor, inquit, reſcindit geſta, cum debitore, i. contractus, l. 1. ff. eo. tit. & ita interpretatur d. l. 1. in fi. At in caſu noſtro quæritur tantùm an mulier ſit locuples, vel inops, & eã quæ actionẽ contra aliũ habet, iura non habẽt pro inope, & ideò quartã nõ conſequitur. Alio modo reſpõdet Pep. in d. Aut. Præterea, nu. 106. aliaq; argumenta addit, quæ ne ſim longior, omitto.

Addi poſſet prædictis D. Proſperum dediſſe D. Ioſepho hæredi, & nepoti, fermè tria millia aureorum, vt ipſe neptem ex ſorore D. Catherinæ cõiugis in vxorem acciperet, & alia mille ſoluit pro dote alterius neptis D. Catherinæ, quę omnia data ſunt eius contemplatione; vnde ſi qua quarta in bonis ſecundi viri deberetur, hæc quæ eius contemplatione data ſunt, in ipſam quartã eſſent cpõutanda, ſicut computaretur legatũ, ſi quod vxori factum fuiſſet, vel alia eius contemplatione ſoluta; Bar. in l. in quartã, ſub nu. 11. Rip. nu. 188. ff. ad l. Falcid. ſed quia hoc dubium non eſt motum non inſiſto.

Vltimò conſiderandum eſt, an Proſper, qui deceſſit dicatur locuples deceſſiſſe, vt requiritur, ad hoc, vt mulier in quarta ſuccedat d. Auth. Prętere a, in verſ. locuples; Nam eius hære-

ditas in plures partes est diuidenda in capita inter nepotes defuncti ex sororibus, quorum tres dicuntur esse fœminæ, & liberis oneratæ, secundum opin. Zas. lib. singul. intelle. cap. 7. & cons. 4. & ideò non esset locus d. Auth. Præterea, vt consuluit Natta. cons. 605. nu. 12. in 4. artic.

Concludo igitur D. Catherinã non posse succedere in quarta bonorum secũdi viri, tùm quia congruam dotem habuit, ex qua iunctis operis, honestè viuere potest; tùm quia habet fratres à quibus ali potest, & iura ad petendam quartam in bonis primi viri.

*Guid. Pancirol.*

## CONSILIVM SEXTVM

### *SVMMARIVM.*

1 *Opinio, quæ non habet contradictorem, omnino videtur tenenda:*

2 *Hoc remedium datur viduæ, ita demùm si sit in nouissima inopia constituta, licèt aliqualem dotem habeat.*

3 *Vidua habens patrem diuitem, non habet hoc beneficium.*

4 *Soror inops dotari, & ali debet à fratribus diuitibus, ideò non habet hoc beneficium.*

5 *Quod quomodocunque consequi possumus, dicitur in bonis nostris.*

6 *Diuitiæ, quæ superueniunt viduæ post mortem mariti, non impediunt petitionem istius quartæ.*

7 *Mulier priùs videtur debere petere alimenta à fratribus, & si ea habere non potest, postea petere quartam ab hæredibus mariti.*

Rever. Pat. In quæstione proposita, an vxori pauperi, quæ nupsit sine dote, debeatur quarta vigore Auth. Præterea, C. vnde vir, & vxor in bonis viri diuitis defuncti, quàmuis habeat fratres diuites; dico, quòd pro parte negatiua habemus consulentes in terminis

minis, videlicet Rol. à Vall. conſ. 14. nu. 19. & 53. in 3. Deci. conſ. 70. nu. 10. & 11. in 2. Ioſeph. Ludou. com. opin. concl.
1 35. limit. 2. † & cum nulli alij deducantur, qui contrarium teneant, videtur, quòd hæc opinio, quæ non habet contradictorem omnino ſit tenenda.

Nec deſunt concludentes rationes pro iſta parte, & potiſſimum hæc, quòd diſpoſitio d. Auth. Præterea, potiſſimum fundamentum conſtituit in inopia nouiſſima ipſius vxoris, vt eſt
2 tex. in §. quoniam verò, ibi nihil habere valentes, ſed in † nouiſſima viuentes inopia, in Auth. de exhib. reis, & hanc inopiã Doctores cõſiderant vbicunq; abſque huiuſmodi quarta vxor ſe alere non poſſet, Soci. conſ. 121. nu. 45. in 4. Rim. ſen. cõſ. 114. nu. 7. Durant. de arte teſtan. tit. 20. aut 6. circa princ. Cephal. conſ. 144. nu. 10. & nu. 16. & propterea dicunt, quòd illa diſpoſitio, quæ inducitur ex clementia Imperatoris, magis conſiderat inopiam, quam dotem, & conſequenter licet illa diſpoſitio loquatur de muliere indotata; attenta ſi etiam mulier ſit dotata ex parua dote, quę non ſufficiat pro illa dote, adhuc illa clementia locum habet, quia conſideratur magis inopia, vt declarat Fab. de Pep. in d. Auth. Præterea, ſub nu. 19.

Ex hac ergo infertur, quòd ſi mulier habeat vnde ſe alat, ſeu ſe alere poſſet, abſq; dubio ceſſat diſpoſitio d. Auth. Præterea, fundata in clementia Imperatoris, vt benè per Rim. &
3 Ioã. Cephal. in locis ſupradictis hinc videmus, quòd † ſi vxor habeat patrẽ diuitem à quo ali poſſit, quartam illam non conſequitur, vt communem eſſe aſſerit Dec. in d. Auth. Præterea, ſub nu. 20. ad fin. vbi Fabian. de Pep. ſub nu. 25. ad fin. labetur per Rim. ſen. d. conſ. 114. in add. in litera C. Ioã. Ceph. d. conſ. 144. ſub nu. 20. & omnes aſſerunt communem ab ea, quæ non eſſe recedendum.

Quàm concluſionem ineuitabiliter probat tex. in d. §. quoniam verò, verſ. nam ſi aliundè forſan habeat, in Auth. de exhiben. reis, vbi expreſsè dicit tex. quòd ſi vxor aliundè habeat, tunc nullo modo eſt locus dictę diſpoſitioni concedenti quartam, quia vt dicunt ſupradicti Doct. hæc clementia Imperato-

 ris

ris inducta, ne vxor in opprobrium viri cogatur mendicare alimenta in subsidium fuit inducta, quando aliundè vxor suæ necessitati prohibere non potest.

4 His stantibus dico, quòd cum † soror inops ali debeat, & dotari à fratribus diuitibus, vt est tex. in l. qui filium, & ibi notat omnes, vbi pupill. educ. duc. communem asserit Rip. in l. 1. num. 83. ff. sol. mat. dico, quòd satis dicitur vxor habere alimenta, & etiam dotẽ, ex quo Iudicis officio cogere potest fra-
5 tres ad eam alendã, & dotandam, † quia dicimus in bonis nostris habere id, quod cõsequi possumus actione, vel persecutione, i. officio Iudicis, vt est tex. in l. bonorum appellatione, de verb. signif. & ibi Alciat. in fin. quia persequutionis verbũ officium Iudicis importat, l. pecuniæ, §. persequutionis, l. creditores, vbi Alc. in ver. persequutionis, eo. tit. cum igitur vxor dicatur habere & alimenta, & dotem, quæ, & quam Iudicis officio à fratre consequi potest: sumus in casu claro, quòd cum aliundè habeat, vel aliquid habere valeat dispositio d. §. quoniam verò, quæ dat quartam vxori, quæ nihil habere valet, & aliundè non habet, in hoc casu locum sibi non vendicat, cum vna ex qualitatibus in ea requisitis nõ verificetur, vt benè per Rim. sen. d. cons. 114. sub nu. 8. & quia verba d. §. quoniam verò, sunt clara, dum in eis dicitur nihil habere valentes, & ibi nam si aliundè habeat, quæ verba non verificantur in ea, quæ Iudicis officio consequi potest alimẽta, & dotem non est opus alijs, argum. l. ille, aut ille, §. cum in verbis, de leg. 3. cũ vulg.

Nec obstat ea, quæ ex aduerso deducuntur, & in primis, ꝙ ratio §. quoniã verò, & d. Auth. Præterea, non sit inopia vxoris, sed affectus maritalis; quia licet debeat concurrere affectus maritalis, quin in alia muliere, quàm vxore ea dispositio locum non habeat; necessaria est tamen ea nouissima inopia, quę in illo tex. exprimitur, vt benè per Rim. & alios supradictos, ita vt solus affectus maritalis non sufficiat, & in terminis declarat Rol. à Valle d. cons. 14. sub nu. 14. in 3.

Minus obstat alia ratio, quòd ex quo d. Auth. Præterea, cũ §. quoniam verò, habeat locum etiam existentibus filijs mariti diui-

diuitis, non poteſt conſiderari, quòd vxor inops poſſit ab aliјs ali, cum filij teneantur alere matrem, quoniam huic rationi benè reſpondet Soc. d.conſ.30.ſub nu.8.verſ.reſpondetur etiam Fabian. de Pep. in d.Auth.Præterea, ſub nu.22. verſ.ſecundò reſpondeas, ꝙ d.diſpoſitio ceſſat, quando vxor tempore mortis viri habet hoc ius conſequendi alimenta; à filijs autem viri hoc non habet, quia non poſſunt dici diuites, niſi poſtquàm
6 adiuerint hæreditatem patris; † ſicut igitur, quòd ſuperuenerit poſt obitum viri, non tollit diſpoſitionem d. Auth. Præterea, quando vxor tempore mortis viri erat inops, iuxta trad. per Dec.conſ.24.nu.2. ita & ius petendi alimenta ab hæredib. viri, quòd ſuperuenit poſt obitum viri mediante aditione hæreditatis poſtea facta illam quartam non impedit. In caſu autem noſtro tempore mortis viri ſoror habet ius petendi à fratribus diuitibus,& alimēta,& dotem. Ideò cum tempore mortis viri aliundè habeat, quòd facit ceſſare illam nouiſſimā inopiam, non eſt locus clementię Imperatoris per prædicta, vt benè dicit tex.in d. §.quoniam verò, verſ.nam ſi aliundè.

Minus obſtat alia ratio, quòd ſit in electione vxoris, vel petere iſtam quartam,vel alimenta à fratribus; quia hoc eſt præ-
7 ſupponere id, de quo diſputatur: † nam dico, quòd cum ipſa habeat hoc ius petendi alimenta à fratribus diuitibus, non eſt locus petitioni quartæ ex clementia Imperatoris ex boni viri defuncti, per prædicta.

Concludo igitur hāc partem negatiuam, & auctoritatibus, & rationibus omnino tenendam eſſe per ſupradicta.

*Vincent. Parent. Aduoc.*

CONSI-

# CONSILIVM SEPTIMVM

## SVMMARIVM.

1 BENEFICIVM *Auth. nostra competit vxori nupte absq; dote.*

2 *Glossarũ magna authoritas, à quibus facilè nõ est recedendũ.*

3 *Opinio, quæ probatur per casum l. expressum, debet præualere communi opinioni contrariæ.*

4 *Modicum, & nihil æquiparantur, quomodo intelligatur?*

5 *Opinio, quæ habet dotem paruam, non excludere beneficium istius quartæ, quomodo intelligatur.*

6 *Remedium Auth. nostræ subsidiarium.*

7 *Quod cessat si aliundè vidua potest sibi de alimentis prouidere.*

8 *Quibus casibus cessaret de iure Digestorum, petitio alimentorũ contra hæredes mariti, cessat hodie petitio quartæ.*

9 *Quando cui debentur alimenta ex dispositione legis, nunquàm cõpetit actio, si aliundè haberi possint.*

10 *Remedium d. Auth. non datur viduæ habenti patrem diuitem.*

11 *Vidua inops, habens fratres diuites, non habet beneficium eius quartæ.*

12 *Ratio, quæ est in patre quo ad filiam, est in fratre quo ad sororem in materia alimentorum.*

¶ *QVÆRITVR, vtrum vidua modicè dotata, quæ habet fratres diuites, debeat habere quartam ex bonis mariti diuitis prædefuncti, iux. tex. in Auth. Præterea. C. vnde vir, & vxor.*

ET cum fuerit hactenus præclarissimè, ac copiosissimè scriptum, & allegatum per Doctores præstantissimos, & per plura Collegia; pro parte negatiua in fauorem hæredum mariti, satis esse poterat, quòd simpliciter huic sentẽtiæ tanquàm veriori subscribe-

ſcriberem. Præſertim, quia vix aliquid adferri per me põt, quòd à prædictis ſapientiſſimis Patribus non fuerit iam deductum, & prudentiſsimè conſideratum.

Attamen proponam quatuor cõcluſiones,in quibus ſanè videtur conſiſtere ueritas negatiuę ſententiæ, ſecundum ea, quę ſunt nobis in facto propoſita.

1 Prima concluſio eſt, † quòd remedium, ſeu beneficium illius quartæ competit ei uxori, quæ nupta fuerit abſque dote, prout dicit expreſsè tex. in d. Auth. Præterea. & in corpore, unde ſumit tit.de exhib. reis penult. §.& tit.ut lic.mat.& auię. §.quia uerò legem. il 2. in Authenticis. Quem diſpoſitionem reaſſumit glo. pulcherrima,& à nemine adhuc citata in uſibus feudorum, tit. de inueſtit. de re aliena facta. §. fi. ſupra uerb. quartę.Ergo uidua,quæ dotẽ habuit,excluditur ab hoc beneficio; & hanc ſententiã tenuernnt oẽs doct. & oẽs gloſſ. uſq; ad tẽpora Bal.ut benè aduertunt Scrib. in d. Auth. & tradit Soc. ſen. ab omnibus allegatus in conſ. 121. nu. 42. lib.4.qui etiã à Bal.recedit; & antiquorum ſententiam ſequitur,& eum nouiſsimè ſecutus eſt uir magni conſilij Cephal. conſ.671. lib.5.

2 Et uerè multum refert,& magnum quid eſt, † quòd gloſſ. omnes ita cenſuerint,à quibus non eſt facilè recedendum, ut fatetur Afflict. deciſ.384. nu.3. & nu.10.Dec.conſ.23. nu.6. Soc. conſ.80.nu.4.lib.1.Gaſ.Gabal.de euiction.§.3. nu.113. Bonus de curt.de nobilit.par.7.nu.31.Stephan.Federic.de interpret. iur.par.ult.nu.114. Mar.Soc.ſen.in tit.de oblat. nu.72.Caraf. de ſimon.nu.30.Nouell.de iure protom.§.3.nu.75.Rol.à Val. de confect.inuent.nu.2.Pet.Lenaud.de priuil. Doct. q. 42. nu.

3 64. & licet gloſſ. & antiqui Doctores hoc non dixiſſent: † tamen quando aliqua opinio probatur per caſum legis expreſſum, non eſt ullo modo reijcienda, ſed debet omninò præferri opinioni contrarię, quamuis communis aſſereretur,arg.tex. in l.1.C.de ſent.paſſ.in princ.Dec. d. conſ.23. Curt. conſ.76. ad finem. Aret.in §.reſponſa.Inſt.de iur.nat.gent. & ciu. Corſet.in ſing.in uerb.opinio. Sil.nupt.lib.5.nu.67.Mar.Ant.Corat. de commu.opin.lib.2.tit.9.caſu.24.& 25.Igitur cum prædictæ

dictæ leges nouæ Authenticorum concesserint beneficium dictæ quartæ uiduis indotatis,non uidetur temerè sequendus error quorundam, qui extendunt id ipsum ad modicè dotatas; quia hæc eorum traditio recedit à legibus expresis, immò illis planè aduersatur. Sed & si placeret hanc extensionem ad-
4 mittere, deberet intelligi in dote modica, † secundum extremam quandam modicitatẽ, ita ut rationabiliter posset nihil, & modicum æquiparari. prout sentit præclarè Corn. in d. Authen. nu. 24. ubi dicit se ita consuluisse. & uerè in ijs terminis intelligitur illa regula, quòd modicum,& nihil æquiparantur, ut per Corset. in tract. de minimis, præter Tiraquel. de iud. in reb. exig. ferendo. Non autem uidetur facienda, uel toleranda extensio ad casum, in quo dos fuerit congrua tempore con-
5 tracti matrimonij: † & quamuis Doctores uideantur indistinctè tenere magis communiter, quòd d. Auth. habet locum etiã in dote exigua: tamen hæc sententia uel est penitus explodenda tanquàm legibus cõtradicens; uel certè intelligi debet, quã do ab initio fuerit constituta dos exigua, ita ut constaret eam ad alimenta non suffecturam. Et quòd propterea maritus per maritalẽ affectum suppleuerit deficientiam illius, & fuerit modica illa dote benè contentus, tunc enim procedere posset illa communis opinio; quàm ita intelligit, & moderatur Cephal. d. cons. 671. nu. 19. 26. & 27. At in casu nostro non potest habere locum, ubi dos fuit talis ex qua si non lautè, saltem non incommodè posset uidua sustentari.

6 Secunda conclusio est; † quòd remedium, seu beneficium d. Auth. Præterea, est subsidiarium, uel potius subrogatum in locum deficientium alimentorum, adeo quòd cessare debet,
7 † ubi alimenta undecunq; suppeta nt uiduæ. Quæ quidem cõclusio confirmari potest pluribus exemplis, & argumentis ex iure nostro desumptis: ego tamen breuitati deseruiens tribus potisimè contentus ero. Probatur primò, quia uidemus, ꝙ si uidua posit suis se operibus alere, cessat id remedium, prout ait Soc. d. cons. 121. nu. 4. quem sequitur Io. Bapt. Pont. in tract. de alim. tit. 15. de alim. uiduarũ. nu. 8. & probatur optimè in

mè in d.Auth. & in corpore unde sumitur, attenta ratione finali illarū legum; prout eleganter perpendunt alij etiam Aduocati huius partis, quos hiç recensere non oportet. & hanc magis communē opinionem dicit ex mēte aliorum Ios. Lud. in 3.com.com.opin. sub tit.solu.mat.conclus.1. Secundò probatur prædicta coclusio;quia generaliter dicit Bal.in l.fi.C.de bon.mat. Quod vidua inops, & indotata debet ali de bonis viri, si non habeat aliundè alimenta,quem secutus est Castr. cōs. 147. reuocatur in dubium lib. 2. & aliàs dixit Bart. in l.quòd in vxorem; vbi eum sequuntur Scribē. omnes C. de neg.gest. Quòd maritus tenetur alere vxorem indotatam, & infirmam, quando nullus alius ad id teneatur; & ipsa non habeat aliundè, ergo si, vel ipsa habeat aliundè, vel teneatur alius illam alere; non tenebitur ad id maritus, & multò minus tenebuntur hæredes, prout expressim confirmat, & sequitur Arius Pin. in d. l. fin.C.de bon.mat.nu.5.& seq. Tertiò probatur prædicta conclusio; quia, cum olim vidua pauper,& indotata, posset petere alimenta ab hæredibus viri,si aliundè non habuisset.ad not. per Scrib. in l.diuortio.in princ.ff.solu.matr. Hodie tamen in locum illius petitionis,successit petitio quartæ. iuxt. terminos d.Auth. Prçterea, & ideò non petuntur amplius alimenta in prædicto casu, sed petitur ipsa quarta, per quam iura subueniunt inopię viduarum. vt perbellè docet Pont. de alimen. in d.tit.15.nu.8. Igitur quemadmodum olim petitio alimentorū cessabat, si vidua habebat vnde se aleret, prout supra probauimus: ita etiam cessabit hodie eodem casu petitio quartę, vt in specie fatetur Roman.in d.l.diuortio. in princ.nu.15. vers. sed hodie. sequitur Castr.cons.150.nu.1.lib.2. Alex.cons.91. lib. 7. & Pont.in d. tit. de alim.viduarum. nu.8. Nec enim res tanti ponderis est temerè inducenda in odium, & grauamen hæredum, vt arguit,& concludit Ar. Pinel.in d.l.fi.C.de bon. mat.nu.5.vsq; ad 9. Pro quo etiam facit tex.in Auth.vt liceat mat. & auiæ.§.quia verò pridem (secundum meliorem, ac veriorē translationem) dum ait. Alioqui si fortè illi aliundè suppetat, æquum non fuerit,&c. & iterum in Auth.de exhib.reis.

§.penult. ibi. Nam si aliundè forsan habeat,&c. est igitur vera prædicta conclusio, quòd remedium d. quartæ succesit in lo-
8 cum alimentorum deficientium. † atq; ideò cessabit ijs omnibus casibus, quibus alimentorũ petitio cessaret; iuxta regulá vulgatam, quòd subrogatum sapit naturam eius, in cuius locũ subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarũ. ff. si quis caution. cum con-
9 cordan. Et ideò generaliter est inferendum, † quòd vbicunq; alimenta debentur ex dispositione legis, nunquàm competet actio pro illis, si is, qui agere velit, potest aliundè alimentari, prout pulcherrimè perpendit Ias. in d. l. diuortio. nu. 19. Nec obstat si dicatur, quòd etiam alimenta à fratribus debita, censeri debent subsidiaria, s. nisi ab hæredibus viri præstanda sint in asignatione quartæ. Quia respondetur magis subsidiariũ esse remedium d. Auth. cum sit nouissimum, & cæteris omnibus subordinatum, vt de se patet, & propterea debet ad extremum subsidium reseruari. iux. not. per Doct. in l. 3. §. si in loco. vbi Bart. nu. 4. vers. tertio casu,&c. ff. de nou. oper. nun. ex quibusomnibus colligitur ad rem nostram, ꝙ quantum ad dictam Auth. Præterea, non potest videri inops, aut egena vidua illa, quæ habet vnde se alat, vel à quo alatur,& ideò cessabit in casu nostro prædictum remedium.

10 Tertia conclusio est, † ꝙ remedium præfatum non competit viduæ, quæ habet patrem diuitẽ, prout fatentur etiam aduersarij; & latissimè probatum est pro parte nostra. Dicunt autem hanc sententiam communẽ esse infiniti penè Doctores, qui allegantur à nostris, quibus accedere debet Tiraquell. in l. si vnquam in præfat. nu. 23. C. de reuoc. donat. vbi plures citat.& Cornel. Benincas. in tract. de paupert. in 1. priuil. circa vltim. volunt. nu. 14. & ratio vera huius conclusionis est, quia vidua habens patrẽ, aut matrem diuitem, dicitur habere vnde se alat, quemadmodum tradit Rebuff. in 1. tom. Comment. in tit. de sent. prouisional. art. 3. gl. 1. nu. 10.& ideò sufficit ad hoc ad excludendam æquitatem alimentorum, prout scitè consuluit Aret. cons. 98. Quia post,&c. nu. 3.

Hinc sequitur quarta,& vltima cõclusio principalis in proposito

11 posito nostro. † ꝙ vidua inops, habens fratres diuites, dicitur habere vnde se alat prout si patrem haberet. & ideò non moretur quartam ex d. Auth. quæ in locum alimentorum successit, vt supra probatum est in secunda conclusione. Nec dicatur diuersum esse eius alimentorũ respectu fratrum, & patris; q̃a ex multis apparet eodem modo sese habere; & ego breuiter insistendo dixerim idem omninò dicendum esse in fratribus, ꝙ dicitur in patre; & sic pariter excludendam esse viduam tàm
12 in vno, q̃ in alio casu. Etenim siue consideremus † rationem illam, quæ in patre militat, ꝙ filij sunt etiam patre viuente domini; siue consideremus ipsam obligationem alimentorum, semper procedet æquiparatio inter vnum, & alium casum. Si enim paterna substantia peruenit ad fratres indotatæ, vel non satis dotatæ sororis; adhuc est verum, ꝙ soror ipsa habet vnde se alat, cum à fratribus suis retineatut portio illa bonorum paternorum, quàm soror habere debuerat. Ideò fratres, qui successerant in locum patris, videntur eodem onere prægrauati dotandi, vel alendi sororem quantum satis est, vt perpendit Ant. de Alex. in consuet. Neapo. si quis habet. sub tit. de alim. præst. sup. gloss. Napodami, in verb. maternorum. & sic non minus videtur domina soror suæ portionis fratribus viuentibus, quàm videretur viuente patre, & sic benè procedit æquiparatio. Simili modo, si consideretur per se obligatio alendi secũdùm eius naturæ, non est ullum discrimen inter patrem, & fratres. Tenentur enim etiam ipsi iure proprio alere de suis eorum bonis sororem inopem, & uiduam, ut benè probatum est per alios etiam Aduocatos nostræ partis; & tradit expressim And. Isern. in constit. Neapol. In aliquibus supra gloss. in uerbo quintumdecimum annum, in uers. quid si frater. facit glos. in l. 1. C. de alen. lib. latè Pont. in d. tract. de alim. c. 10. de fratre, & sorore alend. Vbi etiam refert, ꝙ per stat. Rom. frater tenetur alere sororem uiduam ad domum patris reuersam; & ꝙ ex eodem uinculo prouenit obligatio alendi filiam, uel sororem, nempè ex sanguinis tantùm charitate. Cùm igitur nõ sit dare discrimen inter obligationẽ qua tenetur pater, & aliã

qua

qua tenetur frater: non potest dubitari, quòd sicut omnes fatentur cessare huius Auth. remedium, quando uidua habet patrem diuitē: ita etiam fateri debent, & multi etiā expresſè fassi sunt (ut latè deducitur in aliorū allegationibus, quod cessare debet in nostro casu; quo uidua habet fratres ualdè diuites.

Et ex ijs conclusionibus satis apparet responsio ad ea omnia, quæ ex aduerso allegantur in uiduæ fauorem; quibus etiā in specie satis responsum est ab alijs Excellentissimis Aduocatis, & Consultoribus; quorum dicta non est, ꝙ à me recenseatur hoc loco, qui nouissimè scribo post illos.

Vnde crediderim pronunciandum esse in fauorem hæredū, saluo semper iudicio melius sentientis.

*Ang. Spann. I.C. Senen. Bonon. Profess. Iur. Ciu. primarius.*

# CONSILIVM OCTAVVM, ET VLTIMVM.

## SVMMARIVM.

1 CESSANTE *ratione finali legis, cessat lex.*
2 *Ratio Auth. nostræ est, ne mulier mendicare cogatur.*
3 *Frater diues tenetur alere, & dotare sororē pauperē.*
4 *Frater clericus debet dotare sororem pauperem de fructibus Ecclesiæ suæ.*
5 *Beneficium Auth. nostræ cessat, muliere habente fratres diuites.*
6 *Mulier habens patrem diuitem, non habet beneficium istius quartæ, ita si habeat fratres diuites, & nu. 12.*
7 *Mulier, quæ à fratribus ali potest, non dicitur in extrema inopia esse.*
8 *Aliud est dicere mulierem solo affectu maritali esse ductā, & aliud est quærere, qua ratione hic quarta ei debeatur.*
9 *Hæc quarta debetur etiam contra uoluntatem mariti.*

10 *Mulier videtur, quòd prius agere debet contra fratres ad alimenta; & si eà non potest consequi, tunc petat hanc quartam.*
11 *Mater non potest petere dotari à filijs, quamuis soror possit hoc petere à fratre.*
12 *Quando sit locus electioni petendi vel ab vno, vel ab altero.*
13 *Exemplis non est iudicandum.*

CLARISS. & Excellentiss. Domini. Impleuerũt adeò omnes numeros Excell. DD. Aduocati Bononienses in deducendo bonũ ius hæredum quondam Prosperi de Ferrariensibus, vt nulla sit opus additione; ideò magis repetendo, quàm addendo, dicitur cessare in casu nostro dispositionẽ Auth. Præterea, C. vnde vir, & vxor.
1 probariq; apertissimè per locum † à cessante vnica ratione finali, iuxta l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr. l. generaliter. C. de episc. & cler. cum alijs per Tiraquel. in tract. à causa cessan. 1. par. nu. 11. & seq. dicens. limit. 1. nu. 8. rationem vnicam cẽseri finalem, præsertim expressam à lege, vt in eadem 1. pars nu. 29. 41. & 50. & limit. 1. nu. 9. Cum. n. ratio finalis d. Auth. ea sit, ne mulier vidua laboret inopia, & mendicare cogatur, vt dicitur in tex. d. Auth. ibi, laboret inopia, &c. & in Auth. de exhib. reis, §. quoniam, vers. nihil habere valentes, sed in nouissima viuentes inopia, &c. adeò quòd requiratur extrema necessitas, vt aduertit Soc. cons. 108. col. penul. vers. aduertendũ, lib. 1. & resoluerunt DD. de Rota in vna Rom. portionis hæreditatis die S. Martini 1574. coram R. P. D. Cæsare de Grassis, vtiq; cessante tali necessitate, vt infra ostendetur cessare debet talis dispositio ex supradictis.
2 Et quòd ratio sit † ne mulier mendicare cogatur, tradit Bal. & Salyc. in d. Auth. sub nu. 2. vers. in contrarium, &c. & in fine dicti num. vbi Paul. nu. 5. Alex. nu. 4. Cephal. cons. 244. nu. 21. Rimin. cons. 114. nu. 7. lib. 1. Rol. cons. 141. num. 26. 27. & 28. lib. 3. Cordu. in l. si quis à liberis. in princ. nu. 78. ff. de lib. agn.
3 Sed † in muliere habente fratrem diuitem cessat talis ratio, cũ

frater teneatur nedũ alere sorores inopes vtrinq; coniunctas, l. qui filium. vbi pupil. educ. debe. &c. sed ẽt dotare, Bar. in l. cũ plures. §. tutor. de admin. tutor. post glo. ibid. in ver. alio patre. glo. in l. non omne. in ver. nulli. C. de admin. tutor. vbi Bart. & Bald. idem Bart. in Auth. res quæ. nu. 4. & 11. C. commun. de leg. & in 1. constit. digestorũ. nu. 14. & in l. à filia, nu. 13. ad Trebell. de commun. Ias. in l. 1. sub nu. 29. solu. matr. vbi Rip. num. 83. idem attestans Afflict. decis. 371. nu. 3. clarè Boer. decis. 129. n. 7. & 8. dicens fratrem, licèt clericum teneri sororẽ dotare de fructibus suæ Ecclesiæ. Et ideò cum D. Catherina ex aduerso habere posset nedum alimenta, sed dotẽ dici non potest laborare inopia, cùm habens actionem, pariterq; officium Iudicis ipsam rem habere videatur, l. qui actionem habet. de
4 reg. iur. cum concord. & in terminis, quòd vbi † fratres mulieris relictæ sunt diuites, cesset dispositio d. Auth. Præterea, probat Caccialup. in l. frater à fratre. nu. 107. de cond. ind. Rolan. cons. 14. nu. 13. lib. 3. Tiber. Decia. cons. 70. num. 17. vers. non obstat quintum, & vltimum. lib. 2. & lib. 3. cons. 111. num. 8. & 21. Hieron. Gabriel. cons. 142. nu. 30. Ioseph. de Ludou. cómu. lib. 1. concl. 35. nu. 2. Cum enim dispositio d. Auth. locum habeat in subsidium, dicebat Soc. cons. 121. nu. 36. lib. 4. Cephal. cons. 244. nu. 24. lib. 2. Ergo in habente fratrem diuitem, cessat talis dispositio, vt constat ex prædictis. Cum enim illa dicatur inops, & gaudeat beneficio d. Auth. quæ non potest habere alimenta, vt per Dec. d. cons. 70. num. 12. & 16. vers. non obstat tertium, &c. Bar. in l. qui filium. ff. vbi pup. educ. deb. & in l. si quis à liberis. §. verum. ff. de liber. agnosc. vtiq; si potest, & debet ali à fratribus, dici non potest inops, & per consequẽs cessat d. Authen. Præterea.

5 Comprobatur argumẽto ineuitabili; quia † sicut mulier habens patrem diuitem, petere non potest talem quartam ab hęredibus viri, Cuman. in l. in suis. de lib. & posth. vbi Alber. idẽ Cuman. cons. 132. post princ. Alex. d. Auth. Præterea, nu. 11. Corn. nu. 24. Ias. nu. 6. & 7. vbi Dec. attestans de cómun. nu. 20. Fabian. nu. 10. Mantua nu. 44. & 45. Rimin. iun. cons. 114. Soc.

cons. 30.

conſ.30.nu.4.5. & in fine conſilij lib.4. & in conſ.121. nu.48. & 49. eodem lib. Moder. Eugub. d.conſ.142. num.30. vbi de communi atteſtantur Michael. Graſſ. in recept. ſent. in §.ſucceſſio.q.39.num.5. Ioſeph. Ludou.commun.concl. lib.1.concluſ. 35. limit. 2. de communi Cephal. conſ. 244. ſub nu. 20. 21. & 24. & concluſum fuit per DD. de Rota in deciſ. ſup. allegata, eadem ratio militat, vbi adſunt fratres diuites, à quibus alimenta, & dotem petere pōt. Cum enim tex. in §.quoniam verò, in Authen. de exhibend. reis, vnde ſumitur Auth. Præterea, requirat mulierem eſſe in nouiſsima paupertate,
6 † vtiq; ad talem effectum requiritur, vt nullus adſit, qui poſſit relictam alere, vt dicit idem Ant. Cordub.in d.l.ſi quis à liberis, §. ſi mater. num.43. de liber.agnoſ. Simon. de Præt.conſ. 9.num.11. Et ideò cum ex ſupradictis clarè conſtet talem opinionem eſſe veram, & communem, ab ea non eſt recedend.ex trad.in c.1. de conſt.& l.1.ff.ſi cer.pet.

Quibus non obſtant exaduerſo deducta; Nam dum primò adducitur tex. in §. quia verò, in Authen. vt liceat matri, & auiæ,&c. ad probandum, quòd affectio mariti erga vxorē fuerit cauſa conceſſionis quartæ. Dicitur tex. illum,
7 † nihil omninò facere cum ſolùm dicat, quòd vir cœpit vxorem ſine dote ex affectu maritali, non autem quòd quarta debeatur ratione
8 ne talis affectus, quòd probatur expreſsè, † quia talis quarta debetur etiam contra voluntatem mariti, cum debeatur, etiã expulſa vxore à viro, l.fin.de repud. §. ſi quis enim. in Authē. de nupt. Et quòd habeatur inuito marito, refert Alex.in dicta Authen. Præterea, ſub num. 6.circa med. poſt Bald. Caſtren. & Roman. Corne. conſ. 4. col. 2. in princ. & num. 4. in fine, lib. 4. Deci. conſ. 24. col. 2. verſ. & cum hæc quarta deberetur Lucretiæ,&c. Cephal. conſ.244. nu. 6. à quibus non recedit in rationibus decidendi Mantu.in addit.9.ad ipſam Auth. Præterea. Si.n.affectio maritalis fuiſſet cã finalis talis quartæ, vtiq; ceſſante affectione,ceſſaret d.portio,c.cũ ceſſante,de appell.nec contrarium dicit ipſe tex. quo, vt dictum fuit, enunciat virũ illum duxiſſe vxorē ſine dote puro affectu maritali.

Minus obstat, quòd non possit mulier alimenta à fratribus petere, cũ ipsi teneantur in subsidium, vnde si ipsa habet quartam à lege in bonis mariti, cessat officium Iudicis cõtra fratres, cum fuerit ipsius in esse productum ius petendi quartam, quàm
9 alimenta contra fratres; † quia negatur istud cum dispositio l. filium, ff. vbi pupil. educ. debe. mandans præstari debere à fratribus talia alimenta sorori pauperi, præcedat per multos annos dispositionem Iustiniani in Authen. de exhiben. reis, & in Authen. vt liceat matri, & auiæ, &c. à quibus extracta fuit dicta Auth. Præterea.

Minus obstat, quòd ex aduerso dicitur, quòd licet mulier habere possit regressum contra fratres pro alimentis, non ideò excluditur à quarta, quòd ostenditur; tùm quia d. Auth. vult, quòd habeat quartam extantibus filijs, à quibus poterat petere alimenta. Tùm quia si vxori factum esset tale legatum, quòd sufficeret ad alimenta, non tamen excluditur à quarta; quia præter id, quòd talibus argumentis satis clarè respondet Mãtua in d. Auth. Præterea. Anto. Cordub. in d. l. si quis à liberis, in princ. num. 78. vers. sed cum præcipuum, &c. Dicitur vltra responsiones per ipsos datas, quòd maior ratio militat contra relictam habentem fratres diuites, quàm in alimentis
10 sibi debitis à filijs, † ex quo potest soror petere à fratre etiam, vt dotetur, vt constat ex prędictis, quàm dotem à filijs petere non poterat, l. tutor, la 2. §. fin. ff. de admin. tutor. cum alijs, per Ias. in Auth. res quæ. nu. 9. C. commun. de lega.

Minus obstat, quòd dicitur de legato, quia cum testatorum voluntas debeat adimpleri, §. disponat, in Auth. de nupt. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. iniquum esset, vt legatum factum fauore mulieris in eius odium redundaret, l. quod fauore. C. de legibus, cum similibus.

Minus refert, quòd rationes, quæ militant in patre, non pro
11 cedant in fratre etiam diuite; † quia etiam in fratribus cõmunis extat opinio, vt eis diuitibus non cõpetat mulieri in quarta, vt fuit sup. dictum. Et tamen militare videtur eadem ratio, cum tàm pater, quàm frater teneantur nedum alere, sed etiam

etiam dotare. Præterea satis videtur responsum tali argumẽto per Mantuam in 15.addit.ad d. Auth. Præterea, prout etiã colligitur responsio ex dictis Cephal. d. conſ. 244. post Rimi. conſ. 114. lib. 1. & per Corn.in conſ.4.nu.7.lib.4.

Non obstat vltimo, quòd cum mulier egerit contra fratres
12 mariti, non possit agere contra fratres proprios, † cum per talẽ electionem sibi præiudicauerit, Bar.in l.ædita.C.de æden. vbi de commun. attestatur Purpur. nu.218.

Quia respondetur argumentum posse procedere, vbi ipsa agere potuisset contra ambos, in quibus terminis loquentur
13 ex aduerso producta, † sed cũ cęperit agere contra fratres mariti, à quibus petere nihil potest, vt constat ex prædictis, vtiq; non impeditur agere contra veros debitores, cũ non esset locum electioni, quæ cadit inter plures.

Ex quibus patet minimè obstare, quòd in contrarium pronunciatum fuerit, vt refert Michael Grass. comm. opin.§.successio ab intestato, q.39. nu.5. Quia cum ex prædictis constet opinionem supra firmatam esse veram, & communem, † vtiq; exemplis non est iudican. l.nemo, C.de sent. & interloq. cum alijs per Neuizan. in Silu.nupt. lib.5.in ver. est nubendũ, nu. 62. vers.amplia quarto,&c..

Quæ multò magis procedũt ex quo dispositio Authen.Præterea, est correctoria iuris communis,& odiosa, ideoq́; potius restringenda, quàm amplianda, vt ait Rol.d.conſ.14.in princ. Bero.conſ.130.nu.8.lib.3. & firmarunt DD.in dicta decisione Rom. portionis hæreditatis, & contrarium decidendo remanemus in dispositione iuris communis, ne vxor succedat marito, Rimi.d.conſ.114.nu.8.lib.1. remediũ enim illud est subsidiariũ, & dempta necessitate coniugis irrationabili, & alienum à clementia, qua motus fuit Iustin. ad illud concedendũ, Gabriel.d.conſ.143. num.29.

*Bernard.Burghes. Romæ Sacr.*
*Cat.Maiest. Aduoc.*

FINIS.

# REPERTORIM
## TOTIVS OPERIS.

*atten-*

locum

Auth.

qua

 potest

E



Ele-

non

*FINIS.*

# REGESTVM

†, ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ. AABBCCDD.

Omnes sunt Quaterniones, præter † Duernio, & DD, Terniones.

25

Decisione
Bononien
Florentin

45


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm